1548

IHS

Archivo de Loyola

Sección 3.ª Serie 2.ª N.º 112.

Est. 13.

Plut. 5.

DIONYSII
CARTHVSIANI

Archivo de Loyola
Estante .....
Plúteo .....

D. DIONYSII

CARTHVSIANI IN EVANgelium Matthæi enarratio præclara admodũ, ex altera eaq; diligẽtissima ad archetypon recognitione, repurgatis mendis quibus scatebat pluribus, quàm diligentissime excusa, cui Index contentorum præfertur.



PARISIIS.

Venalis est apud Iohannem Maceum è regione Diui Hylarij sub scuto britanico.

1548

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA COLLEGII LOVANIENSIS SOCIETATIS JESU

SERENISSIMO ATQVE INVICTISSIMO Anglorum regi, Henrico, eius nominis octauo, Theodoricus Loer à Stratis, præclaræ Carthusiensium domus in Colonia Agrippina humilis vicarius S. P. D.

MAximopere me duxi facturum serenissime Rex Henrice, atque Christi athleta inuictissime, si lucidissimas ac plane diuinas in quatuor Euangelistas Dionysij nostri enarrationes, regiæ tuæ celsitudini, periculosis hisce temporibus, cum omni qua decet reuerentia atque honore dedicarem. Sic enim placuit (nec id quidem indecenter) venerabili ac religioso patri D. Petro Blomeuenne Leidensi, dignissimo Carthusianæ nostræ domus S. Barbaræ in Colonia ac priori, principali prouinciæ Rheni visitatori, cæterisque confratribus nostris, tum regiæ tuæ maiestati, tum reliquis omnibus catholicæ fidei principibus, in Christo deditissimis. Et quid mirum? Scriptis enim tuis, in quibus de sacramentis agitur, dilatasti gloriam populo tuo, & ante annos aliquot induisti te loricam doctrinæ catholicæ sicut gigas, succinxisti quoque & lumbos tuos arma scripturæ bellica in disputationum præliis cõtra hæreticos, & protexisti seruatoris nostri castra gladio eruditionis tuæ. Similis insuper leoni factus es Euangelico, & sicut mysticus leonis catulus è cælo in terram missus in venatione perfidorum. Persequutus enim es iniquos in regno tuo, eosq; persecutans, qui populum tuum fidelem condemnatis quibusdam hæresibus nequiter conturbabant. Tuæ igitur regiæ celsitudini tam præclaras Dionysij nostri enarrationes non immerito nuncupamus, vel ex eo etiam argumento; quod dignæ sint propter quas vadimonium quam rectissime relinquatur. Præterea si Sanctus Vuillefridus episcopus istic Eboracensis, libros quatuor Euangeliorum aureis literis (vt Beda refert) conscribi voluit, atque pretiosis subinde amicire chlamidulis, quid non faciet hac in re singularis tuæ Maiestatis prudentia? Ipse enim Dionysius fortitudine sancti spiritus indutus, veteres euertans hæreticos, Christi doctrinam luce lucidius delcarat,

nihilque quod ad rem facit nobis intentatum relinquit. In hisce quidem ipsius enarrationibus mens nostra vegetatur, eloquutio diuinitus expolitur, supplex arcanorum cælestium copiosissima comparatur. In his quoque animus omnium noster grauioribus est exuendus curis, literis etiam demulcendus sacratioribus, & delitiis quotidie refouendus nunq̃ perituris. Sunt præter hæc in Dionysio nostro, prudẽtiæ oculus, libra iustitiæ, fortitudinis sedes, regula temperantiæ, honestatis exemplar, charitatis splendor, fons gratiarum, honorũ spes, refugium innocẽtum, præsidium miserorum, nec minus philosophorum, quàm theologorum sacrarium. Porrò per hunc sanctum virum spiritus domini loquutus est, cuius & sermo per linguam eius. In hoc inquam viro vapor quidam fuit virtutis dei, & emanatio quædam claritatis ejusdem, cum candore etiam lucis æternæ. Nec mirum. Nam omnia quæ scripsi idem ipse Dionysius noster, ex ore prodierunt altissimi, eorumque virtus in magna diuinorũ charismatum abundantia, ad extremum proculdubio terræ diffundetur. Et ne longum faciam, hic nunquã acquieuit carni aut sanguini, sed in eo fuit plena priuati amoris extinctio, & diuini duntaxat pura ardensq; affectio. Quapropter oramus atque obsecramus regiam maiestatem tuam in Christo Iesu, vt hasce D. Dionysij elucubrationes boni consulat, & venerabilem nostri ordinis patrem F. Iohãnem Batmonsonum cœnobij Annunciationis beatæ virginis Mariæ prope Londinũ, priorem, ad Arnoldum Birlzman bibliopolam Colonienſem, qui Dionysij opera apud Britannos in precio esse testantur, cõmendatos sibi in tutelam suscipere non recuset. Valeat eadẽ regia tua celsitudo fœliciter. Coloniæ ex sacris nostris ædibus Anno domini M. D. X X X I I. pridie Idus Martias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX EORVM QVAE PRAECIPVA habentur in enarratione Euangelij beati Matthæi.

A

Alma duo significat 11.e
Abraham fidei ac spei exemplum 2.d
A bimatu & infra bifariam exponuntur 18.e
Abominatio quæ 199.d. & 200.b
Admiratio quomodo in Christo 76.f
Aegyptum potius q̃ aliam regionem petiit Christus 18.a
Aedificium tẽpli cur Christo ostenderunt discipuli 196.d
Ager in quo thesaurus inuentus 128.a
Agonia quid 223.f
Albefactio vestimẽtum Christi 147.e
Amen quid 60.c
Angelorum infimi ordinis officium 155.d
Anima Christi semper beata 147.c
Animæ immortales contra Saducæos 187.c
Appropinquare deo 109.c
Area ecclesia est 25.f
Archisynagogi 86.a
Arundo quassata quid 114.a
Auaritia sacerdotum 175.d
Auditio dei quid 183.e
Audita blasphemia Iudei scindunt vestimenta sua 227.c

B

Baptismus Iobannis 27.d
Baptismi octo genera 21.f
Baptismus Christi ad quid ordinatur 25.e
Baptizatur Christus propter quinque 26.f
Baptizatus baptismo Iohannis an veniebat rebaptizandus baptismo Christi 27.e
Beatitudo duplex 37.c
Beatitudo & fructus in quo conueniunt 36.f
Bethania 176.d
Bethleem duplex 13.c
Bis in Euãgelio legitur Christus vnguento perfusus fuisse à muliere 214.b
Blasphemia quid 116.c
Boanerges 91.b

C

Cæci an bene fecerunt prædicantes quod eis Christus prohibuerat 88.e
Cæli aperti quomodo 27.b
Cæsareæ duæ 142.a
Capharnaum Corrosaim & Bethsaida vbi sitæ 107.b
Cæphas quid 91.a
Cælum & terra transire quid 203.e
Caluariæ locus cur sit dictus 233.f
Cananæa figurat ecclesiam, 138.f
Carnalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus dei 68.e
Casus varij impedientes ne dimittatur vxor quæ fornicata est 48.f
Centurionis fides vnde 75.b

Centurio quid prefigurat 77.a
Christi plures vocati 1.d
Christus nomen personæ 1.e
Christus cur dicitur Dauid, & Abrahæ filius Ibidem.f
Christi generatio triplex 2.a
Christi conceptio nō fuit naturalis 11.a
Christi calciamenta portare quid 25.b
Christus cur tentari voluit, 29.a
Christus nō ieiunauit diutius q̄ Moyses & Helias Ibid.c
Christus quomodo assumpt⁹ à diabolo 30.d
Christus legē impleuit secundum duplicem sensum 44.b
Christus pauperem vitam elegit 78.d
Christus concessit dæmonibus quod petebant 81.a
Christus negatur tripliciter, 98.b
Christus separat homines dupliciter 99.a
Christus loquutus est in parabolis multis de causis 120.f
Christus est ecclesia 144.b.d
Christianismi optimus ordo Ibidem.b
Claudi, cæci, mortui, spiritualiter curantur 102.d
Cibus quomodo coinquinat, 135.f
Clauis ecclesiæ 143.c
Cogitationes malæ vnde, 137.e
Confessio duplex 107.e
Correptio fraterna 157.d
Confusio duplex 234.f
Corbana 230.b
Crastinum quomodo accipiatur 66.a

D

Damnatio malorum fideliū maior q̄ infidelium 94.c
Dauid rex sol⁹ nomiatur 5.a
Decapolis quid 25.e
Dei iudicia 131.d
Dæmon dicitur aliquis dupliciter 96.e
Dæmones Iesum filium dei fatentur 78.b
Dæmon voluntatem Christi putauit infirmitatem 32.c
Desponsatam virginem matrem cur Christus habere voluit 9.f
Denarius numerus perfectus 206.b
Deus quomodo tentat 59.e
Diabolus quomodo dicitur homo 126.d
Diaboli diuersi conatus de morte Christi 232.a
Dilectio proximi sicut suiipsius exponitur tripliciter, 188.f
Dilectio amici an inimici vtra melior 55.a
Dignitas ꝓsapiæ friuola 23.f
Dignus per comparationem ad Christum dicitur quis dupliciter 25.c
Dipondium quid 97.f
Discipulorum Iohannis superbia 101.c
Discipulo Christi nō permittitur sepelire patrē suū 88.f
Discipulis iubet Christus dare cibum turbis cum non habeant 132.b
Dissensio græcorum & latinorum de tēpore cœnæ & passionis domini 216.f
Diues difficulter saluatur. 164.c
Diuersorum dæmonum varia est potestas tentandi 151.d
Dormire Christi 79.d
Donec quomodo intelligatur 12.d

E

Ecclesiæ prælati quales esse debeant 42.e
Ecclesia sagena est 128.f
Ecclesiæ firmitas 143.a
Ecclesia tota consecrauit in fermentato aliquando 217.f
Electus Christus dicitur 131.b
Error Eustachii græci episcopi 104.e
Esse & non esse 219.c
Esurire & sitire iustitiam 39.d
Eucharistiæ sacramētum quare à Christo institutum. 220.d
Excæcatio Iudæorum magna 235.e
Extrema vnctio instituta ante passionem Christi 11.c
Exprobratio discipulorum de incredulitate 25.f
Exteriores sensus refrenandi 49.a
Ezechiæ fletus vberrimi quæ causa fuit 5.f

F

Facere qđ in se est quid 68.f
Febris natura 77.e
Fœmina nulla sancta in genealogia Christi 3.c
Fermentum 125.c
Fermētū Phariſæorum 142.a
Fœlicior est conceprio spiritualis quàm carnalis 120.d
Ficulnea cur à Christo maledicatur cum non esset tempus ficorum 176.e
Fimbria quid 86.d
Filii regni cælestis cur præcipue Iudæi 76.b
Finis seu intētio duplex 63.d
Finale iudicium qua hora fiet 206.f
Fletus & stridor dentium. 76.d
Fletus Petri vbi 229.e
Fratres cognati dicuntur. 120.a
Frater mater & soror Christi tribus modis intelliguntur ibidem.c
Fratris nomine quilibet proximus dicitur 156.e
Fructus euangelicus 122.a
Fratres duo in lege quomodo eandem potuerunt habere vxorem 7.c

G

Generatio Christi triplex. 2.a
Generatio bonorum & malorum 195.c

Geneſis quare dicitur primus liber Moyſi 1.d
Genera baptiſmatum 21.f
Gethſemani 222.a
Geraſeni Chriſtum rogant vt diſcedat à finibus eorum 81.c
Gladius euangelicus 98.d
Gradus culpæ triplex 46.b
Granum ſinapis 124.f
Græcorum error in fermentato conſecrantium reprobatur 216.f

H

Habitus charitatis dei & proximi idem, ſed actus diuerſi. 189.c
Heluidii error reprobat⁹ 12.f
Hæretici an ſuſtinẽdi 127.d
Herodes tres fuere 13.c
Herodes ſolus non fuit quærens mortem Chriſti 19.f
Helias & Heliſæus quomodo mortuos ſuſcitarunt 87.f
Herodis cum Herodiade conſilium de morte Iohannis 131.a
Hieronymus credit apoſtolos tranſtuliſſe montes proiecisſeq; in mare 177.b
Hipocriſis quatuor ſpecies 61.d
Hieroſolymã magos cur deus introire voluit 14.d
Hieruſalem cur ſancta dicatur 30.e
Homines domini nõ ſunt ſed diſpẽſatores diuitiarum 53.f
Homo centum oues habens quis 155.f
Homo in ſuo genere perfectus dicitur dupliciter 188.d
Hoſtiæ ſpirituales quæ 48.c

I

Iacob in vtero ſanctificatus 2.f
Iacob Chriſti figuram gerit 3.a
Ieſus plures vocati 1.d
Ieſus blandus in commendãdo terribilis in increpando 145.c
Ieſus & Chriſtus ſupponunt æternam & increatam hypoſtaſim verbi 1.e
Ieſus cur Helias putabatur 142.c
Ieſſe trinomius fuit 4.f
Ieiunium quid 61.b
Ieiunii tres ſunt comites 62.c
Ignis charitatis feruor 25.d
Ignis infernalis 211.d
Impium iuſtificare maius q̃ mundum creare 164.e
Improbatur hæreſis Arrii & Eunomii 179.f
Infirmis licet repetere ſua coram iudice 52.f
Interrogatio Iohannis Chriſto facta per diſcipulos ad quid 101.b
Interrogat homo multiplici ratione ibidem.d
Inuidia omnia ſiniſtre interpretatur 114.f
Iohannes vox clamantis cur dicitur 21.c
Ioãnes ãgelus qũ dicaẽ 103.e
Iohannes Helias dicitur 105.d
Iohannes Euãgeliſta quomodo martyr 171.b
Ioſeph cur filius Heli & Iacob dicatur 7.c
Ioſeph certus fuit de caſtitate Mariæ 10.a
Ioſeph & Mariæ verum matrimonium 7.a
Ioſeph cur Mariam dimittere voluit 10.b
Ioſeph quando quáue viſione angelus apparuit 10.e
Ioſeph qua ratione nocte fugit 17.e
Ira quando quomodo & qualiter ſit peccatum. 46.d
Ira triplex ibidem.b
Iſaac quomodo figura Chriſti 2.e
Iſaac quid ibidem
Iſcariotes 91.c
Iſraelitis contrahere matrimonium cum Moabitis quomodo licitum 4.e
Iudę deſperatio grauior quàm Chriſti traditio 230.a
Iugum Chriſti præſtat legi Moſaicæ 110.b
Iudæi an cognouerunt Ieſum eſſe Meſsiam 181.f
Iudæi à ſabbato, Chriſtiani à feria, gẽtiles à planetis, dies vocant 240.f
Iudæorum mos in educandis liberis 106.c
Iudæorum peruerſitas 129.e
Iudicium multiplex 66.f
Iudiciũ ꝓprie ſumptum ibi.e
Iuramẽti comites tres 50.e
Iuramentũ quomodo & quãdo licitum 51.b
Iurare per creaturas quomodo liceat ibidem.a

L

Labores hominum diuerſi 109.c
Lapis angularis & reprobatus 181.a
Latria ſoli deo debetur 14.b
Laus humana vitanda 56.a
Legem non ſoluit ſed adimpleuit Chriſtus 44.b
Leproſo mundato cur ſilentium imponatur 73.e
Leproſus cur mittitur ad ſacerdotes 74.a
Libellus repudii quid 49.d
Libertas duplex 152.b
Licet vti cautela contra iuſtidiatores 178.b
Locuſta quid ſit 21.d
Lux triplex 43.c
Lunatici qui vocantur 35.d
Luctus quis & qualis ſequendus 39.b

M

Magi qui 13.e
Magi tria munera ſinguli obtulerunt 16.d
Malorum conſuetudo 15.f
Manus tripliciter capitur. 49.c
Manichæorum error ex hoc quod diabolus dixit ſe poſſe dare omnia regna mundi 32.d
Mare iuxta conſuetudinẽ hebræorum quid 34.c
Matthæi conuiuium 84.d

Matthæi & Lucæ de transfiguratione concordia 147.f
Matrimonium quid 162.a
Matrimonio iuncti qua ratione quandoque separari possint ibidem.b
Maxilla an semper præbenda 52.c
Mel silueſtre quid 21.d
Meritum & præmium in qualibet beatitudine tanguntur 37.b
Miracula Christi innumerabilia 89.f
Miracula non faciunt hominem sanctum 71.d
Miratio vnde 80.b
Misericordiam volo & nō sacrificium quomodo exponitur 83.f
Misericordes qui 40.a
Mititas seu mansuetudo quid 38.c
Mola asinaria 153.f
Moyses & Helias cur præ cæteris transfigurationi adfuerunt 148.a
Multiplicatio panum 132.e
Mulieres peccatrices cur in genealogia Christi scribantur 3.c
Multi sanantur sine propriis meritis 146.d
Munera magorum quid significant 16.e
Munditia cordis 40.b
Munditia cordis triplici via acquiritur ibid.c

N

Nardus quid 21.c
Natura omnis creata potentiam obedientiæ qua deo obedit habet 80.a
Natura in Christo duplex 108.d
Nauis seu nauicula quid 80.c
Necessitas aurium dispensationis 111.b
Negationes Petri 221.e
Negationum Petri concordia 228.b
Neque peram, neque saccum, neque virgam, portare quid 92.d
Nicolai Anthiocheni error. 198.f
Non veni vocare iustos quomodo 84.b
Noli me tangere morbus impiorum 181.e
Nullus excusatur de omissione operum misericordiæ. 100.c

O

Obseruatio præceptorum decalogi fuit semper ad salutē sufficiens 45.f
Omissio fit multipliciter. 163.f
Oculus dexter tripliciter intelligitur 49.a
Odio habere inimicum 54.b
Omnia quomodo tradita sunt Christo à patre 108.d
Opera bona quando palam & quando secreto faciēda 43.f
Operatio arguit formā 117.b
Opinio diuersa an eadem sit quæ super caput Iesu effudit vnguentum, & quæ super pedes 214.b
Orationes publicæ & priuatæ 56.f
Ordo rationis circa iram pensatur dupliciter 47.a
Ordo charitatis 99.b. Item 146.b
Oratio clamosa 57.f
Oratio Christi docet nos orare 223.f
Oratio q̄ pretiosa sit 57.d
Origo Ioseph cur potius q̄ Mariæ describatur 9.a
Osanna quid 175.a
Osculari se permisit Christus à proditore nostra causa 224.e

P

Parentibus potius quàm vxori in necessitate subueniendum 135.
Patres triplices 8.c
Parabolæ de decē virginibus diuersa expositio 206.a
Pascha quid 212.e Item 217.b
Passio Christi cur dicitur excessus 148.c
Palæstinæ prouinciæ mos vngendi 61.f
Pacis illusores 41.b
Pater Christum audiendum clamat 149.b
Pax vera pax nociua 98.c
Patrimonium vendidit Maria 78.c
Pauperes beati qui 37.d
Pax charitatis effectus 16.f
Pauperem vitam cur elegerit Christus 78.d
Peccatum est infinitæ fugibilitatis 154.a
Peccatorū differentiæ 158.a
Peccata dimissa non redeunt 160.c
Peccātium duo genera 181.c
Peccatum in spiritum sanctum quid 116.d
Peccati radix libertas est. 154.d
Petitio filiorū Zebedæi multipliciter inordinata 170.f
Perfectio charitatis 47.b
Perfectio orationis dominicæ 60.c
Petri & Andreæ vocatio triplex 34.e
Pilatus fuit binomius 240.b
Pilatus cum sciret Iesum per iniuriam sibi traditum cur condemnauit 232.f
Pilatus homo paganus quomodo de Christo loquitur 231.d
Pinnaculum quid 30.e
Plantatio multiplex 136.b
Porta augusta quid 69.e
Pœnitentia triplex 21.a
Pœna quando non est dimittenda 159.e
Præcepit discipulis suis vt nemini dicerent quia ipse esset Christus quomodo 144.d
Prædicatio euangelii per totum mundum dupliciter intelligitur 199.b

Prætorium quid 233.a
Præceptum dilectionis an impleri posit in via 188.c
Præcepta legis triplicia. 44.c
Prælatus qualis debeat esse. 36.a
Prædestinatio fundatur in dei beneplacito 108.b
Prædicator diuagari non debet 63.c
Præsentia Christi carentes. 131.b
Præsentia Christi grauis dæmonibus 80.f
Primogenitus quid 12.f
Principale animæ vbi 137.d
Prouidentia non est nisi de aliquo existente 187.a
Prophetarum quorundam libros non habemus 20.c
Pusilli non spernendi 150.b

Q

Quadraginta diebus cur tãtũ Christus ieiunauit 29.c
Quarta vigilia noctis quid. 133.c
Quantus numerus electorum 169.f
Qualis est murmuratio sanctorum ibidem.a
Quatuor concurrunt ad modum diligendi 187.a
Quæstio vtra lex grauior, 110.b
Quid timendum 97.c
Quid per horã tertiam, sextã, &c. intelligas, vide 167.d
Quid sit odio habere patrem matrem, &c. 99.b
Quæ dei sunt quomodo nullus nouit 109.a
Qui fuerint sancti cum Christo resurgentes 238.e
Quid per terræ motum figuratur vide ibidem.
Quomodo inter gentiles aliqui boni inueniẽtur 184.c
Quid mouit principes Iudæorum vt Christum perderent 180.b
Qninque panum miraculi figura 140.a
Quinquies apparuit Christus in die sancto paschæ. 242.d
Quinquies apparuit post diẽ resurrectionis ibidem.e
Quod quisque donum accepit eo sagaciter & humiliter vti debet 210.a
Quo ministerio electi & reprobi deducentur in suum locum ibidem.c
Quomodo fugiendum 96.a
Quomodo solus pater dicitur scire diem iudicii 204.a
Quomodo potestas Christo data est 143.d

R

Raab meretricem fuisse quomodo intelligendum. 4.b
Rachel quid significet 19.d
Rama quid ibidem.e
Racha 46.b
Reges tres cur omissi in genealogia Christi 3.c
Regnum cælorum quid 21.a
Regna omnia mundi quomodo ostensa Christo à diabolo 31.c
Regnum cælorum vim patiquid 104.f.
Reprobi iugiter erunt in affectu peccandi 71.f.
Res bona dicitur dupliciter. 163.c.
Resuscitatio corporũ 187.a.
Resurgentes cum Christo qui fuerunt 130.e
Rubeus color in cœlo vnde exoriatur 149.c
Ruditas discipulorum increpatur 141.d

S

Sacerdotes quomodo ligare soluereq; debeant 143.f,
Sacra scriptura scriptis doctorum præferenda est 147.a
Saluos fieri quomodo vult deꝰ omnes homines 156.c
Satum farinæ quid 125,c
Scandalum actiuũ quid 136.a
Scãdalizari diuersimode multi in Christo fuere 102.f.
Scribarum & Pharisæorũ aliqui sacerdotes & aliqui populares erant 193.c
Scribis multi nunc similes, ibidem.e
Sectæ Iudæorum 23.a
Securis quid 24.c
Secũdum opa reddere qd 146.c
Septenario numero vniuersitas designatur vide 119.d
Sensus diuisus & sensus compositus 200.c
Seniores populi erant septuaginta 213.b
Sermo domini in monte apud Matthæum. 5. & apud Lucam 6. an idem 42.c
Sessio super asinam & pullu quid designabat 174.m
Signum dedit Iudas triplic i. causa 124.c.d
Signa quæ apparuerunt super Hierusalem imminẽte eius destructione 197.f
Si peccauerit in te frater tuus &c. tripliciter exponitur. 156.e
Sion mons domini 174.a
Silentium Crhisti propter tria, 227.a
Simon magus 197.b
Simon essæus ibibem.c
Synagoga quid 85.f
Symphoniæ diuersitas 87.d
Solicitudo supflua quæ 64.c
Solicitudo ordinata ibidem
Solicitudo temporalium prohibita 66.a
Spirituale beneficium nulli denegandum 53.f.
Spiritus cur in forma columbæ apparuerit 27.f
Spiritus multiplex 28.f
Spiritus cur descenderit super Christum 28.a
Stellæ cadere de cœlo quid 202.e
Stella magis apparens an vera stella fuit 20.d
Status apud Iudæos ter mutatus 8.f
Stater creatꝰ in ore piscis quid docet 152.d
Stultum disputare de comparatione sanctorum 104.c
Suspitionis gradus triplex, 67.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

T
Talẽta dona gratiæ sunt. 108.b
Teloneum quid 83.a
Tempus aduentus Christi prętaxatum fuit 141.a
Tenebræ illæ an eclypsis. 236.d
Tenebrę factæ in morte Christi an vniuersales ibidem
Tenebræ quid 76.c
Tentare quid 29,c
Tentare cur post baptismum & ieiunium Christum aggreditur 32.f.
Termini terræ 203.c
Terræmotus 238.c
Testium inductio 158.b
Thesaurus ex quo fit 62.c
Transfiguratio Christi nihil mutauit 147.c
Tres mortuos suscitauit Christus 88.a
Tria requiruntur vt oratio sit exaudibilis 69.b
Triplici de causa noluit Christus gladio defendi 225.b
Triplex præmium voluntariorum pauperum 166.b
Triplici de causa discipuli contrstati sunt in hoc verbo, vnus vestrum me tradet 218.c
Traditiones Iudæorum 135.b
Tribulationes magna dei beneficia sunt 42.a
Tristitia inordinata 222.b
Tristitia moderata ibidem.c
Triste cœlum qua ratione dicatur 140.f.
Torcular qd designet 178.b
Tunica Christi incõsutilis qualis fuerit 234.cẽ
Turba dimissa cur Christus ascendit in montem 133.a
V
Vana calculatio eorum qui prophętant de aduentu antichristi 198.a
Ventilabrum quid 25.f
Væ non semper significat æternam damnationem 191.f.
Vestimenta discipulorum strata super asinam 174.f.
Vinea Christi Ecclesia est, 197.b
Vindicta qũo optanda 52.c
Vinum nouum & vtres veteres quid 85.c
Vinum Christo oblatum in cruce quale 234.a
Viperæ proprietates 24.b
Virtus & donum in quo consistunt 36.f.
Vita æterna denarius dicitur 167.c
Visio trãfigurationis prohibetur ad tempus reuelanda, 149.f.
Vnio Christi cum anima, 183.a
Vnio verbi cũ natura 182.f.
Vnio verbi cũ ecclesia 183.a
Vnguentum super caput Iesu effusum quid denotet 215.a
Voluntas in deo duplex 156.c
Volucres cœli dicuntur diaboli 121.b
Z
Zizania quid 126.c
Zacharias filius Barachiæ, 195.b

FINIS.

PROLOGVS AVTHORIS.

Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena, & quasi sol refulgẽs, sic iste effulsit ĩ domo dei. Quãuis vniuersitatis creator, generisque humani redẽptor Christꝰ sapiẽtia patris, cũcta ordinate produxit, & singula in numero, põdere & mẽsura sapiẽter moli tus sit: nostrã tamen salutẽ, ac reparationẽ ordinatissime, imò & sapienter cõpleuit. Venturus nẽpe in mundũ hũc, & operaturus nostrã salutẽ in medio terrę premisit sui aduẽtus, seu incarnationis præcones, sanctos ꝓphetas, qui omnes super dies regis Messię locuti sunt. Deinde in propria venit persona, nostræ naturę assumpta substantia: & sicut sacer Hieremias admirãdo prædixit, Ipse quasi colonus, & quasi viator ad manendũ declinãs aduenit. Factus est enim egenus propter nos cũ diues esset: quẽadmodũ Zacharias quoq; testatꝰ est, Ecce, inquiens, rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Visus ergo & conuersatus in terra, docuit homines, ꝓput Esais fatetur, Docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius, De hoc nãq; doctore dixit Osee propheta, Tẽpus requirendi dominũ, cũ venerit qui docebit nos iustitiã. Porrò, cũ excellentissimus modus sit docẽdi, proprio ore docere, seu prædicare, idcirco hic modus Christo potissimũ cõueniebat, ꝓpter quod librũ nõ edidit, sed voce edocuit. Vnde & inter philosophos præcipui, Socrates, atq; Pytagoras, libros facere renuerũt, viua dũtaxat voce docẽtes. Verũ quia necesse fuit ad posterorũ informationẽ cõponere libros, ne obliuioni traderentur præterita, Christus hoc genus docẽdi suis commisit, ac inspirauit discipulis. Inter quos quatuor ad euangelicæ veritatis describenda mysteria, documẽta, ac gesta elegit, Matthæum, Iohannẽ, Lucam & Marcum: quorum libri & dogmata vniuersis libris, atq; doctrinis prefulgẽt, ac præferuntur. Fuere nihilominus (vt in Euãgelij sui exordio tetigit Lucas) quidã, qui nõ diuinitus inspirati, sed proprio animo tumidi (iuxta illud beati Iob, vir vanus in superbiam erigitur) conati sunt Euãgeliũ scribere inter quos fuerũt Basilides & Appelles hæretici, qui vt suos colorarẽt, ac promulgarent, seu authenticos redderent errores, sub nominibꝰ Apostolorum scripserunt, videlicet Bartholomæi & Thomæ, itemq; Matthię. Sic etiã quidam peruersi sub nomine Pauli Apostoli

Eccle. 50.
Sapien. 11.
Psal. 73.
Hier. 14.
2. Cor. 8.
Zacha. 9.
Baruch. 3.
Esaiæ. 1.
Osee. 1.
Lucæ. 1.
Iob 12.
Hæretici etiã Euangelia, &

Epistolas scipserunt inscribentes ex nominibus Apostol.

Apostoli scripserũt, ac transmiserũt epistolas. Vnde ad Thes 2. Thes. 2. salonicẽses hortatur, Ne quis vos seducat, neq; per spiritũ, neq; per epistolam tanquã per nos missam. Rursusq; in finibus epistolarum suarum adiungit, Salutatio mea manu Pauli quod signũ in omni epistola, ita scribo. Hoc enim signo scie batur epistola ab ipso cõposita. Sic & ĩ veteri testamẽto nõnulli officium prophetandi sibi vsurpauerunt. De quib⁹ per Hieremiã loquitur dominus, Ipsi currebant, & ego non misi eos. Et per Micheã, populũ meũ deceperũt propter fragmẽ panis. De talib⁹ ait Saluator, Omnes quotquot venerũt fuerũt fures & latrones. Sancta ergo ecclesia, quã cõstat regi à spiritu sancto, illorũ duntaxat recepit euangelia, quorũ sanctitas manifesta fuit, qui & fide digni fuerũt, sequẽtes in hoc propheticæ reuelationis mysteriũ, secũdũ quod in Ezechiele quatuor animalia oculis plena describuntur. Per quæ quatuor Euangelistæ signantur, ita vt per animal simile hominĩ significetur Matthæus, quia ab humana Christi generatione sumpsit exordiũ. Per bouẽ, seu vitulũ Lucas, Per leonẽ Marcus: Per aquilã Iohãnes, de qua propheticæ reuelationis elucidatione, ac prosecutione nũc transeo: quoniã satis cõmune est, & ab expositoribus copiose tractatũ. Deniq; ad cõmẽdationẽ sacratissimi Euãgelistæ, & glorioſi Apostoli, diuini, sapientissimiq; Matthæi reuertor, de quo introducti thematis verba conueniẽtissime exponũtur, quis ad literã de Simone Onie filio, sacerdote magno, sint dicta. Fulsit ergo Matthe⁹ in domo dei, vt stella matutina, vt luna, vt sol, hoc est, vehementer, vehemẽtius & vehementissime: seu clare, clari⁹, atq; clarissime: quẽadmodũ stella Matutina vehementer clareq; fulget, sed luna clarius, sol autẽ clarissime. Fulsit enim clare per conuersationẽ exemplarẽ, clarius per euãgelicã prędicationẽ clarissime per euangelij cõscriptionẽ. Sua etenim sanctissima cõuersatione illustrauit præsentes & secũ cõuersantes, sua prædicatiõe illuminauit omnes aduẽtantes & audiẽtes: sua verò scriptura vniuersum edocuit mundũ, & inceſſabiliter edocet auditores, siue lectores. Ipse quoq; pre ceteris Euãgelistis moralitatẽ Christianę sapiẽtiæ, hoc est, morales Christi doctrinas plenius descripsisse videtur, ita vt Marco fulgente clare vt stella matutina Luca clarius tãquã luna plena, ipse clarissime fulgeat instar solis: quẽuis absolute loquendo, Iohannes cunctis præfulgeat.

Ecclc. 50.

D. DIONYSII CARTHVSIANI IN EVANgelium secundum Matthæum Enarratio.

Expositio primi capituli, *Liber generationis Iesu Christi.*

ARTICVLVS PRIMVS.

LIBER *generationis Iesu christi filii Dauid, filii Abrahã.* Sicut in prologo protestatur Hieronymus, Matthæus ante cæteros Euangelistas suum conscripsit Euangelium in Iudæa. Scripsit autem Iudæis conuersis stylo Hebræo. Chrysostomus verò refert, quòd facta magna persequutione fideliũ in Palæstina, fratres dispersi precabantur Matthæum, vt eis verborum, & operum Christi veritatem describeret, quatenus librum Euangelicæ legis ad manum haberent, secúmque deferrent quocunque venirent. Hæc autem simul stare possunt. Quanuis enim in Iudæa scripserit, potuit tamen plebs Christiana in Palestina existens, esse occasio huius scripturæ: præsertim cum plurimi Iudæorum in Palestina morati, conuersíque fuerint. Porrò intentio Matthæi fuit, ostendere Christum veraciter incarnatum, atque ex semine Dauid progenitum: quoniam infideles Iudæi ex hoc arguebãt Iesum Nazarenum, non esse Messiam seu Christum, eò quòd à Nazareth vrbe Galilææ fuerat oriundus: scriptura verò prædixit Christum de Bethleem Iudæ ex semine Dauid venturũ. Hinc enim principes Iudæorum loquuti sunt Nicodemo, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nónne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit Christus? Declarans ergo Matthæus Iesum esse filium Dauid, sic orsus est *Liber generationis Iesu christi*, id est liber præsens à generatione Christi intitulatur. Solẽt enim

Hieron.

Chrysost.

Mich. 5.

D Hebræi libros denominare ab eo de quo in exordio prætractatur. Quēadmodū primus liber Mosi dicitur Geneſis, quia de mundi creatione ſumit initiū. Liber quoq; in cuius principio dominus fertur iuſsisse numerari filios Israel, vocatus eſt
Num.10. liber Numerorū: Ita iſte eſt liber generationis Ieſu Chriſti, i. deſcribēs humanā, ſeu temporalē generationē Chriſti, de
Ioan.1. cuius diuinitate, ac diuina generatione Iohānes plenius ſer
Exo.33. mocinatur. Quāuis in veteri teſtamento plures dicti ſunt Ieſus, vt Ioſue, alias Ieſus filius Naue, & Ieſus filius Ioſedech
Num.12. ſacerdos magnus: plures quoq; vocati ſunt Chriſti, per quā-
Ioſue.3. dam participationē & nuncupationē, imperfectāq; rationē
1.Reg.6. videlicet, quoniā populū Israel tēporaliter, ſeu corporaliter,
4.Reg.23. vel diſpoſitiue & ſolū inſtrumentaliter liberauerūt, & oleo
1.Mac.1. ſancto vncti fuerūt corporaliter vel ſpiritualiter, vel modo
Agg.1.2. vtroq;, nullus tamē ſecundū perfectā rationē, ac plenam pro-
1oan.3. prietatē dici poteſt Ieſus aut Chriſtus, niſi vnigenitus dei,
E homo factus, qui ſolus perfectam animæ, & corporis liberationē nobis promeruit, fecit, ac tribuit, omniúmq; diuinorū chariſmatū vnctione pleniſsimè eſt perfuſus: quia non ad mē
Pſal.44. ſuram dat deus ſpiritū homini Chriſto. Vnde in Pſalmo ca-
Hebr.2. nitur, Vnxit te deus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Propriè itaq; Chriſtus eſt nomē perſonæ in duplici natura ſubſiſtentis, diuinæ videlicet & humanæ: imò tam Ieſus quàm Chriſtus ſupponūt æternā & increatā hypoſtaſim verbi, ita vt vera ſint, Ieſus eſt æternus, immēſus, omnipotēs: Chriſtus vbiq; eſt, omnia impleat, omnia continet. Hīc ergo eſt liber
Luc.1. generationis Ieſu Chriſti *Filii Dauid, filii Abraham*, id eſt, qui
F ſecūdum aſſumptam humanitatem eſt filius Dauid regis, & Abrahæ patriarchæ: iuxta quod Gabriel apud Lucam diſſeruit virgini benedictæ, Dabit illi dominus deus ſedē Dauid
Rom.1. patris eius. Et Apoſtolus ad Romanos, Qui factus eſt ei, ex
Hiero. ſemine Dauid ſecundum carnem. Secundū Hieronymū, ho-
Pſal 131. rum duorum duntaxat filius nominatur iam Chriſtus, quia
Gene.22. ad hos tantū de Chriſto facta eſt diuina promiſsio. Ad Da-
Gene.28. uid etenim dictum eſt, De fructu ventris tui ponam ſuper ſe
Gene.28. dem tuam. Ad Abraham autem, In ſemine tuo benedicen-
Gene.49. tur omnes gentes. Sed huic obuiare videtur, quod in Geneſi hæc eadem promiſsio legitur Iſaac facta, ad quem inter cætera conteſtatus eſt dominus, Multiplicabo ſemen tuum. Et, benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Imò & Ia-

cob

cob patriarchæ in Geneſi legitur dominus hoc ipſum promiſiſſe. A
Præterea Iacob quoque patriarcha manifeſtè prædixit Iudæ, quod de ſemine eius naſceretur Chriſtus, expectatio gētium. Arbitror ergo idcirco Chriſtum potiſsimum dici filium Dauid & Abrahæ, quoniam cæteris principaliores, & forte ſanctiores fuerunt. Dauid nanque regū, Abraham verò patriarcharum maximus fuit. Sed cum per Eſaiam de Chriſto prædictum ſit, Generationem eius quis enarrabit? quid eſt quod Matthæus & Lucas CHRISTI generationem deſcribunt? Ad hoc Hieronymus, Chryſoſtomúſque reſpondent, quod Eſaias de diuina CHRISTI generatione Eſa.53. Hier o
loquatur, Euangeliſtæ autē de generatione humana. quan- Chryſo.
uis autē hoc verū ſit, quātū ad quod diuina Chriſti generatio B
præcipue inenarrabilis eſt quæ ſecundum Dionyſium poſuit tenebras latibulum ſuum: nihilominus verbum Eſaiæ iam Pſal.17.
introductum de humana quoque Chriſti generatione intelli Eſaiæ.13.
gi poteſt: quemadmodum Leo papa vbertim fatetur. Quis Leo papa.
enim viator concipere, comprehendere, aut eloqui valeat, quomodo virgo æternam perſonam, verum & incommutabilem deum concipiat, quomodo de clauſo vtero eius Chriſtus procedat, quod ſine penetratione dimenſionum, omnem rationem excedente, non potuit fieri: imò vt aliqui probabiliter aſtruunt, verbum Eſaiæ iam allegatū ad literā intelligēdum eſt: nec de diuina, nec de humana, ſed de ſpirituali Chriſti generatione, qua homines ex aqua, & ſpiritu ſancto renaſcuntur in Chriſto. & per apoſtolorum prædicationem, cœleſtiſque gratiæ infuſionem ad ipſum conuerſi ſunt. Prædictis Ioan.3.
enim verbis Eſaias adiecit, Quia abſciſus eſt de terra viuen- Eſaiæ 53.
tium, id eſt, Chriſtus per mortem ablatus eſt à conſortio ho- C
minum in mundo viuentium. Hæc verò abſciſio non eſt cauſa inenarrabilitatis diuinæ, vel humanæ generationis Chriſti, ſed generationis eius ſpiritualis: cum hoc ſit valde mirabile, q̄ in hominē crucifixum totus pene crediderit mundus. Quanuis itaque quælibet harum trium Chriſti generationū inenarrabilis ſit, ita quod perfectè comprehendi, recitariq; nequit, ſingulæ tamen aliqualiter deſcribuntur. De diuina 1.Cor.1.
ſiquidem generatione ait Chriſtus ſapientia dei, Necdum Prouer. 8.
erāt abyſsi, & ego iā concepta erā: ante colles ego parturie- Eccle.24.
bar. In Eccleſiaſtico quoque, Ego ex ore altiſsimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Vnde in Sap. lib. legitur,

Sap.7. Vapor est virtutis dei, & emanatio quædã claritatis omnipotentis dei syncera. Candor est enim lucis æternæ. Spiritualis autẽ generatio Christi iam dicta in Actibus Apostolorum, cæterisque legẽdis sanctorum describitur. *Abraham autem genuit Isaac* supernaturaliter de Sara nonagenaria naturaliter sterili, quando & ipse ferè cẽtenarius erat. De Ismaele autẽ primogenito Abrahæ non fit mẽtio, sicut nec de cæteris filiis Abrahæ: quia ex eorum semine non prodiit Christus. Nec mystica ratio compulit eos comemorari, sicut inferius commemorãtur fratres Iudæ & Iechoniæ, de quib⁹ tamen non est natus saluator, Iste est Abrahã. quẽ deus per Esaiam appellat amicũ, qui fuit perfectæ obediẽtiæ forma, fidei; ac spei exẽplũ. Vnde in Genesi, domin⁹ ait ad eũ, Ego protector tuus, & merces magna nimis: cui⁹ præconia in Genesi describuntur, Quoniam ergo ex Isaac natus est Christ⁹, dictum est Abrahæ in eodem Genesi lib. In Isaac vocabitur tibi semen. Apostolus quoque ad Galatas dicit, Ismaelem natum secundum carnem, Isaac autẽ secundum spiritum, id est, secundum spiritussancti promissionem & operationẽ, ac typicam Christi præfigurationem. In multis siquidem erat figura Christi, videlicet, quia diuinitus promissus, supernaturaliter cõceptus ac genitus: & quia ad suiipsius immolationẽ signa portauit, sicut & Christus baiulans sibi crucem exiuit ad passionem. Isaac quoque interpretatur risus seu gaudiũ. Nam eo nato Sara mater eius, Risum (inquit) fecit mihi dominus, omnis qui audierit corridebit mihi. Quis autem est spiritualis risus & gaudium electorũ, desideratúsque gẽtiũ, nisi is de quo angelus pastoribus, Ecce (ait) annuncio vobis gaudium magnũ, quod erit omni populo, quia natus est vobis saluator, qui est Christus dñs. Spiritualiter per Abraham (qui interpretatur pater multarũ gẽtium) intelligitur quilibet virtuosus, qui est principium multarũ operationum bonarum. Talis generat Isaac, id est, spiritualem habet lætitiã, quoniã actibus virtuosis syncera delectatio est annexa. *Isaac autem genuit Iacob* qui erat vir simplex, in tabernaculis habitans: de quo Augustinus sentire videtur, quod fuerit in vtero sanctificatus. Vnde & apud Malachiam prophetã loquitur dñs: Nónne frater erat Iacob Esau? Et, Iacob dilexi, Esau autẽ odio habui. Hic Iacob angelorũ visionibus frequenter potitus est, qui ab angelo dictus est Israel. Porrò quàm præclarissimus

Gene.15. *Gene.21.* *Gala.3.* *Gene.21.* *Gene.22.* *Mat.27.* *Gene.21.* *Luc.2.* *Gene.17.* *Gene.25.* *August.* *Mala.1.* *Gene.31.* *Gene.35.*

clarissimus propheta extiterit, quanque sanctissimũ vitæ finem habuerit ex Genesi elucescit. Spiritualiter Isaac, id est, gaudium in domino generat. Iacob, id est, vitiorum supplantatorem. Qui enim delectatur in domino & actibus sanctis, vitiis fortiter reluctatur, alios ad vitiorum eradicationẽ inducit. Secundum quod dicitur Gustato spiritu, desipit omnis caro. *Iacob autem genuit Iudam & fratres eius* vndecim patriarchas: videlicet Ruben, Symeon, Leui, Isachar, Zabulon, hi sex de Lya exorti sunt: Ioseph quoque & Bẽiamin ex Rachaele. Dan verò & Nepthalim ex Bala. Gad autẽ & Azar ex Zelpha. Iacob pater duodecim patriarcharum, figura est Christi patris duodecim Apostolorum. Iudas autem interpretatur confessio. Qui ergo spiritualiter Iacob est, vitia supplantando, generat Iudam, id est, confessionem laudis diuinę dicens cũ Psalmista, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Itẽque, Confitebor tibi domine in toto corde meo. Talis quippè dignus est deum laudare, cũ nõ sit speciosa laus in ore peccatoris. De hoc Iuda scriptum est in libro Paralipomenon, Iudas fortissimus erat inter fratres suos. *Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar* nuru sua. Cui cum Iudas dare nollet filium suum in maritũ, vt suscitaret semen fratrum suorum maritorum Thamar, sine liberis defunctorũ, illa prolẽ habere desiderans, mutato habitu sedit in via qua nouerat Iudam iturũ: qui putãs eã esse scortũ concubuit cũ ea, cõcepítque & peperit filios duos iã nominatos. ¶ Hoc loco dicit Hieronymus, in genealogia saluatoris nullam sanctarum assumi fœminarũ, sed eas quas scriptura repræhendit, vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens omnium peccata deleret contra quod dictum. Lyra argumentatur, quia inferius virgo Maria (quæ erat sanctissima) ponitur. Hieronymus, asserit etiam, tres reges propter iniquitatem patris eorum omissos, ne in sanctæ natiuitatis ordine ponerentur. Non ergo hæ mulieres ponũtur hoc loco [illegible] oniam peccatrices. Certum est autẽ, quod harum obiectionum prima nõ sit contra mentem Hieronymi, sicut nec illa qua aliquis dicere posset contra verba Hieronymi, quibus ait quòd Matthæus nominat Christũ filiũ Dauid, & Abrahæ tantũ. Posset enim quis obiicere, quòd etiã nominat eum filium Mariæ. De secunda obiectione dubiũ esse potest, quid Hieronymus senserit: non autem opinor cum sen-

Gene.49. *Gregor.* *Genes.9. & 30.* *Gene.49.* *Psal.33.* *Psalm.9. & 110.* *Eccle.15.* *1.Para.5.* *Gene.38.* *Hiero.* *Matth.1.*

 sisse,

D sisse, quod hæ quatuor mulieres quas appellat non sanctas, sed peccatrices, videlicet Thamar, Raab, Ruth, & Bersabee sint in vitijs consummatę seu condēnatę. Vnde Ambrosius
Ambro. eas multum excusat, etiā ipsa Thamar, quę inexcusabilior ei se videtur, quasi rea incesti. Sed quoniā (teste Dionysio) sanctum dicitur immaculatum, Hieronym⁹ vocat eas non sanctas
Dionys. & peccatrices, eo ꝙ aliqua reprehēsibilia commiserint de quib⁹ pœnituisse creduntur. Fuerāt ergo peccatrices, eo modo quo de Maria Magdalena iā pœnitēte in euāgelio legitur, Mulier quę erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Ies⁹ accubuit in domo Simonis, &c. De virtutib⁹ autē earum statim dicetur. Bona est igitur ratio sancti Hieronymi, quod
Luc.7. hę fœminę peccatrices in genealogia Christi ponuntur, ꝓpter exemplum sperādę salutis, & propter spē excitādā non solum inquātum peccatrices, sed inquātum peccatrices pœ-
E nitētes, vt dum audim⁹ sanctum sanctorum, de peccatricib⁹ mediate natum, nullāten⁹ desperem⁹, sed peccatricum illarum pœnitentiā imitemur. Interea quod regib⁹ illis omissis obiicitur, non est contra intellectum Hieronymi. Non enim dicit eos duntaxat omissos, quia iniusti fuerunt: nā simili ratione Roboā, Achaz, Amon, & alij quidā omissi fuissent: sed propter commixtionē patris eorum, videlicet Iorā regis Iuda, cum filia impiissima Iezabel muliere gētili, atq; idololatra, vnde ꝓpter labē gētilitatis omissi sunt. Sicq; oppositā ratio est de omisione regum istorum & prædictarum mulie-
Gen.38. rum, eo ꝙ Raab & Ruth gentilitate relicta ad Iudaismum
Ruth.4. conuersę sunt. Iorā verò legitimo thoro contępto acceperit
F vxorē gētilē in gētilitate manētē. *Phares aūt genuit Esrō. Esrom aūt genuit Arā. Arā aūt genuit Aminadab. Aminadab aūt genuit Naason.* Hic Phares cum patre suo Iuda Aegyptū ingressus est, in qua genuit Esrom. Esrom quoq; in Aegypto
2. Para. 2. genuit Arā, & ille Aminadab. Sed & Aminadab in Aegypto
Exod. 14. genuit Naason, quorum vterque egressus est Aegyptum cū Mose. Dicunt quoque Hebręi quod mari rubro diuiso, & Mose illud ingresso, cum cæterę tribus formidarent eum sequi Aminadab cum tribu Iuda in qua principalior fuit, primo se quutus est Moses, quo viso, aliæ tribus sequutæ sunt. Vnde per hoc dicunt tribum Iuda meruisse principatum & regnū. Potius tamen tenendum est, quod tribus hæc sine suo merito ad regnum electa, atque promota est, propter reuerentiam

tiā Christi, qui de ea incarnati elegit. N *Iason aūt genuit Sal* A
mon. Iste Naason fuit princeps tribus Iude: cuius sororem nomine Elizabeth, accepit Aaron in vxorē, qui etiam Naason fuit vnus duodecim principum, quē dominus iussit in patibu Exod.6.
lis poni propter peccata filiorum Israel cum filiabus & ido- Num.25.
lis Madianitarū fornicantiū. *Salmō autē genuit Booz de Raab.* Ruth,4.
Salmon iste cū Iosue terrā chanaan introiuit. Non enim nu- Ios.13.
meratus fuit in prima numeratione inter filios Israel. Acce 14.
pit autē Raab meretricē in coniugem gignens ex ea Booz. Nume.1.
Quāuis enim filiis Israel esset prohibitū, inire coniugiū cū Rut.3.4.
mulieribus alienigenis, maximè Chananeis, hoc tamen intelligendū fuit de mulieribus in infidelitate durantibus, sed quando conuersæ erant ad Iudaismū, & notabiliter virtuose viuebant, poterant in matrimoniū recipi. Talem autē fuisse B
hanc Raab constat ex libro Iosue. Recepit enim, absconditi, Iosue.2
atque dimisit exploratores missos à Iosue, & omnipotentiā dei Israel confitebatur: deinde gentilitate contępta, cū omni sua progenie appositā est ad filios Israel. Vnde propter hāc fidē, veritatē, atq; iustitiā, meruit à viro nobili in cōiugē recipi, scilicet à filio Naason. Quidā tamē asserit hanc Raab non fuisse meretricē, quāuis sic nominetur: sicut frequenter aliquis pauper dicitur dux, qui non est dux. Dicit enim in Hebræo haberi, mulierē hospitatricē, vbi nostra translatio continet, mulierem meretricem. Non videtur etiam verisimile, quod Salmon potentissimus penè, & maximus in tribu Iuda recepisset meretricem in coniugē. Sed hoc dictū non consonat communibus dictis sanctorū, qui asserunt Raab meretricem fuisse. Tale quoque agnomen non fit communiter in eodē casu, nec tā turpe agnomē conuenisset mulieri honestæ. Idcirco meretrix non videtur fuisse duntaxat agnomen
Hieron. fœminæ huius. Sed nec probabile arbitror, quòd beat⁹ Hieronymus in lingua Hebræa tam eruditus, loco hospitatricis transtulisset meretricem. iimò potius ęstimo, ꝙ nomē hebrai cum sit æquiuocū, ad hospitatricē & meretricē. Sic enim frequenter inuenio, ꝙ Lyra dicit aliter haberi in hebræo, quàm nostra habeat trāslatio. Tamē in libris Hieronymi inuenio, quòd sermo hebraicus sit æquiuocus, possitque diuersimodè interpretari. Vnde Hieronymus significationem conueniētiorem accepit, & ita non proprie habetur in Hebræo aliter quàm Hieronymus transtulit. Denique quòd arguitur non

D esse probabile, Salmon accepisse meretricem in coniugem.
Chrysosto. Respondendū est secundum Chrysostomum, ꝙ propter virtutes eius accepit eam post suam emēdationem, quando etiā magna & sublimata fuerat in populo Israel. Est quoque consuetudo scripturæ, vt mulieres incontinētes & lubricæ, meretrices vocentur, quanuis nō sint publicum scortū. Vnde ad
Ruth.2. saluandum quod Raab fuerit meretrix, nō oportet opinari,
Ruth.4. quòd omnibus se exposuit. *Booz autē genuit Obeth ex Ruth.*
Deut.23. Ista est Ruth Moabitis, quæ (vt legitur in libro Ruth) venit
Nee.13. cum Noemo à terra Moab in terram Iuda, quàm Booz accepit in cōiugem, eò ꝙ esset propinquus priori marito Ruth, filio Noemi sine prole defuncto. quāuis enim illicitū fuerat, Israelitis contrahere cū Moabitis, imò tale matrimoniū, nō
E erat verum matrimoniū, propter disparem cultū personarū, propter quod Esdras abiecit à filiis Israel vxores eorū Moabitidas: nihilominus quando conuersæ fuerunt fœminæ tales ad Iudaismū, & virtuosæ effectæ, recipi poterant, saltē ex dispensatione. Quàm autem virtuosa & fidelissima, humilis atq; obediēs fuit Ruth, patet in eius historia. Vnde & Booz dicit ad eam, Scit omnis populus vrbis meę mulierem te esse virtutis. Quoniam verò inter matrimoniū Salmon & Raab, quod fuit tēpore Iosue, & matrimoniū Booz & Ruth, quod fuit tempore Heli, vel circiter tempus trecentorum annorū transierit, vt potest probari, computando tempora iudicum intermediorum: mirum apparet quomodo Salmon genuit Booz maritū Ruth. Ad quod aliqui dicunt, tres fuisse Booz,
F quorum primus erat filius Salmon, & auus huius Booz: comprehenduntur tamen sub nomine vno. Sed ista responsio ex nulla canonica scriptura authoritatē sortitur: imò vbicūque in nouo & veteri testamento describitur ordo generationis istorū, de vno duntaxat Booz fit mētio. Non tamen pro præsenti occurrit responsio melior nisi hic Booz dicatur tēpore tam longo vixisse. Erat autē hic Booz homo magnarū opum, vir bonus & iustus. *Obeth autē genuit Iesse*, Iesse trinomius fuit. dictus est enim Isai & Naas, vnde secundo Regum habetur, ꝙ Amasa fuit filius Iether Ismaelitis, qui ingressus est ad Abigaii filiam Naas, sororem Saruiæ, quæ fuit soror Dauid, & mater Ioab. Naas ergo erat pater Dauid atq; Saruię. Et quia Matthæus loquitur iam de Isai, secundū quod Christus ex eo natus est, ideo nominat eū Iesse. quia sic appellatur

tur apud Esaiam, vbi Christus de eo nasciturus asseritur. Sic A
enim habemus, Egredietur virga de radice Iesse. Sic ergo o- *Esaiæ.* 11.
stenditur prophetia illa in ipso cōpleta. De hoc Iesse primo Regū inducitur, quod in dieb⁹ Saul erat vir grādæuus, & magnus inter viros Israel. *Iesse autem genuit Dauid regem.* Nominatur solus Dauid rex, propter excellentiam gratię sibi cōcessæ, & quoniā nullus præcedentium rex fuit eorū, videlicet qui nunc ante Dauid expressi sunt: & quoniam primus electus est ad regnum tāquam stabiliendus in eo. hic Dauid, homo secundum cor dei, penè in omnibus Christi erat figura. *Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ*, id est, ex Bersabee quæ fuerat vxor Vriæ Hetthæi, viri iusti, qui merito suæ virtutis, hoc loco exprimitur. Genuit autem Dauid
ex Bersabee filiū vnū in adulterio, qui & mortuus est infans, B
accepitque eā in coniugem, anteq̄ ex ea genuit Salomonem. Porrò ꝙ Bersabee iusta fuerit, constat ex lib. Prouerbiorum vbi Salomō recitat, quo modo à matre sua instructus sit. Iste
est Salomon, qui inclinauit fœmora sua mulieribus, & dedit *Psal.77.*
maculam in gloria sua. Reliquit quoque post se stultitiam. i. filiū stultum, de quo subditur: *Salomon autem genuit Roboam*, Propter cuius stultam responsionē, decem tribus omnino recesserunt à domo Dauid, constituentes sibi Ieroboam Effratæum in regem. *Roboam autem genuit Abiam*, ex filia Absalonis fratris sui, quam secundum legem habere non potuit, propter cognationis propinquitatē. *Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat.* Magnificētia atq; præconia, Asa
& Iosaphat in lib. Paralip. pleniſsimè describūtur. Erāt nāq; G
plurimū virtuosi & boni: quibus & maximas victorias, atque diuitias deus concesit. *Iosaphat autem genuit Ioram*, virum prauissimum, qui Athaliam filiam Achab & Iezabel sumpsit in coniugem, cuius cōsilio plurima mala operatus est. *Ioram autem genuit Osiam.* In libro Regum fertur ꝙ Ioram genuit Ochosiam, Ochasias autem genuit Ioas, de quo natus est Amasias, qui genuit Osiam, qui alio nomine vocatus est Azarias, sub quo Esaias orsus est prophetare. Tres ergo hoc loco reges omisi sunt, videlicet Ochozias, Ioas, & Amasias. cuius ratio vna est secundū Hieronymū, Hylarium & Chryso- *Hieron.*
stomum, quoniā Ioram accepit filiam Iezabel, fœminæ gen- *Chrysosto.*
tilis ac pessimæ in vxorem: idcirco filij eius de iniquo & maledicto semine nati, vsque ad quartam generationē tollūtur,

ne

Dne in sanctæ natiuitatis ordine commemorẽtur aut collocẽ
tur. Aliã rationẽ ponit Hieronymus. Nã Euangelistæ propo
situm erat, tres quaterdenas generationũ. i. ter quatuordecim in Christi genealogia disponere, & hoc in diuerso tem
porum statu, vt plenius ostendetur: ita vt à Dauid vsque ad transmigrationẽ Babylonis esset vna quaterdena. Quoniam ergo decẽ & septẽ generationes inter Dauid & transmigrationẽ fuerũt, hi tres reges conuenienter quã alij fuerant omittendi, propter causam inductã. Ioram ergo genuit immediate Ochosiam, mediate verò Osiã, qui cũ thurificare vellet in templo, lepra percussus est, mansitq; leprosus vsque ad mortẽ, quẽ constat iustũ fuisse, & de sua præsumptione pœnituisse,
E plagam quoque paternæ correctionis dei patienter tulisse.
Hieron. *Osias autem genuit* Ioathan, qui rexit palatium, patre eius propter leprã habitãte seorsum. Hũc Ioathã dicit Hieronymus super Esaiam, fuisse iustissimũ. *Ioathan autem genuit* Achaz hominẽ prorsus malignũ: cuius idolatria, peruersitas & infortunia in lib. Regum & Paralipomen. recitãtur. *Achaz autem genuit* Ezechiam, qui tantæ perfectionis & gloriæ extitit, vt de ipso in lib. Regũ legatur, q̃ nec ante eum, nec post eũ alis quis ei similis fuerit. Denique ipse bona conscientia ausus est dicere corã deo, Memento domine quomodo ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, & quod bonũ est in oculis tuis feci. Ad cuius instantiã reuersus est sol decẽ lineis
Esa.38. per quas descẽdit in horologio Achaz, ita quot dies ille pro
F longata fuit horis viginti. Vnde Dionysius in epistola ad Policarpũ, affirmat diem illam penè triplicatam fuisse. Angelus quoq; percussit centũ octoginta quinque milia virorũ Assyriorum. Cunque Ezechias ab Esaia audisset se moriturũ, fleuit vberrimè. nõ ex formidine mortis, nec desiderio vitę presentis, sed quoniã promissionẽ patribus suis factam de Christi natiuitate ex eis vidit frustrari in se (nondũ enim habuit filiũ) misertus dominus Ezechiæ, prolongauit vitã eius per quindecim annos. *Ezechias autem genuit* Manassem, cui
4. Reg. 21. grauissima scelera in lib. Regum & Paralipomenon recolũtur,
2. Par. 33. Obseruauit somnia atq; auguria, seruiuit omni militiæ cœli repleuitq; Hierusalem sanguine innocentũ vsq; ad os. Esaiã quoque patruum suum iussit linea serra secari. Refert Chry
Chrysost. sostomus, quod Ezechias ægrotãs præsente Esaia docere cœpit Manassem, quomodo deo seruire, legem seruare, & populum

pulũ gubernare deberet. Dixit autẽ Esaias, Vere verba tua A
non descẽdũt in cor eius, & ego ab eo occidẽdus sum. Quod audiẽs Ezechias, voluit Manassen occidere. Melius (inquiẽs) mihi est sine filio mori, quã talẽ relinquere. Esaias verò tenuit eum, ne illũ occideret. Postremò Manasses propter pec
cata sua à rege Assyriorũ captus, incarceratus, & dire ligatus, egit pœnitentiã valde, toto corde conuersus ad deũ, & liberatus, ad regnum suum reductus est. *Manasses autem ge-* 2. Para. 1.
nuit Amon, qui sequutus est peccata patris sui, non tamẽ pœ- 4. Reg. 21.
nitentiã eius. *Amon autem genuit* Iosiam virum sanctissimũ, qui in pueritia sua quæsiuit dominũ, sub quo Hieremias orsus est vaticinari. De cuius laude scriptum est. Memoria Iosię in compositione odoris facta, opus pigmentarii in omni ore
B quasi mel indulcorabitur, & vt musica in conuiuio vini. Oc- Eccl. 49.
cisus est autẽ à sagittariis Pharaonis Necao regis AEgypti, 4. Reg. 23.
quẽ Hieremias maximè deplorauit, Huius Iosiæ nomẽ per 2. Pa. 35.
annos pene quadringẽtos diuinitus prænũciatũ fuerat à propheta, qui dixit coram Ieroboã rege Israel, Ecce nascetur do
mui Iuda filius, Iosias nomine, &c. *Iosias autem genuit* Ieco- 3. Reg. 13.
niam, & fratres eius in transmigratione Babylonis. In lib. Re- 4. Reg. 24
gũ legitur, Ioathas filius Iosiæ immediate regnasse post patrem suum, qui cum mensibus tribus regnasset, captus & in
AEgyptum perductus est à Pharaone Necao iam expresso, qui loco Ioathas constituit Eliachim fratrem, Ioathas filium Iosiæ in regem. Vocauitque eum Ioachim, qui etiam dictus
C est Iechonias, & iste iam dicitur genitus à Iosia. Qui cum vn decim annis regnasset, obsessus & captus est à Nabuchodonosor rege Babylonis, quem aliqui dicunt translatum in Babylonem. Certum est autem, quod Nabuchodonosor eũ remisit in Hierusalem vt regnaret, accepta ab eo promissione quod non rebellaret. Vnde secundum quosdam, in via remisit eũ rex Babylonis. Cum autem tribus annis seruisset regi Babyloniæ, repugnauit, propter quod ab exercitu eius interfectus est, proiecerũntque eum extra portas Hierusalem
Hier. 22. insepultum: quemadmodum dixerat Hieremias, Sepultura asini sepelietur, Quo mortuo regnauit filius eius pro eo, qui 4. Reg. 23.
etiam appellatus est Ioachim & Ieconias, sicut pater ipsius, 4. Reg. 24
quãuis diuersis literis scribantur. Cum verò & iste regnasset mẽsib. trib. à rege Babylonis vallatus est cernénsque se non posse resistere, exiuit ad regem, qui misit eum cum matre,

vxoribus

D vxoribus atque principibus suis in Babylonē, & fecit Mathaniā auunculū eius filiū Iosiæ regem pro eo, appellans eū Sedechiam, qui tandē rebellans, captus, excæcatus, & in Babylonem perductus est. sicut Hieremias ei prædixit, Babylonē intrabis, & eā nō videbis. Sic ergo Iosias genuit Iechoniam, & fratres eius iā nominatos, in transmigrationē Babylonis. i. transmigratione seu translatione Iudæorū in Babylonem iam imminente, quæ post generationē istorū sequuta est, euolutis annis circiter viginti septē. Et *post transmigrationem Babylonis*, id est, postquā Iudæi in Babylonem translati fuerunt, *Iechonias*, iste secundus est filius prioris Iechoniæ & nepos Iosiæ. *Genuit Salathiel*, de quo dicit Chrysostomus, Putamus eum sanctum fuisse, in captiuitate dominū E assiduè exorasse, pro liberatione populi sui. Verùm Hylarius & Chrysostomus sentiunt eundem esse Iechoniam, qui ante & post transmigrationē fuit: sed verum est quod ait Hiero. quòd vnus fuerit pater alterius. Si enim idem esset, nō inuenirentur quatuordecim generationes post transmigrationē vsque ad Christum, cuius contrarium infra habetur. Vnde Hiero. Si voluerimus, inquit, Iechoniam in fine primæ tesseradecades ponere, hoc est vltimo loco secundæ, seu mediæ quaterdenæ, in sequenti. i. in vltima quaterdena, non erunt quatuordecim sed tredecim. Sciamus ergo Iechoniā priorē ipsum esse, quē & Ioachim, secundū autem filium non patrē. Quorum prior per K, & M, sequens per Ch, & N, scribitur F *Salathiel autem genuit Zorobabel*, cuius præconia in apocryphis Esdræ narrantur. ad eius quippè petitionem Darius rex Persarum, dedit Iudæis licentiam redeundi à Babylone in sua: de quo in Ecclesiastico inducitur, quomodo amplificemus Zorobabel. Ipse enim quasi signum in manu dextera Israel. & apud Aggæum, In die illo dicit dominus, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, & ponam te quasi signaculum, quoniam te elegi. *Zorobabel autem genuit Abiud.* in lib. Paralip. legitur, Zorobabel genuisse Mesollā & alios quosdā, inter quos non ponitur Abiud. Ad quod respondendum, quòd vnus illorum alio nomine appellatus est Abiud: vel non omnes filij eius ibi ponuntur. De reliquis generationibus quæ sequuntur vsque ad Ioseph, nihil habetur in scriptura canonica veteris test. Aliqui tamen Iudæi diligenter scripserunt genealogias patrum suorum, præsertim ex cathe

Hiere. 22.

Chrysosto.

2. Esd. 3

Eccles. 46.

Aggæi. 2.

1. Para. 3.

na & semine Dauid, de quo nouerant Christum nasciturum A propter quod eius scilicet Dauid posteritatem diligentius descripserunt. *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* Erat autem Ioseph vere citer vir Mariæ. Nam inter eos verum extitit matrimoniū quanuis non fuerit consummatum. De qua Maria, id est, ex cuius purissimis sanguinibus loco seminis à spiritusancto formatis, natus est Iesus secūdum humanā naturā, qui vocatur, & est Christus. i. Deus & homo in vna persona, duplicíque natura. *Omnes ergo generationes ab Abraham vsque ad Dauid* inclusiue fuerunt *Generationes quatuordecim, & à Dauid* (exclusiue) *vsque ad transmigrationem Babylonis*, videlicet vsque ad primum Iechoniam inclusiue, fuerunt *Generationes* B *quatuordecim*, loquēdo de generationibus hic enumeratis, videlicet omissis tribus generationibus prædictis, propter causam inductam. Et *à transmigratione Babylonis* id est, à secundo Iechonia inclusiue *Vsque ad Christum* (inclusiue fuerunt) *Generationes quatuordecim*. Ita vt quartadecima generatio in Christo compleatur. hoc planum est numeranti in personas præscriptas.

¶ Determinatio dubiorum concernentium locū istum.

ARTICVLVS II.

Ifficultatē interea facit lectori in primis, q̄ beatis- *Luc. 3.*
D simi Euangelistæ, Matthæus & Lucas, describendo genealogiam Christi, in aliquibus dissonare videntur, & opposito modo procedere, Primò itaq; dubitatur, quo C modo Lucas asserat Ioseph esse filiū Heli, Matthæus verò affirmat, quòd Ioseph sit filius Iacob. Et respōdendū, q̄ Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob, filius verò legalis Heli, Mathat enim & Mathan fratres fuerunt, qui succesiue eandem habuere vxorē, de qua Mathan genuit Iacob, Mathat verò genuit ex ea Heli, ita quod Iacob & Heli fuerūt fratres vterini. Heli verò accepta coniuge, mortuus est non relicto semine, propter quod Iacob frater eius de præcepto legis accepit coniugē fratris sui defuncti, vt susciteret semen fratri suo: genuítque ea ex Ioseph, qui fuit filius Iacob secūdū naturam, & filius Heli secundum legē Mosaica, quæ præcepit, vt fratre aliquo vxorato sine liberis mortuo, frater eius, seu *Luc. 10.* propinquus vxorē eius acciperet, & filiū ex ea natum, defuncto adscriberet, ne nomen eius deleretur ex Israel. Sed tunc

dubium

D dubiũ occurrit quomodo duo fratres poterant eandẽ habere vxorẽ, ita ꝙ vnusquisque eorum ex ea propriũ semen habebat. Ad hoc aliqui dicunt, ꝙ quando aliquis non habuit nisi vnam prolem ex coniuge sua, non reputabatur semen relinquere, & sic propinquus seu frater ipsius cũ vxore sua contrahere potuit, ac si nullũ semẽ reliquisset. Vnde in Deuter. pluraliter dicitur, si frater sine liberis mortuus fuerit, propinquus accipiat eius vxorẽ, &c. Secũdo dubitatur, quomodo Matthæus asserat Salathiel filium Iechoniæ, cũ Lucas dicat eũ esse filiũ Neri. Dicendum quod Salethiel fuerat filius Iechoniæ naturalis. Neri verò legalis vel adoptiuus. Tertio quæritur, quomodo Zorobabel nunc dictus sit filius Sala-
E thiel, cum primo Paralipomenon appelletur filius Phadaida. Respondent aliqui, ꝙ Salathiel alio nomine nuncupatur Phadaida, sed hoc non videtur, cũ loco prælegato, in quo filij Iechoniæ describũtur, inter Salathiel & Phadaida alius medius nominetur. Ideo alij dicunt, quòd Zorobabel filius Salathiel fuit alius ab isto Zorobabel filio Phadaidæ. Quarto principaliter dubitatur, quomodo Lucas dicat Christum descendisse à Dauid per Nathan. Matthæus per Salomonẽ, Ad hoc diuersi diuersimode responderũt. Quidã, ꝙ Nathã iste fuit filius Dauid adoptiuus, non naturalis. Et horũ aliqui dixerunt, ꝙ fuit Nathan propheta: quem propter suam sanctitatẽ. Dauid adoptauit in filiũ. Alij, quod fuit filius Semma fratris Dauid, quẽ Nathã Iesse auus eius adoptauit in filiũ.
F Defunctóque Iesse, ipse Dauid eundem sibi filiũ adoptauit, & hoc dicit magister in historiis, Lyra autem potius sentit, quòd fuit Nathan propheta. Quod enim non fuerit filius naturalis Dauid, probat per hoc, quod Salomon in Prouer. de seipso testatur, Fui tenellus & vnigenitus corã matre mea, videlicet ex parte matris. Nam quanuis Bersabee habuerit filium de Dauid ante Salomonẽ. Ille autem non computatur, quoniã ante circunciſionẽ defunctus est secundũ Hebræos. Sed his obuiat, quod in lib. Paralip. manifestè habetur, ꝙ in Hierusalem nati sunt Dauid quatuor filij de Bersabee, quorũ vnus ibidẽ Nathan vocatur. Nec videtur sufficere, ꝙ dicatur filius naturalis Bersabee ex Vria, & filius Dauid adoptiuus, vt aliqui dicunt, asserentes quod tres illic nominati fuerunt filij Vriæ quos Dauid adoptauit in filios, dum matrem eorũ accepit in coniugẽ. Si enim sic esset, non propriè diceretur nati

tur nati ipsi Dauid ex Bersabee. Ideo probabilius reor, quod A
Nathan fuit verus & naturalis filius Dauid ex Bersabee, ad quod valet dictũ Damasceni. lib. 4. vbi declarat beatam virginẽ descendisse de Dauid per Nathan. Si ergo Nathan non erat naturalis filius Dauid, sed fratres sui, vel alterius: dicere tur Christus potius descẽdisse de Iesse per Sẽma, quàm per Dauid, vel de alio aliquo etiã secundum carnem, cum tamen apostolus dicat, eum factum ex semine Dauid secundum carnem, imò secundum hoc Christus non diceretur præcipue filius Dauid. Præterea, secundum Abrosiũ super Lucã, Christus secundum carnẽ veraciter natus est ex semine Nathan. Quod autẽ allegatur in oppositũ, ex Prouerbiis soluitur. Si dicatur Salomonem notanter dixisse, fui vnigenitus & vnicus, & non sum: hoc enim refert de seipso prõ tẽpore pueritiæ suæ, quando & mater eius docuit eum, sicut subiungit. Potuit autẽ accidere, ꝙ vsq; ad illud tẽpus fuerit vnicus, vnigenitus aliis pastmodum natis: quòd tamen dici non potest, si cum Hieronymo asseratur Salomon non fuisse, nisi vndecim annorũ, cum cœpit regnare, cuius oppositũ alij satis probabiliter tenẽt. ¶ Quinto quæritur, cur Lucas genealogiam Christi describat ascẽdendo, Matthæus descẽdẽdo. Respondẽdum, quod Matthæus principaliter loquitur de carnali & naturali Christi generatione secundũ quod venit ad nos, & carnẽ assumpsit, ideo à superiori incipit, descendendo vsq; ad Ioseph & S. Mariam: Lucas verò loquitur de Christi generatione, prout per eam ad deum reducimur, & eius filij adoptiui efficimur. Ideo incipit ascendendo à Ioseph vsq; ad Adam. C
Sed quare non fistit in Abraham, in quo Matthæus exorsus est? Dicendum quod ideo vt ostendat omnes electos in quacunq; mũdi ætate extiterint, per Christum ad deũ reductos atq; saluatos. ¶ Sexto quæritur, cur inter Ioseph & Abrahã multos plures patres ponantur à Luca, quàm à Matthæo, Lucas quippe enumerat. 50. Matthæus. 42. Dicendum ꝙ Lucas ponit triplices patres, videlicet naturales, legales & adoptiuos. Matth. naturales duntaxat, qui etiã ex certa causa quosdam naturales patres omisit, sicut ostẽsum est. Septimo quæritur, quomodo secũdum Ambrosium atque Hilarium Lucas genealogiam Christi describere dicitur secundum gradum sacerdotalis originis, Matthæus verò secundum succesionẽ regalis propaginis. Ad hoc aliqui responderũt, ꝙ ideo, quia

Soluitur obiectio. *Prouer. 4.* B *Luc. 3.* *Ambro.*

Matthæus

D Matthæus ponit Salomonem, qui fuerat rex, Lucas autē Na-
2.Reg.8. than, quem dicunt fuisse sacerdotē. iuxta illud, Filij autem Dauid sacerdotes erant. Sed hoc non videtur sufficere. Non enim sic intelligendū est, quod legales hostias in templo more sacerdotum Leuiticorum offerebant, & in altari ministrabant, quia non erant de genere Aaron. sed quia religiosi, vel (vt alij dicunt) principales & primi ad honores fuerunt. Vnde in Paralip. scriptum est, Filij autem Dauid erant primi ad manum regis. Conuenientius ergo dicendum, quod tribus Iuda & Leui. seu regia & sacerdotalis principales fuerunt, idcirco frequenter coniuncti fuerunt vinculo matrimoniali. Etiam ante Dauid. Nam Aaron vxorem habuit Elizabeth filiam Aminadab de tribu Iuda. Dauid quoque vt tangit Hy-
E larius, coniugium iniit cum tribu sacerdotali quod secundū eum Salathiel atque Zorobabel confirmatum fuit ex genere: sicque Nathan & alij quidē à Luca positi, ex vna parte de tribu sacerdotali fuerunt, quemadmodum & Maria: quod innotescit per hoc quod Elizabeth vxor Zachariæ, eius cognata ex filiab⁹ Aarō duxit originē, vt in Lucæ habetur. ¶ Octauo inquiritur, cur Matthæus has generatiōes tripartitur, seu in tres quaterdenas partitur, Cū enim summatim potuisset, Generationes ab Abraham vsque ad Christum quadragintaduæ fuerunt, distinctè loquutus est, dicens: Omnes generationes ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim &c. sicut in fine præcedentis dicebatur articuli. Respondet Chryso. quoniam status hominum in Iudæis ter mutatus est, gene-
F rationibus quatuordecim ter completis. Ab Abraham enim vsque ad Dauid fuerunt sub iudicibus. A Dauid vsque transmigrationem sub regibus. A transmigratione vsque ad Christum sub pontificibus. Hoc ergo vult demonstrare, q̄ sicut bis mutatus est hominū status binis quaterdenis cōpletis, ita completa quaterdena à transmigratione vsque ad Christum, oportuit hominū statū mutari à Christo, quemadmodum factum est. Post eius nanque aduentū cœpit humanū genus esse, non sub multis iudicibus, regibus & pontificibus, sed sub vno iudice, rege atque pōtifice Christo, qui trium illorū statuum, ac personarū sortitus est dignitatem. Pater quippè iudiciū omne dedit filio. Et ipse est sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. habétque in vestimento, & in fœmore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium.

Lucæ 1.

Chrysosto.

tium. His verbis Chrysostomi obiici posset, quòd Iudæi ante Dauid habuerunt regem Saulem. Et ante Christi aduentum, Ioannem Hircanum. Itemque Herodem. Ad quod dici- Ioan.5.
potest, quod Saul non fuit assumptus ad permanendum in re Psal.109.
gno. Ioannes quoque Hircanus non diu regnauit, sicque tem Hebr.10.
pus illud non reputabatur. Herodes verò alienigena fuit.
Nono inquiritur, cur potius Ioseph, quàm Mariæ origo describitur, cum tamen propositum euangelistæ fuerit demonstrare Christum ex semine Dauid natum, qui nō de Ioseph, sed de Maria natus agnoscitur. Ad hoc omnium vna responsio est, consuetudinem non esse diuinæ scripturæ, mulierum genealogiam describere. & quoniam euangelista docuit Ioseph iustum fuisse, satis declarauit eum atque Mariā ad eandem tribum spectare, cum secundum legem quælibet tribus B
contrahere debuit cum personis propriæ tribus. Sed obiici potest quòd consequentia ista non teneat, eò quòd tribus Leuitica cum qualibet tribu cōtrahere potuit. Ad hoc pro præsenti, aliam responsionem non video, nisi vt dicatur Euangelista id supposuisse, quod omnibus suo innotuit tempore: vtpote patrem Mariæ fuisse de tribu Iuda & Dauid: vel sequutum esse communem cursum, secundum quod vterque coniugum ad eandem tribum spectabant. Sed tunc rursus occurrit, cur nō potius origo Ioachim patris Mariæ, quàm Ioseph enarretur. Dici potest quòd ideo, quoniam maior est vnitas mariti & cōiugis, quam patris & prolis. iuxta quod scriptum est, Erunt duo in carne vna. &, relinquet homo patrem & C
matrem, & adhærebit vxori suę. Denique de ortu & genealogia super laudabilis benedictæque virginis. Damascenus 1.Cor.1.
libro quarto sic ait, Dauid inter cæteros duos filios habuit, Damasc.
Salomonem & Nathan. Ex cathena itaque Nathan Leui genuit Melchi & Panthera. Panthera genuit Barpanthera, qui genuit Ioachim patrem Mariæ. Ex cathena verò Salomonis Mathan descendens, habuit coniugem de qua genuit Iacob. Mathan autem defuncto, Melchi duxit vxorem, videlicet matrem Iacob, de qua genuit Heli fratrem vterinum Luc.1.
ipsius Iacob. Heli verò sine liberis mortuo, frater eius Iacob duxit eius vxorem, de qua genuit Ioseph. Ioachim insuper nupsit Annæ matri Mariæ. Soror verò Annæ nomine Hismeria genuit Elizabeth, quæ genuit Iohannem Baptistam.

D Prosequutio expositionis huius capituli, ab eo loco quo dicitur, *Christi autem generatio sic erat*.

ARTICVLVS III.

D Escripta consueta ac naturali generatione patrum, nunc noua & super naturalis generatio Christi describitur. *Christi autem generatio sic erat*, tanquam dicat: prædicti solito modo generati sunt, sicut prædixi per seminis descensionē. Christi autem generatio singulari modo & ordine facta est quemadmodū subditur: *Cum esset desponsata* id est, promissa vel in matrimoniū tradita *Maria mater Iesu, Ioseph*, id est, viro sic dicto, de eiusdem Mariæ cognatione exorto, qui secundū Hieronymum cogebatur eam

Hiero.

E accipere vt propinquam, *Antequam conuenirent*, ad cohabitandum (vt aliqui dicunt) vel ad carnalem coniunctionem (secundū alios, ad quam nec postea conuenerunt, *Inuenta est Maria à Ioseph* Eius diligenti custode ac sponso, *In vtero habens*, id est, filio impregnata. *De spiritu sancto*, id est, virtute & operatione spiritus sancti, qui ex purissimis virginis sanctæ sanguinibus, corpus Christi formauit, organizauit, & anima rationali decorauit: quæ omnia facta sunt in instanti à tota superbeatissima trinitate, quāuis ascribantur & appropriantur spiritu sancto, eò q̄ ad misericordiā bonitatemque dei pertineat, tanquā effectus ineffabilis clementiæ dei Clementia autem & bonitas appropriantur spiritu sancto, De desponsatione autē & conuentione Mariæ & Ioseph multa leguntur, quæ pro magna parte apocrypha sunt: idcirco talia prætermitto. Cur autem vnigenitus dei de virgine desponsa

F ta nasci voluit, potius quàm de non desponsata, multæ rationes traduntur. Prima secundum beatū Ignatium martyrē, vt partus virginis lateret diabolū. Dicit tamē Thomas, & alij multi, quod si deus permisisset, diabolus aliūde bene perpendisset Mariā esse virginē, nō obstante eius despōsatione. Poterat enim sua naturali industria faciliter percipere, quod corpore integra fuit. Secunda ratio, Ne virgo sanctissima à Iudæis reputaretur adultera: maluitque Christus Iudæos de suo ortu ambigere, q̄ de matris pudore peruersè sentire. Tertia, ne Iudæi occasionē haberēt abiiciendi Christum quasi de fornicaria natum. Quarta, vt virgo beata haberet casti viri solatium, atq; obsequiū, & Christus nutritiū. Alias plurimas causas assignant doctores, quæ satis notæ vidētur. Denique conuen-

conuentionē prædictā Hieronymus accipit de conuentione A concubitus. Dicit enim quod nec postea conuenerunt. *Ioseph autē vir eius cū esset iustus, & nollet eā traducere*, id est, Iudæis quasi adulterā tradere, seu puniendam exponere, vel publicè accusare, *Voluit occultè dimittere eam*. Secundū Hieronymum & Bernardum, sanctus Ioseph certus fuit de castitate Marię. Si enim cognouisset eam fuisse adulteram, & nō traduxisset eam, fuisset iniustus, quia secundum legē non solū actor sceleris, sed & cōscius eius obnoxius est peccato, si taceat. Dum ergo Euang. affirmat Ioseph iustum fuisse, atq; ob id Mariam nō traduxisse, innuit q̄ de castimonia sponsæ suæ nō dubitauit. Et si Christus noluit Iudæos de suæ matris pudore, sinistrum quid suspicari probabile est quod non permisit iustū Ioseph. de tanta virgine adulterium opinari. sed cur tunc voluit eā occultè dimittere? Ideo quoniā se reputauit cohabitatione, presentiaq; Mariæ indignū, quāobrē & Petrus repulit Christum, dicendo, Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et centurio, Domine, nō sum dignus vt intres sub tectū meum. Chrysostomus verò testatur, q̄ Ioseph desponsata sibi virgine, accepit eā in domū suā vbi cum angelus Gabriel ignorante Ioseph, virgini cōceptionē filij dei nūciasset, & iā ipsa concepisset, suāque cognatā Elizabeth cōcepisse audisset, mox surgens accepta à sponso suo licentia, abiit & visitauit Elisabeth, vt ei congratularetur, obsequeretur, & ex Christi præsentia magnus profectus accresceret tam ipsi Elisabeth, q̄ eius infanti. Reuersa autē Maria post trium mensium spatia, videns Ioseph eā imprægnatam, prima facie suspicat⁹ est malū de ea, excusatione verò ab ea recepta, attēta etiā sanctitate suæ conuersationis, ambiguus fuit quid finaliter de ea sentiret, Idcirco voluit eam occultè dimittere, ne vel innocentem traduceret, vel adulteræ consentiret. Verba Chrysostomi, quæ in diuersis locis de hac materia introducit, intelligenda sunt sapienter, quoniā sibi inuicē cōtrariari videntur. Alicubi enim ait, q̄ Ioseph putauit eam adulterā alibi verò dicit, quòd inæstimabilis laus. Mariæ magis credebat Ioseph castitati eius, quàm ventri eius. & magis gratiæ quàm naturæ. Conceptionem manifestè videbat, & fornicationem suspicari non poterat, possibilius credidit mulierem sine viro posse concipere, quàm Mariam posse peccare. Quòd ergo dicit Ioseph putasse Mariam fuisse

Hiero. Bernar. B Lucæ. 1. Matt. 8. Chryso. Lucæ. 1. C Chryso.

D adulteram, referendum est ad tempus quo primo vidit eam prole fœcundam. Quod verò dicit eum nõ potuisse fornicationẽ de ea suspicari, referendũ est ad tẽpus excusationis receptæ & sanctitatis pẽsatæ. Dubiũ enim nõ est quin interior gratia, sanctitas castitasque Mariæ mirabiliter ac potẽter refulsit, non solũ in eius vultu, sed in toto corporis gestu & apparatu, in tantum, ꝙ qui eius cõuersationẽ diligẽter aduertit, fornicationem aut crimẽ aliquod de ea suspicari non potuit. Præterea, aliqui asserunt quod Ioseph profectus est cũ Maria ad visitandum Elizabeth, tanq̃ obsequiosus ac diligens commissæ sibi virginis custos, Aliqui etiam dicũt ꝙ Ioseph nondũ accepit Mariam in domũ suam, sed quod despõsatione peracta, ipse descẽdit in propriã domũ, quasi nuptiis
E necessaria præparaturus, Maria verò interim fuit in domo parentum suorũ. Cũque reuersa fuisset ab Elisabeth, cernẽs eam Ioseph grauidam, noluit eam in domum suam recipere. Quid horũ sit verius ignoratur, *Hæc autem eo* (videlicet Ioseph) *cogitante* vt pote ꝙ Mariam occultè dimitteret. *Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph.* i, ipsi Ioseph dormiẽti, Apparuit autem ei apparitione visionis imaginariæ, & hoc tempore somni, in quo reuelationes diuinæ atque propheticæ solent fieri: quia tunc anima aptior est ad taliũ receptionem, propter exteriorũ sensuum clausuram, & à sensibilium perceptione vacantia, & præsertim propter imaginationis ampliorẽ quietẽ, propter quod dicitur, Per somnum in visione nocturna aperit aures virorũ, & instruit eos. Apparuit er-
F go Ioseph, dicens: *Ioseph fili Dauid*, non solum carnis propagine, sed fidei atq; iustitiæ imitatione: vnde ad cõmẽdãdã iustitiã Ioseph, nominat eũ filiũ Dauid. *Noli timere accipere*
Iob.33. *Mariam coniugem tuam.* i. audacter eam recipias ad cohabitandum, nec aliquid mali suspiceris de illa. *Quod enim in ea natum est*, id est proles quam habet in vtero, *De spiritu sancto est*, hoc est, virtute & operatione spiritus sancti concepta est, nõ humano semine, sed deifico lumine sine virginitatis iniuria, Cur non potius ait Euangelista, quod in ea conceptũ est, q̃ ꝙ in ea natum est? Respondendũ, quod natiuitas seu generatio est productio seu acquisitio esse sustantialis. Res ergo tunc nascit̃, cum formã substantialem sortitur. Hanc autem proles recipit primum in vtero matris, ideo prima est natiuitas in vtero, deinde ex vtero cum fœtus separatur

ratur à matre incipitque apparere, & in se pfectè subsistere. A
Quandiu nẽpe manet in vtero, est quasi aliquid matris, quẽadmodũ pomũ est aliquid arboris. Alia ratio est, ad insinuãdum, quod conceptio Christi, non fuit successiua ac naturalis, procedens ab imperfecto ad perfectum, sed instanea & supernaturalis, ita quod in eodẽ instanti completa est corporis Christi organizatio ac animatio. Ideo dicit: *Quod in ea natum est*, Quoniã puer quẽ cõcepit à primo conceptionis suæ instanti, fuit homo perfectus, imò & vir non corporis quantitate, sed animæ perfectione. Vnde Hieremias dicit, Nouũ creabit dominus super terrã, mulier circũdabit virum. *Pariet autem filium.* Dequo Esaias, Puer (inquit) na- Esaiæ.9,
tus est nobis, & filius datus est nobis Et *vocabis* in die circũcisionis, quando Iudæi nomina pueris imponebant: *Nomen* B
eius nominatum. i. ipsummet puerum *Iesum.* i. nomine talis vel vocabis. i. vocando dices, nomen eius nominans esse Iesum. i. ꝙ nomen pueri sit Iesus. Cur autem ita vocandus sit, subditur: *ipse enim saluum faciet populum suum.* i. omnes electos peccato obnoxios A *peccatis eorũ*, originali & actuali. Christus enim merito suæ incarnationis, sanctissimæ conuersationis, atque dirissimę passionis, liberauit genus humanũ ab omni peccato sufficienter, quãtum in se est, solos autem electos saluauit efficienter. Oportet tamen, vt meritum Christi, seu virtus passionis eius nobis applicetur, per sacramenta ecclesiæ seu fidẽ & charitatẽ. ad hoc quo liberemur à Christo. Iesus autem intepretatur saluator aut salutaris. consuetudo verò Iudæorum fuit, rebus imponere nomina ab aliqua proprietate, quemadmodũ Esaias dicit, Puer iste qui spolia- C
uit infernum, vocatur velociter spolia detrahe, cito prædare. Conuenienter ergo filius virginis, salus mundi dictus est Iesus. In cuius figura Iosue & filius Iosedech sacerdos magn⁹ dicti sunt Iesus. Quæritur, quomodo secundũ Matthæũ angelus vocet nomen filij huius Iesum, post eius cõceptionem, cum Lucas dicat, Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. Dicendum, quod Lucas loquitur de vocatione angeli ad Mariam, cum dixit, Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, *Hoc autem totum factum est.* Scilicet quod virgo de spiritu sancto concepit, quòd saluatorem peperit, quòd nomen pueri vocatum est Iesus, *Vt impleretur*

D *quod dictum est à domino per prophetam Esaiã, dicentẽ, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabitur nomẽ ei⁹ Emmanuel, quòd est interpretatum* (id est expositum) *nobiscũ deus* ideſt per hoc nomen Emmanuel designatur, quod puer iſte
Lucæ. 1. sit deus nobis per nostræ naturæ assumptionem vnitus, & per humanæ vitæ conuersationem coniunctus, iuxta illud Baruch. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vnde apud Esaiam testatur, Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Allegat autem Euangelista potius sensum quàm verba Esaiæ. Sic enim ait Propheta, Ecce virgo concipiet. Porrò per hoc quod filius virginis appellatur Iesus, quia saluat à peccatis, & Emmanuel, quia nobiscũ deus,
E declaratur duplex natura, puta diuina & humana, in vna Christi persona: nullus enim nisi deus à peccatis valet saluare. Et nobiscum deus, est deus & homo. Arguunt autem Iudæi hoc loco aduersum nos, asserentes Euangelistam nostrũ mendaciter allegasse scripturam propheticam, Esaias namque secundum hebraicam veritatem sic ait, Ecce adulescentula, concipiet & pariet. Adulescentula autem est nomen cõmune virgini & corruptæ. Respondendum secundum beatum Hieronymum quod in hebræo pro eo quòd Euangelista dixit, Ecce virgo, ita habetur, Ecce Aalma. Aalma autem duo significat, scilicet adolescentulam, & absconditam. nuncq; accipit pro abscondita. i. pro puella absecõdita, seu diligenter custodita, aspectibusq; virorũ subtracta, in tantũ vt
F de eius integritate dubitari non possit. Talis autẽ extitit sancta Maria, quæ vsq; ad tempus suæ desponsationis mansit, dominoq; seruiuit in templo. Vñ Matthæus spiritu sancto repletus, mentẽ Esaiæ certissimè sciens, allegauit sensum magis q̃
Psal. 71. verba. de hoc plenius dixi in expositione Esaiæ, prio loco. De natiuitate autẽ Christi ex virgine Psalmista fatet, descẽdit sicut pluuia in vell⁹, & sicut stillicidia stillãtia sup terrã. Et in Zacharia disseruit dñs, Ecce ego adducã, seruum meũ oriẽtẽ, videlicet Christũ, & cælabo sculpturã eius. i. corpus eius in vtero virginis supernaturaliter præparabo. Hoc idem
Esaiæ. 53. in Esaia pulchrè legit prophetatũ, cũ de Christo illic inducit, Et ascẽdet sicut virgultũ corã eo, & sicut radix de terra sitienti. Quemadmodum enim virgultũ oritur de terra nostab hominibus culta, sed cælesti influctia fœcũdata, sic Chri-

stus

stus de matre non ab hominibus tacta, sed diuinitus impræ- A
gnata. Quemadmodum etiam radix de terra sitienti. i. sicca non complura pullulat, sic Christus matre non virili semine imprægnata processit. Circa hæc quæritur, cur dicat Euãgelista, hoc totum factum est, vt impleretur, &c. & non potius hoc totum prædictum fuit. quia sic fuit agendum. Non enim ideo factum est quia predictum: sed ideo prædictum quia sic erat futurum. Et respondẽdum, quòd in talibus sermonibus, hoc quòd dicitur, vt, tenetur non causaliter, sed concomitanter, vt sit sensus: hoc factum est vt impleretur quod dictũ est per prophetam. i. Ideo est prædictum, quia sic fuit futurũ, & hoc etiam dicit Albertus in libro de laudibus virginis gloriosæ. *Exurgens autem Ioseph a somno fecit sicut præcepit ei angelus domini. Et accepit coniugem suam* quam decreuit dimittere. B
Accepit autẽ eam vel ad cohabitandũ & obsequendum, secũdum eos qui asserunt, ꝙ nondum suscepit eam in propriã domum: vel ad permanendum cum ea ex animo, secundum eos qui dicunt, quod iam ante in domum suã eam accepit. Vnde Chrysostomus, Non in domo accepit eã, nondum enim de domo dimiserat eã, sed de animo suo disposuerat eã, & iterũ in animum suũ recepit eã. Itaq; eã accepit, tanq̃ de cætero in giter permansurus cum ea fine suspitione, cum ingenti humilitate, puritate, ac reuerentia, ministrando ei in omnibus, velut dignissimæ genitrici creatoris saluatorisq; sui. *Et non cognoscebant eã, donec peperit filium suũ primogenitũ.* Hoc Chry- C
sostomus de intellectuali cognitione satis subtiliter veraciterque exponit. Nam ante virginis partum ipse Ioseph perfectè non sciuit quantæ dignitatis & gloriæ esset hæc virgo. Post partum verò ipsius, plenius eius excellentiam nouit, quia extunc in animo Ioseph facta est speciosior atque præstantior quàm totus mundus. Quidam exponunt de cogni- Exod. 34.
tione sensitiua, dicentes quòd Christo in vtero virginis con- 2. Cor. 3.
sistente, tantus in vultu eius splendor claritatis ex presentia Christi resulsit, quòd Ioseph eam intueri nõ valuit. sicut nec filij Israel poterant vultum inspicere Mosi, propter eius fulgorem ex consortio angeli. Literaliter verò exponitur de cognitione copulæ carnalis, ita quod Ioseph non accesit ad eam maritali affectu, donec peperit Christum, Sed nunquid postmodum eam cognouit? Non vtique. Tunc enim impijssimus & præsumptuosissimus extitisset, si templum sili dei,

D si sacrarium spiritussancti,si vterũ puritatis violare tentasset. Maria quoq; ingrata fuisset, si tanto filio nõ fuisset contẽta. Sciendũ ergo quod dictio donec, interdũ importat tẽpus determinatũ,quo euoluto fit aliquid.Sic Iob ait, Quis mihi tribuat,vt in inferno protegas me,donec pertrãseat furor tuus? Iob.14. Sicque cõmuniter dicimus, Non faciam hoc,donec veneris. Interdum verò accipitur pro tẽpore indeterminato:sicq; includit omnẽ differentiam temporis. Excludendo enim illud tempus quo magis videbatur aliquid esse,vel non esse,consequenter excludit alia tempora,quibus minus tale quid videtur.& ita habetur in Psalmo, Sede à dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ.Et iterum, Oculi nostri ad dominũ deum nostrum,donec misereatur nostri. Et rursus,Deus ne derelinquas me,donec annuntiẽ brachiũ tuũ, &c.Non est sensus, ꝙ postq̃ hostes Christi fuerunt ei subiecti,tunc ipse cessabit sedere ad dexteram patris,imò tunc maior est ratio vt sedeat.Vnde,cũ scriptura dicit eum sedere ad dexterã patris donec ponantur aduersarij scabellum pedũ ei, innuitur ꝙ postea æternaliter sedeat. Hoc itaq; modo sumitur,donec in proposito.Possibilius quippè videbatur, ꝙ Ioseph cognouerit sponsam & coniugem suã ante conceptionẽ filij dei,quã postea.ideo cum Euangelista edocuit, quod non cognouit eam ante Christi generationem,pro certo reliquit, ꝙ nec postmodum eam accesserit.Iuxta hunc sensum dicit de Christo Apostolus, Oportet autem illum regnare,donec ponantur inimici scabellum pedum eius. Nunquid postea non regnabit?Hinc ait Chrysostomus.Hoc quod fieri potuit, dixit Euangelista factum non esse.Id autem quod fieri non potuit, quid necessarium habuit dicere,quia factum non est? Ex his patet error Heluidij hæretici, qui erat sacerdos & idiota, dicens, quod Ioseph non cognouit Mariam ante partum Christi,sed postea,eò quòd scriptum sit, Non cognouit eam donec peperit.Item,quoniam Christus nunc dicitur primogenitus Mariæ,ergo & postea aliũ genuit.præsertim cum in euangelijs legatur Christus fratres habuisse sicut patebit. Dicendum,ꝙ in scriptura primogenitus nominatur,non solum respectu sequentis,sed etiam quia priorem non habuit. Exod.12. Sic enim in Exodo legitur. Dominum percussisse omne pri- Psal.77. mogenitum in terra Aegypti, nec erat domus in Aegypto, Psal.104. in qua non iaceret defunctus. Nunquid in qualibet domo

Psal.109. Psal.122. Psal.70.

E

F

erant

erant plures filij? Sic etiam in lege Mosi fuit præceptum.omne primogenitũ deo offerri:& si parentes nõ habuerũt nisi vnigenitũ,tamen vi huius præcepti tenebantur illum offerre Postremò fratres Christi dicuntur,quia cognati,quomodo Abraham dixit ad Loth, fratres sumus: & Ioab ad Amasam, Salue mi frater.Et in Iudicum lib. dixit Iudas Symeoni fratri suo. Contra istum Heluidium prorsus turpissimum & insanum, composuit sanctus Hieronymus librum. Quod verò subiungitur. Et *vocauit nomen eius Iesum*.Hoc tam de Maria, quàm de Ioseph intelligi potest. Vtrique enim seorsum præceperat angelus,vt puerum Iesum vocarent,quod vtique nomen,secundum suam plenariam proprietatem,id est saluatiuam virtutem,à deo impositum & appropriatum est filio virginis, qui solus perfectè saluat, & vniuersaliter liberat.propter quod Esaias dicit,Dominus ab vtero vocauit me,de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

A Pſal.134. Pſal.135. Exod.13. Lucæ.8. Gen.13. Matt.22. 2.Re.20. Iudicũ.1. Matth.1. Eſa.49.

B

¶Elucidatio secundi capituli, *Cum ergo natus esset Iesus,&c.*

ARTICVLVS IIII.

C Hristi descripta generatione præcedenti capitulo, nunc eius apparitio,seu manifestatio describitur.

Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ.Secundũ quod Lucas plenius enarrat: Cum (egresso edicto Augusti, vt describeretur orbis) Ioseph cum Maria ascendisset à Galilæa in Bethleem Iudæ, impleti sunt dies vt pareret virgo, peperitq; deum infantem in diuersorio seu stabulo reclinans eum in præsepio,quia non vacauit ei locus in diuersorio.Dicitur autem in Bethleem Iudæ,ad differentiã alterius Bethleem in Galilæa,pertinentis ad tribum Zabulon,vt habetur in libro Iosue, *In diebus Herodis* Absolonitæ natione Idumæi,cuius filius dictus Herodes Antipas, occidit Ioannem, & Christum in passione illusit.Fuit & alter Herodes Agrippa,qui Iacobum decollauit,& Petrũ incarcerauit,qui ab angelo percussus, consumptus est à vermibus. sicut in actibus Apostolorum recolitur, Nominatur autem hoc loco Herodes secundum Chrysostomum,ad ostendendum, quòd prophetia Danielis de natiuitate Christi,post septuaginta hebdomadas annorum à tempore Danielis sit in Christo impleta,quia ab illo tempore vsque ad regnum Herodis, tot hebdomadæ transierunt. Vna autem hebdomada continet se-

C Lucæ. 3. Iosue.19. Acto.12. Danie.9.

ptem

ptem annos, omnesque simul continent circa quadringentos annos. Alia ratio est, vt prophetia patriarchæ Iacob declaretur, impleta in Christo. Prædixit enim, Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quoniam ergo tempore Herodis alienigenæ ablatum fuit sceptrum, id est dominiū de Iuda, & dux de eius prosapia, certū est Christum tunc adueniſſe, qui est expectatio gentiū, prout in Aggæo habetur, Veniet desyderatus cūctis gentibus. Nam vsque ad tempus Herodis, aliqui de tribu Iuda præfuerunt Iudæis. Quanuis enim tempore captiuitatis Babylonicæ, regia dignitas sit ablata à Iuda, tamen post captiuitatem illam rursus præfuerunt aliqui de tribu Iuda, videlicet Zorobabel, cum quo redierunt de Babylone & Machabæi, qui erant de tribu Iuda. Et Leui & aliqui alij. *Ecce magi*, id est sapientes viri *Ab oriente*, id est à Perside, quæ est in plaga orientali respectu Iudeæ, *Venerunt* cum grandi comitatu, vtpote reges. Illis nanque temporibus sapientes regnare solebāt quales erant amici Iob, qui in libro Tobiæ, & à sancto Ambrosio reges vocantur. *Hierosolymam, dicentes*, Viri isti Magi vocantur non ab arte magica, seu quia malefici, vt magi Pharaonis, nec quia illusores, sed quoniam sapientes. Nam qui apud Hebræos dicuntur Scribæ, hi à Græcis appellantur philosophi, à Latinis doctores, à Persis Magi. Quidam verò affirmant quod secundum Chrysostomū dicti sunt Magi, quia fuerunt malefici, quanuis conuersi sint postea. Verumtamen Chrysostomus hoc loco dicit, quod fuerunt viri orientales à Perside, & quod apud Persas Magi, non malefici, sed sapientes vocantur. Vnde nescio, si hoc dicat Chrysostomus. Magi isti secundum Hieronymum fuerunt successores Balaam prophetæ, & de eo nati feruntur. *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Quam certa atq; secura interrogatio? Iam Romani legem dederunt, vt sub periculū mortis, nemo aliquem regem vocaret sine eorum consensu. Fuit quoque præceptum, & magis non ignotum, quod qui rege viuente, alium regem pronunciat, aut adorat, punitur in sanguine. Quomodo ergo Magi audebant, viuente & regnante Herode, in eis præsentia sine Romanorum licentia, regem alium profiteri? Proculdubio, istam eis audaciam puer natus influxit. Dicit enim Chrysostomus, quod non curabant

Gen. 49.

Aggæi. 2.

Esdr. 1.

E

1. Mac. 1.

Iob. 2.
Tob. 4.
Exod. 7.

F

Chrysost.
Hierony.

bant de sanguine. Quod si curassent de morte, ita locuti non A
essent. Nondum viderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. Denique verbo, opere, atq; muneribus, Magi professi sunt Christum esse verum hominem, verum regem, verumque deum. Verbo quidem, quia dum dicūt, Vbi est qui natus est, humanitatē eius fatentur: Cumq; adijciunt: rex Iudæorū, regiā eius potestatem declarāt. Dum verò annectunt, Et venimus adorare eū, diuinitatē eius testantur. Quomodo aūt idem egerunt opere, & muneribus, infra dicetur, Insuper causam cur tam securè interrogēt de ortu regis Iudæorū aperiunt. *Vidimus enim stellam eius*, id est, stellam suæ natiuitatis declaratiuam. *In oriente*, quia in terra eorum apparuit eis, ita quod stetit prope in conspectu ipsorum. Non enim sic intelligendū est, quod ipsi existentes in oriente viderunt stellam hāc in Iudæa, *Et venimus adorare eū* adoratione latriæ, B
quæ solo deo debetur. quod Esaias testatus est, Ego dominus Esa. 14.
hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Secun Num. 24.
dum doctores, Magi notitiam stellæ apparituræ, ex vaticinio Balaā patris sui sumpserunt. Sic enim in numeris legitur prophetasse, Orietur stella ex Iacob, id est, causa Christi nati de semine Iacob, videlicet, ad manifestandum ipsius natiuitatē, & exurget virga de Israel. Crediderunt ergo hanc stellā apparituram, eiusque ortum seu apparitionem præstolabantur, & obseruabant. Cumq; in hora natiuitatis Christi vidissent corā se quandā nouā ac radiosissimā stellā, mox deo inspirante intellexerūt hanc esse stellā, diutissimè expectatā: propter quod statim surgentes, paratis parandis, secuti sunt stellæ ducatum. Refert Chrysostomus (quod tamen ipse non asserit si- Chrysost.
cut nec reprobat) fuisse gentē quādam in principio orientis C
iuxta occeanū, quæ ex doctrina Seth didicit futurā hanc stellam, propter quod elegerunt ex se duodecim viros sapientes atq; cœlestium mysteriorū amatores, qui nominabantur Magusæi, quoniā in silentio deū glorificabāt, qui & obseruabāt ortū stellæ istius. Cum verò aliquis istorum duodecim moriebatur, alius substituebatur. Cū igitur quodā tēpore essent in mōte altissimo, quem vocabāt montē victorialē, apparuit eis stella descēdens super hunc montē, habens in se formā pueri paruuli, crucem baiulātis in humeris, & locuta est eis, vt tenderent in Iudæam. Quibus per biennium itinerantibus, nec cibus nec potus defecit in peris eorū stellam istā sequentiū.

Præterea

D Præterea Magis Iudæam ingressus, stella ad tẽpus disparuit: dicuntq; aliqui, quòd idcirco disparuit, quoniam Magi recurrentes ad humanum præsidium. s. ad Hierosolymitas, perdere meruerunt diuinũ ducatum. Et ita ingressi fuissent, vel ingredi Hierosolymã proposuissent, anteq̃ stella disparuit, nec eius ducatũ secuti fuissent assiduè. Quod non est verisimile: quoniã auidissima ac deuotissima mente sectabãtur hãc stellam. Vnde & ea denuo visa, gauisi sunt gaudio magno valde. Probabilius itaque dicitur, quòd stella ex diuina dispensatione disparuit, qua non apparente, Magi opinati sunt regium puerum in vrbe regali Hierusalem esse quærẽdum. Voluit ergo deus, vt Hierosolymã introirẽt, ad maiorem sui confirmationem, & Iudæorum confusionem ac condemnatio-
E nem: videlicet, vt testimonio prophetali certificarentur de puero nato, & vt Iudæi inexcusabiles fierent, eorumq; cæcitas atque desidia confunderentur, dum gẽtibus Christum cõfitentibus, ac desideranter quærentibus, ipsi nec crediderũt, nec quæsierunt: imò regem suum quẽ ex libris Prophetarum alijs monstrauerunt. ipsi videre neglexerunt, *Audiens autem Herodes rex* (verba Magorum) *turbatus est* nõ solũ turbatione admirationis propter rei nouitatem, sed etiam turbatione inordinatæ affectionis: quia cum esset ambitiosus & alienigena, formidauit regno priuari, & velut alienigena à populo Iudæorum, cui proprius rex natus esset, repelli: In quo im-
Iob. 15. pletum est illud Iob, Sonitus terroris semper in auribus impij, & cum pax sit, semper insidias suspicatur, Et *omnis Hiero*
F *solyma cum illo* id est, omnes & maximè principales habitatores Hierusalem cum Herode turbati, commoti, & admirati sunt, non quia Herodem, & eius principatum amabant, sed quoniam eius crudelitatem scientes, timebant maxima bella concitari ab eo, aduersus regẽ natum & eius fautores. Et ita Iudæi propriæ vitæ ac rebus timebãt. Multi quoq; turbabantur, quoniam Herodi applaudere atque fauere volebant, con-
Eccles. 10. formantes se domino suo. quia vt dicitur in Ecclesiastico, Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et, Qualis est rector ciuitatis, tales, & habitantes in ea. Ex quo innotescit, quàm periculosus, nociuusq; sit indignus, impiusque prælatus. In hac turbatione impletum est, quod Psalmista prædixit, Quoniam ecce reges congregati sunt, conuenerunt in vnum. Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, com-
Psal. 47.

moti

moti sunt, &c. Et *congregans Herodes omnes principes sacerdo* A
tum, quorũ vnus succedere alteri solebat in pontificatu, quãuis pro eodem tempore non esset nisi vnus princeps sacerdotum, Et *scribas populi* i. doctores & legisperitos Iudæorum, *Sciscitabatur* i. inquirebat *Ab eis vbi Christus nasceretur*. Ex hoc constat, quòd Herodes per regem Iudæorum non quemlibet regem, sed regem Messiam, summũ, & verum regẽ Iudæis promissum intellexit. Erat quippè proselytus, id est, ad Iudaismum conuersus. sed imperfectè instructus fuit in lege, putans Christum in primo suo aduentu temporaliter regnaturum. Quod & multi excæcati putant Iudæi, cũ tamen prophetæ primum eius aduentum in paupertate & humilita B
te futurum descripserint, iuxta quod ait Esaias, Inglorius e- Esaiæ. 52.
rit inter viros aspectus eius. Et Zacha. Ipse pauper, & ascen- Zacha. 9.
dens super asinã *At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudæ*. Sic e- Mich. 5.
nim scriptum est per prophetam Michæã: Et *tu Bethleem terra Iuda, nequaquã minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populũ meũ Israel*, Nostra trãslatio aliter sonat, quæ talis est, Et tu Bethleem effrata, paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Christus enim & Apostoli ac Euangelistæ allegãdo scripturas veteris testamẽti, frequenter potius sensum, quàm verba commemorant. interdum quoque allegant secundum aliam translationem. Allegatio autem Euangelistæ quãtum ad sensum, redit in idem cum nostra trãslatione. Est itaque sensus, Et tu Bethleem terra Iuda. i. pertinens ad Iudæam, vel ad sor-
tem tribus Iudæ, nequaquã minima es in principibus Iuda, C
i. inter principales vrbes, seu præcipuos ciues Iudæ. Quãuis enim fuerit parua quantitate ædificiorum, vel paucitate habitatorum, tamen præclara fuit dignitate ciuium. s. Dauid & aliorum dignissimorum, qui erant nati ex Bethleem: & maximè ex natiuitate Christi in ea, sicut subiungitur, *Ex te enim exiet* id est, procedet & orietur *Dux* id est, Christus, de quo in Daniele legitur, Ab exitu sermonis vsque ad Chri Daniel.
stum ducẽ, &c. Christus nanque ex loco & ciuib' Bethleem natus est *Qui regat* spiritali regimine *Populum meũ Israel*, id est electos ac fideles Israelitas, in quorum cordibus Chri- Lucæ. 1.
stus per fidem gratiamque regnauit: iuxta quod archangelus loquitur, Regnabit in domo Iacob inæternum. Christus etiam per seipsum, deinde per apostolos aliosque discipulos.

rexit

Drexit plurimos Iudæorum, docendo eos quando conuersaba-
Baruc. 3. tur & videbatur in terris. Porrò sensus nostræ translationis
concurrit in idē, videlicet, Et *tu Bethleem Effrata* id est, quæ
Gen. 25. alio nomine appellata es Effrata, vt patet in Genesi *Parvulus es* (locus) *in milibus Iuda* id est, inter cætera loca & oppi-
da Iudæ, quæ propter suā multitudinem milia nuncupantur:
paruulus (inquam) spacio non dignitate Ex *te mihi* id est, ad
honorem & gloriam meam Egredietur *qui sit dominator in*
Israel, id est, in populo Iudæorum non corporaliter præsi-
dendo, sed spiritualiter principando. secundum Chrysosto-
Chrysost. mum, Princeps sacerdotum, & scribæ peccabāt, dicendo He
rodi locum natiuitatis Christi, nam nouerāt Herodem vel-
le Christo insidiari. *Tunc Herodes clam vocatis Magis*, No-
E luit enim propositum suum indicare Iudæis, quia nec in eis
confidentiam habuit, & verebatur ne ipsi sibi resisterent,
adhærendo proprio regi ex eorum semine nato. *Diligenter*
didicit ab eis tempus stellæ, id est, certum & determinatum
diem apparitionis stellæ *Quæ apparuit eis* quando videli-
cet eis primo apparuit. hoc inquisiuit, vt cognita nati regis
ætate, melius puerum cognosceret istum, ad interficiendum
Et *mittens*, id est, ire suadens *illos in Bethleem dixit*, *ite* in
equis seu aliis iumentis, non enim pedestres venerant, sed in
Hieron. dromedariis, secundum Hieronymū. Et *interrogate diligen-*
ter a ciuibus Bethleem, *De puero*, scilicet in quo loco sit,
& cuius potentiæ Et *cum inueneritis* (eum) *renunciate mihi* re
uertendo ad me, vel per alium mihi insinuando determina-
F tam domū, in qua puer sit, *Vt & ego veniens adorem eum*. hoc
simulatorie dixit, vt per falsam obsequij promissionem, in-
duceret Magos ad renuntiandum sibi de puero. Talis nem
pe est consuetudo pessimorum vt dum aliquē in occulto gra-
uius ledere quærunt, humilitatem ei, & amicitias fingāt. Vn
de tunc amplius metuendum & præcauendū est à nocumen-
to, dum aduersarius magis arridet. Non putò quòd Herodes
voluerit puerum natū in præsentia Magorū accedere, vel oc
cidere, sed eis ad sua reuersis, decreuit cum suis satellitibus
Christum extinguere. Non ergo sic voluit sibi de puero re-
nunciari, vt Magis adhuc in Bethleem constitutis veniret.
Qui cum audissent regem, id est, verba Herodis, de quo nil ma
li contra puerum suspicabātur, *Abierunt* à Hierusalem ver-
sus Bethleem cum festinatione non modica: quoniā arden-
affe-

affectus nati regis impulit eos. Et *ecce stella quam viderant in* A
oriente, antecedebat eos. Quemadmodum enim deo disponen-
te circa Hierusalem disparuit. sic deo rursus volente, mox vt
Hierosolymā egressi sunt, eis apparuit, atq; præcessit in aere
mota ab angelo *Vsque dum veniens staret supra* domū, id est,
in qua. Vel supra, scilicet, caput (vt alij asserunt) puta in do-
mo, *Vbi erat puer* regalis, quasi diceret. Ecce quem quæri-
tis. *Videntes autem stellam* cum egrederentur Hierusalem,
Gauisi sunt gaudio magno valde. sicut & ante de eius dispa-
ritione vehementissimè tristabantur. His verbis Euangeli-
sta ostendit, Magos inæstimabili, & vltra humanum modum
gaudio esse lætatos stella rursus conspecta, tanquam dupliciter certificati de pueri inuentione iam proxima. Dum enim
aliquid cum desiderio quæritur, tanto maius est gaudium,
quanto desiderati inuctio certior fuerit, atq; vicinior. Et *in-* B
trantes domum, videlicet stabulum seu diuersoriū, brutis po-
tius q̄ hominibus aptū, ad quod nemo declinare solebat, nisi
itineris necessitate inductus, secundū Chrysostomum, *Inue-*
nerunt puerum cū Maria matre eius, & forte in gremio eius, Chryso.
Ioseph verò secundum aliquos, deo ordinante, tūc absuit, ne
pater pueri putaretur. Vel forte adfuit, quatenus visa tanta
pueri veneratione, eum de cætero amplius reuereretur. Po-
tuit enim puer hic à corde Magorum talem suspicionem ex-
cludere, quos in aliis mirabiliorib⁹ supernaturaliter docuit.
Et *procidentes* humiliter cum maxima reuerētia coram pue-
ro super genua sua, vel proni in terram *Adorauerūt eum* ado
ratione latriæ, tanquam dominum maiestatis, regem cœle- C
stem, & omnium saluatorem, de quo locuti erant prophetæ.
Viderunt enim proculdubio non solū intellectualibus, sed &
corporalibus oculis, aliquid supernaturale in puero isto: vi-
delicet, quēdā deiformem fulgorē in vultu ipsius, iatus quo-
que instruxit eos spiritus sanctus, omnē exteriorē paupertā-
tem & abiectionē in puero, eiusq; matre apparētem, nō esse
humanæ necessitatis, sed diuinæ dispositionis: in signū quod
puer iste non temporalem opulentiā, atq; mundanā prospe-
ritatē, sed veram, & item cœlestem, ac sempiternā beatitudi
nē in se credētibus impartiretur, ideo moti nō sunt ex stabu-
li vilitate, ex matris inopia, ex pueri solitudine: imò quo ex
teriora videbātur abiectiora, eo interiora intellexerunt esse
diuiniora Et *apertis thesauris suis*, i. repositoriis diuitiarum
suarum

D suarum, quas secum detulerãt. *Obtulerũt ei munera* (Vtpote) *aurum, thus, & myrrham* hæc tria singuli obtulerunt, Primo, quoniam Persæ & Arabes his rebus abundant, easq; magnis personis offerre solebant. Hi verò magi Persæ fuerunt, qui & in Arabia minori regnasse creduntur, quæ Arabia nõ multum distat à Iudæa & Perside: vnde in oblatione ista Magorum, ex parte impletum conspicimus, quod Esaias prædixit, Omnes de saba veniẽt, aurum & thus deferentes, & laudem
Psal.71. domini annunciantes. Et quod ait Psalmista, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Sabba dona adducent. Secunda ratio oblationis munerum horum, est spiritualis & mystica. Magi nanque (vt dictum est) cognouerunt puerum istum esse verum hominem, regem ac deum. Aurum
E ergo obtulerunt ei vt regi, myrrham vt mortali, thus vt deo. Tertia ratio, quia videbant matris paupertatem, pueri teneritudinem, & stabuli fœditatem. Aurum itaque obtulerũt ad subleuationem inopiæ matris, thus ad expulsionem fœtoris, myrrham ad membrorum pueri consolidationem. Hæc quoque munera, & nos spiritualiter Christo quotidie offerre debemus. Per aurum enim significatur fides illuminata, vel donum sapientiæ, vel charitas feruida. vnde in Apocalypsi legi-
1.Cor.3. tur, Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum. Et secun-
2.Cor.2. dum Apostolum, Alius superædificat aurum, argentum, lapides prẽciosos. Per thus verò figuratur bonæ famæ suauitas, vita exemplaris, vel affectuosa ac dulcis oratio: dicit enim Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco. Et Psal-
F mista, Dirigatur (inquit) oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. In Apocal. quoque habetur, Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum coram deo. Per myrrham autem signatur mortificatio carnis, seu opera bona. Nã sicut myrrha corpora defunctorũ prẽseruat à putredine vermium, & à corruptionis dissolutione: sic mortificatio carnis custodit hominem à putredine vitiorum, & dissolutione diuisionis à deo. Debemus ergo deo offerre fidem illuminatam, ardentem affectum, seu animam sapientia decoratam, hoc est, aurum. Item bonam famam, atque deuotam orationem, iuxta
Gala.5. quod scriptum est, Curam habe de bono nomine. Et rursus, Oportet semper orare, & non deficere, hoc est, thus. Tertio, immolare debemus corporis mortificationem, seu corpus, mortificatum, per opera pœnitentiæ. Qui enim sunt Chri-

sti, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis A
Et responso accepto in somnis, id est, tempore dormitionis eorum in aliquo hospitio in Bethleẽ, *Ne redirent ad Herodem*, videlicet ne Herodes cognito loco pueri, eũ occideret. hoc responsum habuerunt ab angelo, vel à puero nato, eis in somnis visione imaginaria apparente. Responsum autem proprie datur interrogãti, & sic Magi interrogasse videntur forsitan à Maria, an ad Herodem redire deberent. vel responsum istud datũ est, non sermoni sed operationi eorum: quoniam suo obsequio meruerunt sic admoneri à deo, *Per aliã viam reuersi sunt in regionem suam*. sic & nos cum ab Herode, id est, mundi ac dæmonis cultu per pœnitentiã ad Christum accessimus, per aliam viam, quàm est via iniquorum, in qua B
ambulauimus olim, reuerti debemus in regionem nostram, videlicet in societatem. Ecclesiæ militantis, ac triumphantis, seu paradisum cœlestem. Præterea hi tres Magi omnium gẽtium conuersionem figurauerunt. Ternarius nanq; est numerus perfectionis: in quibus impleri cœpit illud Esaiæ, Ecce gentem quam nesciebas vocabis: & gentes quæ nõ cognouerunt te, ad te current. Per fulgorẽ insuper stellæ, præsignata est claritas gratiæ, per quam corda gẽtilium contẽplata sunt Christũ. Bethleẽ quoq; interpretatur domus panis, per quã intelligitur anima religiosa, quæ pane obedientiæ, pane lachrymarum, & pane sacramẽtali, fouetur. In tali anima nasci tur Christus, quo cognito, Magi, id est, pœnitentes, veniunt, & Christum in anima tali honorant.

¶ Prosecutio expositionis huius secundi capituli. C

ARTICVLVS V.

Q VI *cum recessissent*. Descripta pueri Iesu veneratione, in qua eius diuinitas patuit, consequenter describitur eius persecutio, in qua sua humanitas clarè innotuit. Qui cum recessissent, id est, Magi à Bethleem, ad sua redire cœpissent per aliam viam, *Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens ei, Surge & accipe puerum, & matrẽ eius, & fuge in Aegyptũ, & esto ibi, vsque dum dicã tibi*, id est tam diu, donec annuntiem tibi de reditu. Causa autẽ huius commissionis subiungitur, *Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum*, id est, interficiendũ nõ ad adorandum, sicut vulpino corde spopondit. Ista apparitio, & allocutio angeli facta est sancto Ioseph, post præsentationem

D pueri Iesu in templo, vbi Symeon accepit eum in brachijs, A
Anna prophetissa confessa est domino, omnibusque habita-
ribus Hierusalem de Christo locuta est. Herodes quippe c
Lucæ. 2. nens Magos non reuerti ad se, æstimauit eos per fantastica
stellam illusos, sicque ex verecundia nō redisse ad eū, sed c
abcessisse, ideo non curauit requirere puerum. Verum p
purificationem Mariæ percipiens verba Symeonis, Anne
que pastorum perhibentium testimonium Christo, tunc
dens Magos non esse deceptos vehementer turbatus est,
spicatus successorem regni. Hæc est enim implacabilis re
iracundia, dum sentiunt regnum suum ab alio impeti. Q
(Ioseph) *consurgens* à somno sine dilatione, quia de pueri pr
seruatione, atque custodia diligentissimus extitit. Accep
E *puerum & matrem eius nocte*, id est, suo itineri eos associau
& forte in propriis vlnis, vel scapulis puerū baiulauit, n
dicatur Mariā & Iesum iumēto vexisse, propter itineris p
lixitatem. sicut & virginem sacram in asino creditur dec
xisse ad Bethleem hora natiuitatis Christi iam proxima. A
cepitque eos nocte, forte eadem qua angelū vidit. quoni
tempus nocturnum magis aptum est fugæ, ne de fuga accu
retur ab aliquo: secūdum principem theologorum diuinu
Dionysiū, ecclesiastica Hierarchia ab angelica gubernatu
& omnia opera dei ordinatissima sunt. Quāuis ergo puer
tus, poterat sanctum Ioseph intus docere, imò & foris affe
de fuga arripienda, tamen hoc fecit per angelū, vt ordo H
rarchius seruaretur. Poterat quoque Iesus alio modo euad
F re manū Herodis, quemadmodum euasit manus Iudæorum
eum præcipitare & lapidare volentium: sed quia nostram a
sumpsit naturā, & ad patiendum atque ad exhibendū totiu
perfectionis exēplum aduenit, voluit humano modo proce
dere, fugiendo, aduersa patiendo, & exemplum præbendo
Mat. 10. cut in euangelio loquitur, Cum vos persecuti fuerint in vn
Esaiæ. 19. ciuitatem, fugite ad aliam, Et *secessit* Ioseph cum Maria
infantulo *in Aegyptum* prout per Esaiam fuerat prophet
tum, Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingre
dietur Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegyp
à facie eius. Fertur equidē in scholastica historia, quòd Ch
sto Aegyptum ingrediēte, omnia idola in phanis Aegypti
rum in terram collapsa sunt, Christi præsentiā ferre neque
quam valentia: sicut nec Dagon præsentiam arcæ, sed co
ruit.

ruit, Per quod figurabatur idolatriam penitus destruendam A
in toto mundo Christi virtute: iuxta illud, In die illa, dicit
dominus, disperdam nomina idolorum de terra. Quæritur
cur potius Aegyptum ingressus sit Christus. Respondendū
Primò, quoniam Aegypti olim tempore Ioseph circa popu-
lum Israel multum beneuoli erāt. Nam & Iacob patriarchā
primo septuaginta diebus, deinde triginta planxerunt, vt in
Genesi dicitur. Secundo, quoniam deus qui non in perpe- Gen. 50.
tuū irascitur, postquam percussit: rursus medetur ideo sicut
quōdam grauissime cecidit Aegyptios propter populum Is-
rael, sic nunc eam curandam misericorditer visitat. Tertio,
quia Aegyptus fuit euidens mūdi huius figura: ideo eam in-
trauit ad præsignandum quòd per Apostolorum prædicatio Psal. 102.
nem toto mundo inueheretur. Et *erat Ioseph ibi*, videlicet in
Aegypto, cum matre & puero, manibus suis victum conqui- B
rens, *Vsque ad obitum Herodis*, vt pote septem annis, vt fer-
tur. Herodes enim triginta septem annis dicitur regnasse,
eiusque imperij tricesimo anno Christus legitur natus fuis-
se, *Vt impleretur*, in Christi reuersione ab Aegypto post mor
tem Herodis *Quod dictum est a domino per prophetam* (Osee)
dicentem. Ex *Aegypto vocaui filium meum*. Hoc Iudæi ad li-
teram exponunt de populo Israel, qui dicitur filius, imò &
primogenitus dei. Iuxta illud, Israel primogenitus meus. Di
xi tibi, dimitte filium meum vt sacrificet mihi, quod certum Exod. 4.
est dici de populo Iudæorum ad Pharaonem. Sic in propo-
sito asserunt per filium designari populum Israel, non Chri-
stum. Vnde in Oseæ ita habetur, Puer Israel, & dilexi eum,
& ex Aegipto vocaui filium meum. Veruntamen Euangeli-
sta docente, cōpellimur prophiteri, hoc ad literā de Christo
prædictum. Probatio nāque per allegationē scripturæ nō va C
let, nisi ex sensu literali, secundū Augustinū. Oportet itaque
scire q̄ eū aliquid dicitur de populo, vel certa persona vete-
ris testamenti, prout erat figura christi siue ecclesiæ, quāuis
ad literam de illis exponatur, principalius tamē ac literalius
exponitur de Christo, vel ecclesia, quēadmodum illud de Sa 2. Par. 22.
lomone, Ego ero illi in patrē, & ipse erit mihi in filium. Apo
stolus introducit de Christo prædictū ad Hebreos Dictū est
enim de Salomone, inquantum Christi figurā gerebat. Idcir
co de Christo principalius intelligitur. Sic quod apud Oseā
habetur. Ex Aegypto vocaui filium meū, quanuis ad literam

D dictum sit de populo Iudæorũ, literalius, principaliusque de Christo accipitur, quia de populo illo prædictũ est, secũdum quod erat figura Christi, qui non solũ per determinatas personas, sed per totũ populum sygnagogæ multoties præfigurtur. *Tunc*, v pote crescẽte rumore de Christo, propter Symeonis & Annæ, pastorumque verba: puto etiã ꝙ Zacharias & Elizabeth parẽtes Ioannis, non tacuerunt de Christo. *Herodes videns*, i. cõsiderans. *Quoniã illusus*, id est, deceptus atque contemptus. *Esset à Magis*, non redeuntibus ad ipsum iuxta condictum *Iratus est valde*, indigne ferens se esse derisum, & de puero nato vindicare se cupiens, quẽ ad suã iniuriam natũ putauit. *Et mittẽs* crudeles satellites *Occidit* per manum seruorum suorum *Omnes pueros* (mares) *qui erant in Bethlẽ, & in omnibus finibus eius*, id est, in locis & in villis vicinis ad eam pertinentibus. Secundum historias istud nõ cõtigit statim, postquã se illusum pensauit: Quanuis enim tum E statim decreuit occidere pueros, tamen propter accusationem filiorum suorũ coactus est Romã venire, & ibi cum filiis suis cõrã imperatore cõparere. Obtenta autem sententia pro se videns se cõfirmatum in regno, cum redisset, impleuit quod de nece infantum concepit, interfici faciens omnes pueros *Abimatu*, id est ab ætate, seu tempore duorũ annorũ, videlicet omnes infantes biennes, seu duorum annorũ tẽpus habentes, *& infra*, id est etiam illos qui erant minoris ætatis vsque ad pueros vnius diei inclusiue. vt videtur insinuari per hoc quod dicitur infra *Secundum tẽpus quod exquisierat à Magis*, id est, iuxta mensuram temporis euoluti ab hora apparF tionis stellæ, natiuitatisque pueri, ꝙ tẽpus, videlicet diẽ apparitionis stellæ exquisiuit & didicit à Magis, per quod agnouit, quantæ ætatis consisteret Christus. Herodes quippè certificari volens de Christi occisione, & sciens eũ iam esse vnius anni, & modicum amplius (tantum enim temporis fluxit à natiuitate eius vsque ad regressum Herodis à Roma) præcepit occidi pueros maioris ætatis vsq; ad bimos: itẽque minoris ætatis vsq; ad pueros diei vniu⁹, ne puer requisit⁹ euaderet. Ista est expositio præsentis loci communior, procedẽs secundũ eos qui dicunt ꝙ stella in die natiuitatis Christi, magis apparuit, eosq; infra tredecim dies vsq; ad Christũ perduxit, & ita hæc dictio, infra, denotat ordinẽ temporis. Secundo exponitur, prout denotat ordinem numeri, vt sit sensus:

A bimatu

Abimatu, id est, à pueris duorũ annorũ, & infra. i. etiam illos A qui erant infra ætatẽ duorũ bimatum. s. pueros quatuor annorũ, vsque ad pueros quinquennes, secũdũ tẽpus ꝙ exquisierat à Magis: à quibus secundũ exponentes hoc modo, didicit stellam apparuisse eis per duos annos antequã Hierosolymam intrauerunt, Herodes ergo putans Christum tunc natũ cum stella apparuit, æstimauit eũ iam plus esse q̃ trium annorum: quia annus iam fluxit à recessu Magorũ, antequã ipse à Roma reuersus est. Idẽo interfecit omnes pueros bimos vsq; ad quinquennes, ne Christus euaderet, si forte solito maioris aut minoris existeret quantitatis. Ista expositio fertur esse Chrysostomi, eo quòd dicat stellã diu apparuisse Magis ante Christi natiuitatẽ. Verũ (vt tetigi) hoc Chrysostomus nõ di- Chryso. cit asserendo, sed quandã scripturam apocrypham recitando. Nihilominus huic opinioni apparentiã cõfert, ꝙ quorundã innocentũ ossa adeo magna sunt ꝙ bienniũ vixisse credãtur. B Alio modo exponitur quod dictũ est infra, vt sit sensus, quod pueros annorũ duorũ vsq; ad pueros vnius diei fecit occidi, quod verius æstimatur, Ecce quanta crudelitas impiissimi regis. ¶ Sed quoniã dictũ est, Herodẽ fuisse proselytũ, & credidisse scripturis de Christi aduentu, mirũ videtur, quòd tentauit eũ extinguere, quasi posset dei cõsiliũ, & prophetarũ scripturas mutare. Respõdẽdũ, ꝙ credidit fide informi, vel opinione humana sicut, credidit hæreticus, qui nec fidẽ informen habet. Nihilominus malitia, & passionũ vehemẽtia, ob C tenebrarum intellectũ Herodis, quòd non atrendit, neminẽ posse resistere deo, vel eius immobile cõsiliũ variare, vel diuinas scripturas falsificare. Sed tẽtauit suis passionibus satisfacere, malo superatus affectu, qui non aduertit iudicium. Et quid hoc mirum de Herode, cũ & Salomon, qui tẽpore suę sapientiæ dixit, scripsitque, Nõ est sapientia, nõ est prudentia, 2. Re. ii. non est cõsiliũ contra dominũ, à mulieribus infatuatus, tentauerit simile aliquid perpetrare? Cũ enim audisset à deo regnũ suũ esse scindendum, percepicetque à propheta Achia, prænunciatum esse Ieroboam Effratæo, quod super decẽ tribus regnaret, tẽtauit occidere Ieroboam, qui in Aegyptum Hiere. 31. fugit. *Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiã prophetam dicentem, vox in rama* id est in sublimi *Audita* est vt pote longè & latè diffusa, propter vehementiã soni vox inquam, *Ploratus*, id est plorationis, puerorum, qui à matribus

 auel-

P auebantur & occidebantur, maribusque lamentantibus mi
serabilius flebant: vox quoque *Vlulatus* matrum, qui de fi
liorum separatione, & interfectione, dupliciter & incredibi-
liter cruciabantur, quas sola tantæ crudelitatis memoria su-
pra modum affluxit *Rachael*, id est congregatio fœminarū
Bethlehemitarum, quæ nomine Rachaelis signātur. Primo,
quoniam Rachael iuxta Bethleem est sepulta, & matrū cor-
pusculi hospitio nomē matris accepit secūdū Hieronymum.
Hiero. Secūdo, quoniā tribus Iuda & Beniamin iunctæ erāt loco &
sorte. Herodes autē iussit non tantū in Bethleē, sed in locis
quoque adiacentibus pueros trucidari, sicque ex ppinquita-
te locorum non solum filii Lyæ habitātes in Bethleem, quæ
pertinebat ad tribum Iudæ nati ex Lya: sed & multi ex filiis
Rachel matris Beniamin, hoc est de tribu Beniamin, interfe
cti fuerunt. Propter quod Rachel, id est, posteritas eius dici-
Hiere. 31. tur plorare filios suos ab Herode necatos. Et *noluit cōsolari*,
id est matres filiorū occisorū consolationē recipere nolue-
runt de morte filiorū: sicut nec Iacob, cū putauit Ioseph à fe-
E ra pessima deuoratum, *Quia non sunt*, id est, quoniā filii ea-
rum ab hac vita subtracti sunt eis per mortem crudelē, quod
fuit eis in consolabilis causa doloris. Rama interdum est pro
priū nomē loci, interdū verò est nomē cōmune, & interpre-
tāt excelsum, sicsiue accipitur nunc. Vnde in Hieremia habe
tur, Vox in excelsis audita est, lamentationis & ploctus, &c.
Quod autē asseritur, vox ista in excelsis audita, sic quoq; in-
telligit potest, quia in cœlum corā deo ascēdit, secundū quod
à Iacobo de pauperibus dicitur, Clamor eorum in aures do
mini sabaoth introiuit, Et alibi, Oratio humiliantis se, pene-
trat nubes. *Defuncto autē Herode, ecce angelus domini apparuit*
F *in somnis Ioseph dicēs, Surge & accipe puerum & matrē eius, &*
vade ex Aegypto *In terram Israel* Determinatam autem vr-
bem ad quam reuertatur non ei exprimit angelus, quia de
hoc postea instructurus erat sanctum Ioseph, quando specia-
lis ratio hoc exigit. *Defuncti sunt enim, qui querebant animam*
pueri, id est, Herodes & eius fautores, qui animam, id est, vi-
tam animalem pueri quærebant extinguere. per hoc secun-
dum Hieronymum, & Chrysostomū, datur intelligit sacer-
dotes & scribas de morte Christi cogitasse, & Herodis stu-
Exod. 13. dio cōsensisse: quod intelligit po test de Christo materialiter
& formaliter. Materialiter, quia cōsenserunt mortē eius qui
fuit

fuit verus Christus, quem ipsi non crediderant esse Christū. A
Formaliter, quia & Christum etiam cognitum, optauerunt
occidi. An hoc secundo modo intelligi possit, difficile est, &
satis ambiguum: cum Apostolus dicat. Si enim cognouissent
nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Et Petrus Iudæis
loquens, dicit, Scio quòd per ignorantiam feciſtis, sicut &
principes vestri. Et dominus in cruce pendens, dixit, Pater,
dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. *Qui consurgens*
accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. Audies
autem (Ioseph) *quod Archelaus* filius Herodis, *Regnaret in*
Iudæa pro Herode patre suo, Refert Iosephus q̄ Herodes to-
tum regnum suum dimisit Archelao, quem diligebat præ cæ-
teris filijs. Herodes ergo & Philippus filij huius herodis, &
fratres Archelai, petierunt ab Imperatore partem regni pa-
terni, qui consilio habito, diuisit regnum maioris Herodis
in duas partes, dans vnam medietatem Archelao: aliam ve-
rò medietatem in duas partitus, est, dans vnam Herodi mi-
nori, videlicet Galilæam, aliamque Philippo, puta Ituriam,
& Traconitidem regionē. Medietas verò Archelao cōcessa,
tenuit nomē Iudeæ, ideo Archelaus dicitur in Iudæa regnas-
se. Et quoniā à patre suo cōstitutus erat hæres totius regni,
& charior patri, idcirco fauit machinationibus patris sui, de
Christi occisione, & aliis malis. Vnde Ioseph proditionem
formidans, nō audebat ad terram Archelai reuerti sicut sub-
iungitur *Timuit illo ire* (id est, ad Iudæam transire) Et *admo-*
nitus in somnis haud dubium quin ab angelo, *Secessit in par-*
tes Galilææ i. per loca & terminos Galilææ trāsiuit, quia He G
rodes dominus Galilææ patrē suum nō dilexit, à quo regno
erat priuatus. Ideo Ioseph in terra eius securius morabatur.
Et *veniens* (Ioseph) *habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth*
cum Maria & puero. in qua angelus virgini Christi conce-
ptionem annunciauit, *Vt adimpleretur* in Christi habita-
tione in Nazareth, *Quod dictum est per prophetas, quo-*
niam Nazaræus vocabitur Christus, quia in Nazareth fuit
moratus, conceptus atque nutritus. Hoc in Esaia secundum
Hebraicam veritatem sic legitur, Egredietur virga de radi-
ce Iesse, & Nazaræus de radice eius consurget. Loco cu-
ius nos habemus, Et flos de radice eius ascendet. Et forsi-
tam alii prophetæ, quorum scripta non habentur, idem dixe
runt. Non enim omnium prophetarum libros habemus, &

D tamen omnes prophetæ de Christo loquuti sunt. Vnde Philippus sciens hoc à prophetis prædictum, ait ad Nathanael, Quem scripsit Moyses & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth, Cui concordans Nathanael, à Nazareth inquit, potest aliquid boni esse? ¶ Postremò in fine capituli recolo quòd penè excidit menti, videlicet stellam quæ magis apparuit, non dici stellam vniuocè cum veris stellis. Differebat nempe ab illis, sicut corruptibile ab incorruptibili. Formata est enim angelico ministerio de materia elementali & corruptibili, peracto q; suo obsequio, in præiacentem est resoluta materiã. Sed & motu, loco ac tempore, differebat à veris syderibus: sicut in diuersis libris satis ostenditur, idcirco pertranseo. Item circa illud quod dictum est, Ex Aegypto E vocaui filium meum, dicit Hieronymus, Possumus hunc Hierony. locum aliter exponere, propter contentiosos, & testimonium proferemus ex numeris, dicente Balaam, Deus ex Aegypto vocauit eũ, gloria eius vt vnicornis: loco cuius habemus, Fortitudo eius sicut rinocerotis, hoc enim in Numeris scriptum est. Sed agnoscẽdum, q̃ hoc non minus literaliter dictum est de populo Israel, q̃ præinductũ verbũ Osee. Cũ enim Balaam retulisset, Non est idolum in Iacob, nec simulachrũ in Israel subdit, Dominus deus eduxit eum de Aegypto, &c.

¶ Expositio Cap. iii. *In diebus autem illis venit Iohannes.*

ARTICVLVS VI.

Vangelista beatissimus tractaturus in sequentibus F E de conuersatione, doctrina, atque miraculis Christi, primò de præcursore ipsius mentionem inducit, Ioan. 2. sanctitatem, idoneitatem, doctrinam & vitam Iohannis describens: vt innotescat quam dignum & credibile sit testimonium eius de Christo. Christus ergo qui est lux vera, summa & infinita, sciens mundum sui immediatè non esse capacem, præmisit magnum quendam sui aductus præparatorem, qui corda Iudæorum ad Christi receptionem disponeret. *In diebus autem illis* quãdo videlicet Iesus adhuc habitabat in Nazareth, puta circa tricesimum annum Christi: non quando redijt de Aegypto *Venit Iohannes Baptista*. Vnde nisi à la- Marci. 1. tibulis eremi, in quibus huc vsque solitariam vitã duxit? Venit ergo ab occulto loco deserti, ad loca eiusdem deserti publica, vbi hominibus se videndum exhibuit, *Prædicans in deserto*

deserto Iudææ in quo vtique deserto fuerat enutritus, Et A *dicens, Pœnitentiam agite*, id est, peccata vestra deflete, & per Lucæ. 3. opera pœnitentiæ pro eis satisfacite, nec deplorata reiterate. Pœnitentia tripliciter sumitur. Primo, pro sacramento. Secundo, pro virtute morali, quæ est pars iustitiæ. Tertio, pro actu pœnitentiæ, sic modo accipitur. *Appropinquabit enim regnum cœlorum*, id est, iam in proximo est, vt ianua patriæ aperiatur per Christum: vt gratia & veritas fiat per saluatorem: vt beatitudo cœlestis condonetur electis. Christus nanque per suam passionem, regnum cœlorum aperuit. Regnum ergo cœlorum vocatur patria, vel premium electorum, seu triumphans ecclesia. Hoc regnum primum publicè prædicatum est à Ioanne. In veteri etenim testamento promittebantur bona terrena apertè: cœlestia verò quasi im B plicitè. Consequenter dignitas Ioannis prophetico testimonio declaratur. *Hic* id est, iste Ioannes Baptista. *Est enim qui dictus* id est, prænuntiatus. *Est per Esaiam prophetam, dicentem*: *Vox clamantis in deserto*, id est, sermo Ioannis in solitudine prædicantis, est iste qui subditur, *Parate viam domini*, id est, corda vestra disponite ad receptionem Esa. 40. inhabitationemq́ue Christi, vitiorum obliquitates, seu gratiæ obicem repellendo, & quod in vobis est faciendo, *Rectas facite semitas eius*. id est, diuina præcepta atque consilia, quibus itur ad deum, purè & irreprehensibiliter obseruate. Itaque domino viam parare, est pœnitentiam agere. Quemadmodum autem terrenus rex vrbem aliquam ingressurus, habet præcursores, qui viarum sordes amoueant, vias C complanent, hospitium ornent: sic Christus rex cœlestis ad hominum corda venturus, præmisit Ioannem, qui viam sibi pararet, inducendo homines ad virtutes. Ipse quoque Ioannes, vox clamantis vocatur. Sic enim respondit Iudæis, Ego vox clamantis, &c. Dicitur enim vox per similitudinem, seu ratione officij. Primò, quoniam sicut vox prior est verbo ordine naturæ, sic Ioannes præcessit Christum. Secundo, quia vt vox rem significatam notificat, sic Ioannes Christum monstrauit. Dicitur autẽ vox clamantis. i. Christi seu dei per ipsum loquentis in deserto: quia non ipse erat qui loquebatur, sed spiritus sanctus, & Christus per eum: secundum quod Ioan. 1. Paulus ait, An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Deinde describitur austeritas vitæ Ioannis in vi-

ctu

ctu & vestibus. *Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorũ*, videlicet vestẽ cilicinã, seu pellẽ cameli, vnaque veste erat contentus, *Et ζonam pelliceam* i. grossam corrigiã *Circa lumbos suos*, quemadmodum & Helias, erat; de duris & crudis pellicearum minutijs facta. *Esca autem eius erat, locustæ.* Locusta significat tria, videlicet herbam, radicem, & auem minutam. Chrysostomus autem & alij multi hoc loco per locustas intelligunt animalia parua, non altè volantia, quæ in deserto Iudææ abundabãt: & frixa cum oleo esca sunt pauperum. Alij per locustas intelligunt herbas deserti, cum non videatur probabile, q; Ioannes qui nec pane vescebatur, carnes animalium, aut aliquid coctum comederit, *Et mel syluestre* i. quod in syluis reperitur, & arborum truncis.

E Rabanus autem per mel syluestre, intelligit quoddam genus foliorum, quæ alba & tenera, manibusque attrita, melleũ habent saporem. *Tunc exibat ad eum*, videlicet ad Ioannem in desertum, & postea quando Ioannes descendit ad Iordanem, vt Lucas dicit, venit ad eum illuc, *Hierosolyma*, i. habitatores Hierusalem etiã in maxima multitudine. Vnde Marcus enarrat, q; egrediebantur ad eum Hierosolymitæ vniuersi, *Et omnis Iudæa.* i. aliqui de omni genere Iudæorum, *Et omnis regio circa Iordanem.* i. etiam illi qui circa Iordanẽ morabantur, videlicet Galilæi. Ponitur hoc loco continens pro contento, & locus pro locato, *Et baptiζabantur.* i. corporaliter lauabãtur, non intus purgabantur à culpa, *In Iordane ab eo, confitentes peccata sua* in communi, non confessione sacra

F mentali distincta atque plenaria, prout confessio est sacramẽtum nouæ legis & gratiæ. Sic enim instituta est à saluatore, nec erat in veteri lege, in qua data nõ erat potestas hominibus ligandi atque soluendi, seu vitia relaxandi: imò nec Ioanni data est ista potestas. Deniq; Damas. 4. libr. cap. 1. ponit octo genera baptismatum. Primùm vocat diluuium, secundum transitum maris rubri, tertium ablutionẽ legalem, quartum baptisma Ioannis, quintum baptisma Christi, quo ipse à Ioanne baptizari dignatus est, sextum baptisma pœnitentiæ seu lachrimarum, septimum sanguinis seu martyrij, octauum flaminis seu spiritus. Gregorius verò Nazanzenus non ponit nisi quinque genera baptismatum. Nam tria prima genera comprehendit sub vno, quod nominat baptisma figuratiuum. Baptisma quoq; quod Ioannes dedit, & Christus accepit

cepit, sub vno genere videtur comprehendisse. Primum itaque genus baptismi secundum eum vocatur figuratiuum, vt erat transitus maris rubri, & lotio corporalis in aqua, secundum Mosaicam legem. Secundum genus, vocatur præparatorium, puta baptisma Ioannis, quod disponebat ad Christi baptismum, à Christo institutum. Tertiũ dicitur purgatiuum, quo regeneramur ex aqua, & spiritu sancto, & purgamur ab omni piaculo. Quartum vocatur supererogatiuũ, videlicet baptismus sanguinis. Quintum est quotidianum, videlicet lachrymarũ baptismus. Sciẽdum ergo secundũ Thomam super quartũ sententiarũ, vnum duntaxat esse baptisma proprie dictum, quod celebratur in aqua sub determinata, & certa verborum forma à Christo præfixa. de quo Matthæus ait, Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eas, in nomine patris & filij & spiritus sancti. alia verò nomen baptismi sortiuntur secũdum ordinẽ quendã ad istud baptisma: & hoc tripliciter. Primo, inquantũ aliquid fuerat signum huius baptismatis: sicq; diluuium appellatur baptisma, prout nostrum baptismũ præfigurauit: quantũ ad spiritualis vitæ saluationem, ex saluatione naturalis vitæ humani generis facta in arca Noe. Vnde scriptũ est apud Petrũ Apostolũ, In arca pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & nos nũc similis formæ saluos facit baptisma. Trãsitus quoq; maris rubri baptisma asseritur, quoniã nostrũ baptismũ præfigurauit quoad liberationem à potestate diaboli: sicut per transitum maris liberabantur Hebræi à potestate regis Aegypti. Hinc dicit Apostolus, Omnes in Moyse baptizati sunt. in nube & in mari. Nubes autem significauit spiritum sanctũ & gratiã eius. Mare verò aquam baptismi. Ablutiones etiã legis figurabant baptismum, secundum quod mundat à macula culpæ, quemadmodum ablutiones illæ mundabant ab immunditijs corporalibus. Alio modo dicitur aliquid baptismus, quia aliquo modo causa fuit nostri baptismi, sicque baptismus Ioannis vocatur baptismus, tanquam disponens ad eum, & baptismus Christi passiuus, tanquam dans efficaciam ei. Tertio aliquid nuncupatur baptismus, secundum proportionẽ ad eundem effectum baptismi proprie sumpti, & ita martyrium, pœnitentia, & spiritus sancti infusio, baptismata appellantur. De baptismate autem spiritus ait Saluator apostolis, Vos baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos dies. De

A B C Exod. 14. Exod. 14.

baptismo

D baptismo insuper sanguinis, Ego (inquit) baptismo habeo bap-
2. Cor. 1. tizari. ¶ Quæritur, an baptismus Ioannis fuerit sacramen-
tum, vel solum quid sacramentale? Respondendū, quòd erat
sacramentum, quoniam fuit signum rei sacræ, puta baptisma-
tis Christi. Quāuis enim nō contulit gratiam, fuit tamen in-
choatio quæda sacramentorū gratiæ, nouæq; legis. Vnde pro
prie dicitur medium inter sacramenta veteris testamenti &
noui, quēadmodum dispositio ad formā media est inter priua
tionem & formam. Cōueniebat enim cum sacramentis legis
in hoc ꝙ erat signum duntaxat: cum sacramentis verò nouæ
legis & gratiæ in hoc, ꝙ de propinquo disponebat ad gratiā,
& in forma, atque materia conueniēt iam habuit cum nostro
baptismo. Fiebat nanq; in aqua in nomine Christi. ¶ Quæ-
E ritur ergo, sub qua forma baptizauit Ioannes? Respondendum, quod sub ista, Ego te baptizo in nomine venturi, iuxta illud, Ioannes baptizabat populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum. Quāuis enim Christus tunc venit in carnem, nondum tamen venit ad prædicationem. ¶ Sed si baptismus Ioannis non præstitit gratiam, quæritur, cur baptizauit. Respondendum, quod multas ob causas. quarum primam ipsemet tangit Ioānes loquens de
Ioan. 1. Christo, Vt manifestaretur (inquit) in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. i. ad hoc vt ostenderem populo Israel, ꝙ Christus est qui baptizat in spiritu sancto. Ex hoc enim ꝙ Ioannes baptizauit, quod nulli prophetarum ante eū concessum est, concurrebat ad eum populus, sicq; omnibus ma-
F nifestare potuit Christum, cuius fuit ipse præcursor. Secūdo, vt ordinē suæ præcursionis in omnibus obseruaret, quatenus sicut Christū præuenit nascendo & prædicādo, sic eū quoque præcederet baptizando. Tertio, vt ad Christi baptismum disponeret. Quod enim cathecuminis nōdū baptizatis confert instructio fidei, hoc contulit credentibus baptismus Ioannis. Quarto, vt homines ad pœnitēdū induceret. Quinto, vt ad suscipiendum Christi baptismum homines mansuetos efficeret. Quoniam ergo baptismus Ioannis dabatur in nomine venturi, videlicet Christi, idcirco erant quædam protestatio, atque professio, credendi in Christum, & opera pœniten-
Lucæ. 3. tiæ digna agendi: ordinabatur quippe ad hæc. Et quia pœni-
Act. 1. tentia non competit pueris, ideo eis non conferebatur sicut nec fœminis, vt aliqui dicunt, quoniam instruendæ erant per viros

viros. Quāuis autem baptismus Ioannis non contulit gratiā A
sua virtute, tamē ex fide & deuotione suscipientis, ex sanctitate quoque & precibus dantis, præstitit gratiam, sicut & sacramenta legis. *Videns autem Ioannes multos Phariſæorum & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis.* ¶ In populo Iudæorum erant tres sectæ, quæ se cæteris præferebant. Puta Essei, qui abstractam & rigorosissimā viam duxerunt, sed errauerunt in multis, putātes se sua iustitia sine gratia posse saluari. Pharisæi quoque, qui quasi diuisi ab alijs, dicebantur: quasi religiosiores & doctiores, eratq; honesta secta eorum, de qua se Paulus fuisse testatur, Ego, inquiēs. Pharisæus sum, filius Pharisæorum. Itē & Saducæi, dicētes se natos de semine Sadoc pontificis, qui libros Moysi recipientes, prophetas non receperūt. & nec angelum, nec spiritum, nec B
resurrectionē concesserunt, quæ omnia Pharisæi admiserunt. His ergo dixit Ioannes, *Progenies viperarum*. id est, generatio, seu filij serpentū, videlicet peruersorum, venenatorūq; patrum, *Quis demonſtrauit vobis fugere a ventura ira?* locus iste dupliciter explanatur. Ambrosius enim super Lucā ex- Luc. 3.
ponit, vt sit cōmendatio pœnitentiū, hoc modo, *Genimina*, i. progenies *Viperarum* patrum impiorū. Non tamen impij filij, quoniam pœnitentes. Ad generationē itaque nō ad successionem. i. ad genitores, nō ad filios referenda est comparatio viperarum secundū Ambrosium. *Quis demonſtrauit vo-* Ambro.
bis i. quis docuit vos iam pœnitentes, *Fugere a ventura ira?* i. timere extremum iudiciū, & vitam corrigere, per quod sen Lucæ. 3.
tentia dānationis vitatur? Nullus vtique, nisi misericors de⁹, cum sitis filij pessimorum. *Facite ergo fructum dignum pœni-* C
tentiæ, i. quia iam datū est vobis intus pœnitere, curate exterius opera satisfactionis idonea perpetrare, quatenus secūdum mensuram peccati & delectationis illicitæ, sit mensura operum pœnitentialium & afflictionis spontaneæ: iuxta illud, Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei luctum & tormentū. Peccata nempe sunt vulnera animæ: medicina verò est pœnitētia. Certum est quod vulnera profūdiora ac magis mortifera maiori ac acerbiori indigēt medicina. Secundo exponitur secundum Chrysost. & Bedam, vt sit exprobratio impœnitentium ficte venientiū ad baptismū, vt insidientur Ioanni. His igitur loquitur, progenies viperarum, id est, venenati, fallacesque filij patrum serpentinorū,

quorum

D quorum venenosam prauitatem, ac simulationem sectamini? Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira. i. nullus potest vobis dare consiliũ, viam, seu modum euadẽdi diuinæ iustitiæ, vltionẽ vobis imminentẽ, nisi pœniteatis. Et quanuis nunc occultetis hominibus vestram malitiam, tamen in die iudicij deducetur in publicum. Vnde in sapientia scribitur, Manum tuam domine impossibile est suffugere. Et Psalmista, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, scilicet ex intimo corde cũ diligenti custodia mentis, & animo timorato, ne recidiuetis. Horrendũ est enim incidere in manus dei viuentis. Porrò q̃ iste sit sensus, videtur ex eo q̃ infra habetur, quemadmodum

E Christo interrogante pharisæos, Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex hominibus? nõ audebãt respõdere de cælo, sciẽtes q̃ diceret ipsis, Quare ergo vos nõ credidistis ei? Quod autẽ prior expositio aptior sit, apparet ex hoc quòd Lucas fertur

Luc. 20. Christũ verba ista dixisse ad turbas cõmuniter. Turbæ autẽ credebant Ioanni, propter quod Pharisæi dicere non audebant ex hominibus, propter populum. Omnes enim habebant Ioannem quasi prophetã, vt euãgelista differuit. Probabilius ergo apparet Ioannem dixisse hæc verba ad omnes communiter, quorum aliqui boni, aliqui mali fuerunt,

Matth. 11. non tamen secundũ eundem sensum, nec propter finem eundem, Nec hoc mirum putetur, cum secundũ Augustũ eadem scriptura habeat sensum literalem multiplicem. Bonis ergo & pœnitentibus, sed nondum perfectis sic fatur, vt eos ma-

F gis humiliet, ad melioraq̃ prouocet. Frequenter enim viri sancti durè loquũtur etiã valde bonis. Propter hanc aut similem causam, malis verò sic loquitur, vt terreantur atq; pœniteant. Et *ne velitis dicere intra vos*, id est, ne cogitetis inaniter gloriandò de ingenita carnalis propagationis nobilitate, *Patrem habemus Abraham* magnum patriarcham de cuius semine sumus exorti, quasi hoc verbis ad salutẽ sufficiat. ¶ Iactabant etenim se Iudæi de dignitate prosapiæ, quod

to denique non debetis de ista paternitate præsumere. *Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* secundum duplicem intellectum. Primò, nam deus omnipotens qui cuncta creauit, potest facillimè de saxis procreare homines iustos qui sint spirituales filij Abrahæ, veriores, nobilioresque filij eius, quàm estis vos. Secundo, quia de gentilibus, qui propter cordis sui duritiam, stoliditatem, ac idolatriam, lapides nominãtur, potest misericordia dei facere homines sanctos & spirituales, qui digni sint dici filij Abrahæ, quemadmodum per Ezechielem affirmat, Auferam cor lapideũ de carne vestra, & dabo vobis cor carneum: quod de Iudæis literaliter dicitur. Hanc suscitationem deus impleuit, quando ad prædicationem apostolorum obstinati sunt Iudæi, & gentiles illuminati, quando deus voca- B uit non dilectam dilectã, & non misericordiã cõsecutam, misericordiam consecutam, sicut Oseas prædixit, hoc est, plebẽ gentilem, quæ tempore suæ perfidiæ, fuit non dilecta, & deo odiosa secundum præsentem iustitiam, fecit sibi dilectam, conuertẽdo eam ad fidem. Tunc quoque impletum est illud Esaiæ, quia multi filij desertæ. i. gentilitatis olim relictæ, quã eius quæ habet virũ, hoc est, synagogæ, cuius sponsus & vir extitit deus. ¶ Secundum Chrysostomum Iudæi à Ioanne Chryso. dicuntur progenies viperarũ, propter tres viperæ proprietates. Prima est, Cum vipera momorderit hominem, statim ipsa currit ad aquam: quàm si inuenire non potest, mox moritur. Sic Iudæi peccata mortifera committentes ad baptis- C mum currebant, vt more viperarum periculum mortis euaderent. Secunda, nam sicut natura viperarum est rumpere vi scera materna, & sic nasci, sic Iudæi persequẽtes assidue sanctos prophetas, corruperunt matrem suam, videlicet synagogam. Tertia nã viperæ foris speciosæ & quasi pictæ videntur intus verò replentur veneno: sic pharisæi & Saducæi sanctitatem forinsecus simulabant, sed venenũ malitiæ portabant in corde. Deinde subditur ratio cur efficaciter pœnitere o- Matth. 7. porteat. *Iam enim securis ad radicem arborum posita est*, id est, de proximò imminet vobis interitus mortis atque æternæ damnationis, nisi pœnitentiam dignam egeritis, sicut arbori propinqua instat ruina, quãdo securis applicatur radici, vt arborem amputet, funditusque auellat. Loquitur autem metaphorice, vt per securim intelligatur rigor, seu vltio diuinæ iustitiæ,

D iustitiæ, quæ frequenter tollit & damnat impœnitentem repente, ac improuisè, iuxta illud Ecclesiastici, Non tardes cõuerti ad dominum, subito enim veniet ira illius, & in die vindictæ disperdet te. Arbor verò est genus humanum, seu homo quicunque: radix verò est firmitas vel subsistentia vitæ præsentis. Securis ergo, id est, rigor diuinæ æquitatis ad radicem arboris, id est, ad subsistentiam vitæ hominis posita est, vt peccatorem tollat & puniat, quoniã deus paratus est impium extirpare, prout in Ecclesiastico habetur: In peccatores respicit ira illius. Vt in libris Machabæorum legitur, A verbis peccatoris ne timueris, quoniã gloria eius stercus & vermis, hodie extollitur, & cras non inuenitur. Hinc etiam per ecclesiasten inducitur, Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra prætereãt. Potest quoq; E per securim intelligi transitus vitæ præsentis, quæ quanto prolongatur, tanto amplius breuiatur. Vnde Ezechias, Præcisa est (inquit) velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer succidit me. Vel, securis, hoc est, comminatio sacræ scripturæ, ad radicem arboris hoc est, ad intellectum hominis, posita est, vt eum hortetur, ac terreat. Deus nanq; in scripturis comminatur hominibus vt corrigant semetipsos: propter quod Hieremias protestatur, Nunquid non verba mea sunt Hiere. 23. quasi ignis, & quasi malleus conterens petram? *Omnis ergo arbor*, hoc est, quilibet homo adultus & compos rationis, *Qui non facit fructum bonum*, id ed, actum meritoriũ interiorem vel exteriorem, imò vtrunq; si adsit facultas & tẽpus de F bitũ, *Excidetur*, hoc est, ab electis separabitur, *Et in ignem* (infernalem) *mittetur*, talis enim non implet præcepta affirmatiua. Nec sufficit declinare à malo, sed oportet insuper bene facere. Omissio ergo interdum est peccatum mortale. Hinc seruus inutilis iubetur mitti in tenebras exteriores. Et Christus dicit, Omnem palmitem in me nõ ferentẽ fructũ, tollet eum pater. Ex præinductis patescit veritas iustitiæ in Ioan. 15. Ioanne, qui sine personarum acceptione peccatores dirè redarguit, neminem palpans, nulliq; blandiens. Consequẽter Ioannes ostendit insufficientiam sui baptismi, & proprię personæ conditionem, cuius ratio est vt tangitur in Luca, quoniam omnes opinabantur Ioannẽ esse Christũ. *Ego quidem baptizo vos aqua*, id est exterius lauo vos, aquã super vos fundẽs, non interius purgo peccata tollens, aut gratiam conferens,

rens. Baptizo ergo, & corpora vestra in aqua lauo, *In poeni-* A *tentiam*, hoc est, ad hoc vt ad pœnitendum vos inducam, nõ vt peccata dimittam. *Qui autem post me venturus est* in publicum, id est, Christus, qui cito post hæc manifestabit seipsum, prædicando, miracula faciendo, atque per suos discipulos baptizando, *Fortior*, id est, maior & dignior *Me est* secundum vtranque suam naturam, quia vt deus est infinitæ potentiæ, dignitatis ac perfectionis. Secundum humanitatem quoque assumptam, data est sibi omnis potestas in cœlo & in terra. pater enim diligit filium, & omnia dedit in manus eius, imò Christus vt homo excedit perfectionem, dignitatem, & gratiã omnium creaturarum simul sumptarũ, propter immediatam & hypostaticam, seu personalem vnionẽ suæ humanitatis cũ verbo, *Cuius non sum dignus calciamẽta* B *portare*, hoc est, intantum excedit me, quòd non sum dignus ei in minimo ministrare. De Christo legitur, quòd cœ Lucæ. 3. pit facere & docere: cum ergo ipse discipulos suos ad prædi Marc. 1. candum miserit sine calciamentis, credibile est quòd ipse calciamentis vsus non sit. Quod ergo ait Ioannes de Christo, cuius non sum dignus calciamenta portare, intelligendũ est secundum communem modum loquendi, quo aliquis volens se multum humiliare sub aliquo, dicit se non esse dignum gerere calceos eius, per quod Ioannes declarat se incomparabiliter Christo minorem. O quanta humilitas in corde Baptistæ. Merito vtique à Christo excellentissimè laudari sublimaríque meruit, qui se tantum sub illo deiecit, quanuis nec C plenè se humiliare potuerit per comparationem ad Christum, qui tamen de Iohanne testatur, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. ¶ Sed quæritur, cum secũdũ doctores quosdã, homo de cõdigno possit mereri vitã æternã, quomodo Ioannes dignus nõ fuit Christo in minimo ministrare, seu eiꝰ calciamẽta portare? Deniq; si dignꝰ fuit, & meruit Christũ baptizare, quomodo dignꝰ nõ fuit ei in minimo deseruire? Respondẽdũ, q; aliquis dicitur dignus per cõparationẽ ad Christũ dupliciter. Primò, simpliciter. Secundo, secũdũ modum humanæ possibilitatis & conditionis. Primo modo nemo dignus fuit, vel est, Christo appropinquare aut ministrare, propter infinitum excessum suæ perfectionis præ omnibus, tamen secundo modo est aliquis dignus ei seruire: imò & corpus & sanguinem eius consecrare,

D acmanducare, præsertim cum dicat Apost. Quicunq; mãdu-
cauerit panem hunc, vel biberit calicẽ domini indigne, reu-
eritcorporis & sanguinis domini, *Ipse vos* hoc est vosipso
vel alios per vos designatos, & vobis, in specie similes B-
ptizabit per suos ministros, ita q̃ ipse erit principalis bapti-
zator, mundans interius, ministri verò ipsius erunt baptiza-
tores instrumẽtales. Christus quippe per seipsum non bapti-
zauit, vt dicit Ioannes *In spiritu sancto*, hoc est, virtute
gratia spiritus sancti, videlicet, gratiam spiritus sancti infun-
dendo, & vitia diluendo, Et *igni* & si dixisset in spiritu
cto & aqua, cõsonare videretur saluatori dicẽti, Nisi quis
natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Quid ergo per
E gnem intelligitur? puto q̃ charitatis feruor, de quo Chri-
stus dicit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi
accendatur? Christi nanque baptismus ordinatur ad diuin
charitatis perfectionẽ atq; feruorem, propter quod lex eu
gelica appellatur lex amoris & gratiæ. Baptizabit ergo v
in spiritu sancto & igni, id est, baptizando charitatem in v
bis accendet, inducendo vos in memoriam beneficiorũ
rum. Hieronymus per spiritum sanctum & ignem, idem
telligit, eo quòd spiritus sanctus sit ignis, iuxta illud Apost
li ad Hebræos, Deus noster ignis consumens est, sicq; cõ
ctio, &, tenetur expositiue. Chrysostomus & Beda per ig
intelligunt tribulationis atq; tentationis feruorẽ, quo C
sti fideles purgantur. nã omnes qui volũt pie viuere in C
sto, persecutionem patientur. Lyra per ignem intelligit se
F sibile signum, in quo spiritus sanctus frequenter in primi
ua ecclesia dabatur baptizatis, quẽadmodum & apostolis
die pentecostes in igneis linguis legitur datus. Alij per ig
intelligunt purgatorij pœnam, in quo post vitam presente
lauantur atque purgantur qui cum reatu decedunt, *Cuius*
Actu.2. *ventilabrum in manu sua*, Ventilabrum est instrumentũ q
blada purgantur, separando ea à paleis, per quod intelli
tur iustum iudicium Christi quo electi à reprobis segrega
ter. Area autem vocatur ecclesia, in qua boni ac mali co
mixti sunt, sicut in area triticum paleaq̃ simul ponun
Triticum vero electos significat, horreum verò regnum c
leste, palea reprobos. Est igitur sensus. *Cuius* videlicet Chr
sti *Ventilabrum* id est, iustum iudicium, iudiciariaq̃ pote
stas est *In manu*, i. in potestate sua. Pater enim omne iud
cium

cium dedit filio, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia A
filios hominis est, & *Permundabit*. i. perfectè purgabit *Aream* Ioan. 3.
suam, id est, ecclesiam militantem in die iudicii, quando
separabit agnos ab hœdis, Nunc enim peruersi cum bonis
miscentur, sed tunc loco & præmio separabuntur. Quotidie
quoque purgat deus aream suam dupliciter. Primo, impios
de hac vita tollendo, ne inficiant simplices. Secundo, electos
multipliciter castigando, spiritualiter circumscindendo, ad
futuram beatitudinem disponendo, per tribulationes diuer-
sas, quemadmodum in sapientia scribitur. Tanquam aurum
in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam acce-
pit eos. Reprobos verò dimittit secundum desideria cordis
eorũ, vt eãt in adinuentionibus suis. super quos nõ est virga
dei, vt in Iob legitur, Et *congregabit triticũ suũ in horreũ suũ*,
id est, electos in regnum supernum, quando dicturus est eis. Iob. 24.
Venite benedicti patris mei, percipite regnum vobis ab ori- B
gine mundi paratum. *Paleas autem*, id est, infructuosus, le-
ues & reprobos, de quibus in Psalmo, Non sic impii, non sic,
sed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terre, *Com-
buret*, id est puniet non consumet. *Igni inextinguibili*, id est
flamma & pœna infernali nunquam cessante. Per quoddam
natur error dicentium pœnas inferni tandem post longa spa-
cia terminari. Vnde in Ezechiele testatur ad impios, Con-
flabo & congregabo vos, vt succendam vos in igne furoris
mei, & conflabimini in medio eius, sicut conflatur argentũ
in medio ignis. Vnde Psalmographus. Cadent, inquit, su-
per eos carbones, in ignem deiicies eos, in miseriis non sub-
sistent. Et Iohannes in Appocalypsi, Pars illorum erit in sta C
gno ardenti & sulphure, & fumus tormentorum ascendet in
seculã seculorum. O vtinam verba ista terrifica anima sa-
pienter saperet, & aure cordis ea perciperet, vtique nil car-
nale aut transitorium eam delectaret, sed cum sancto Iob di
ceret: Semper quasi tumentes super me fluctus timui deum,
Sed cum de impiis dicatur. ¶ Ad niuium calorem transeant Esa. 8.
ab aquis niuium, cur de solo igne nunc fit mentio? Dicendũ
quod nomine ignis quælibet grauis afflictio designatur: vel
de igne solũ fit mentio, tanquam principali tormento, *Tunc*
videlicet Ioanne prædicante, ac baptizante. *Venit Iesus à
Galilæa* puta à ciuitate Nazareth, in qua ipse hucusque iu
uenis habitauit cum virgine, sponsus cum sponsa, creator

D cum creatura, Christus saluator cum Maria præelecta in-
comparabiliter benedicta, cum qua deus tanto tẽpore in re-
ris conuersari, ac demorari elegit, quia delitiæ eius esse cum
illa *in Iordãnem*, i. ad loca iuxta Iordanis fluenta, *Ad Ior-*
annem (Baptistam) *vt baptizaretur ab eo* in Iordane. ¶ Cur
agnus sine macula, cur deus & homo inter populares aduc-
nit, vestimenta deposuit, & vt baptizaretur manibus serui s
nudũ supposuit? O stupendũ, ac metuendũ, pariterq; amand-
dum spectaculũ, qui mirũ si expauit Ioannes oculis corpo-
ralibus hoc cernens, cũ & nos sola cõsideratione intellectu-
lis oculi cõtremiscimus. Cur ergo hoc factũ sit, statim dice-
Ioannes autem ex humilitate *Prohibebat eum* non per me-
E dum imperii, cum hoc sit superioris, sed per modum humi-
limæ abnegationis, sciens se indignum ad baptizandũ filiũ
Ioan.13. dei quẽadmodum etiã Petrus ait ad Iesum, Nõ lauabis mihi
pedes inæternũ. Considerans nanq; Ioãnes suam paruitatẽ
& Christi maiestatem, incredibiliter mirabatur de tanta de-
gnatione & humiliatione dei incarnati. Prohibebat itaq; e
publicè corã populo dicens, *Ego à te debeo* id est, indigeo
& debito condecentiæ teneor, *Baptizari* baptismo tuo, cu
gelicæ legis sacramenti, vel saltẽ interiori baptismo, quod
factum est, sicut ait Chrisostomus, quod Christus postea
ptizauit Ioannem. ¶ Debuit autẽ Ioannes baptizari à Chr
sto, propter venialiũ remissionem, propter gratiæ increm
tum, propter propriæ doctrinæ approbationẽ, quatenus ip
se faceret ad quod alios hortabatur. Admonuit enim alio
Christi baptismum susciperent. Apostolos quoq; baptizato
F esse à Christo probabile est. *Et tu venis ad me?* seruũ tuum
quasi dicat, Hoc omnino mirabile est. mysteriumq; ignore
Respondens autẽ Iesus (Ioanni) *dixit ei, Sine* id est, ab ha
tua prohibitione cessa, & dimitte me baptizari *Modo* nun
cum tẽpus est humiliationis, *Sic enim* videlicet, vt ego ba
ptizer à te, tuq; baptizes me, *Decet nos* ambos, & me spec
aliter *Implere omnem iustitiam*, id est, omnem perfectionem
virtutem, & maxime humilitatem. Hæc est præcipua ratio
baptizationis Christi, vt omnẽ impleret iustitiam. Sumitu
verò iustitia hoc loco communiter, prout omnem virtute
includit. ¶ Iustum itaq; fuit Christũ baptizari. Primò quo
niam in hoc natus est, & ad hoc venit in mundũ, vt humana
operaretur salutẽ. Quemadmodum ergo occisus est, vt no
à morte

à morte eriperet, sic baptizatus est, vt suo baptismo animas A
nostras purgaret tactuque sui sanctissimi corporis, aquis
vim regeneratiuam præstaret. Tertio, vt baptismũ Iohannis
approbaret. Quarto, vt nobis perfectè humilitatis formã o-
stẽderet. Quinto, vt primo faceret quod statim edocuit. Do
cuit enim Christus alios vt baptizarentur. *Tunc dimisit eum*
Ioannes, id est, ratione tanti mysterii cognita, dimisit Chri-
stum suis se subdere manibus. Præparans se ad baptizãdũ do
minum vniuersorum. *Baptizatus autem Iesus, confestim ascen-*
dit de aqua, i. Iordanem exiuit, stans in ripa vel prope, *Et*
ecce aperti sunt cœli non per diuisionem cœlestiũ corporum,
quæ incorruptibilia sunt, sed per effectũ quendã cœlestẽ cœ- B
litus apparentem. ¶ Cum enim pater & spiritus sanctus in
cœlo habitare & esse dicantur, tunc cœli asseruntur aperiri
quando per subiectã creaturã apparerent hominibus: iuxtà
quem modum erat Psalmista. Domine inclina cœlos tuos &
descende. Esaias quoq;, Vtinam (inquit) disrumperes cœlos
& descẽderes. Propter quod dicit Hieronymus, Aperti sunt
cœli, non reseratione elementorum: nomine autẽ elemẽto- Hierony.
rum intelligit etiam orbes cœlestes. Et Chrysostomus, Nõ
rupta est creatura cœlestis. Veruntamen aduertendũ, quòd Chryso-
lux quædam copiosa desuper fusa descẽdit, & circa Christũ
apparuit, propter quã videbatur quædam scisio siue apertio
esse in cœlo, quemadmodum tempore magnæ fulgurationis
Vnde Ezechiel, cum visiones dei describeret, cœlos affirmat
apertos fuisse. Similiter Stephanus de apertione cœlorũ lo-
quitur. Sic ergo aperti sunt ei (videlicet Christo. i. ad mani-
festandam gloriam eius) cœli omnes. *Et vidit* visione cor-
porali ipse Christus siue Ioannes, Vterque enim eorũ vidit C
quod subditur. *Spiritum dei*, id est spiritum sanctum. *De-*
scendentem sicut columbam, id est, in forma columbæ, *Et ve-*
nientem super se, id est, sedentem super caput Christi, vt su-
pra Apostolos sedit in igneis linguis. Vnde Iohannes Babti-
sta ait, Vidi spiritũ descendẽtẽ de cœlo quasi columbam, &
mansit super eũ. Hanc columbã angelus ex materia elemen
tari formauit, vt dicetur, eamque mouit, sed ipsa spiritũ san-
ctum representauit, quæ ministerio suo peracto, in præiacẽ-
tem est reuersa materiam. *Et ecce vox de cælis* (intonuit) *di-*
cens, vox ista ab angelo formata est in persona dei patris,
qui dicitur apparuisse in voce, non quia visus est, sed quia au-

D ditus *Hic est filius meus* naturalis, coeternus, & vnicus, non adoptiuus, *Dilectus*, quem secundum quod deus est tantum diligo, sicut meipsum, videlicet, superæstuanti, dulcissimo, pinitusq; infinito amore. Secundum verò humanitatē eius assumptam, verbo vnitam, diligo eum amplius, q̄ totū vniuersum: quoniā maius bonum contuli ei soli, q̄ omnibus aliis simul, videlicet, personalem vnionem cum verbo, & gratiam
Psal. 103. sine mesura. *In quo mihi complacui* id est, de ipso & eius perfectione in meipso complacentiam, delectationemq; habeo, tanquam qui talem filius genui, tam speciosum, sanctum, & mihi omnino simillimum. Si enim lætatur deus in operibus suis, & si beneplacitum est domino in populo suo, quanto magis in filio suo vnigenito delectatur & complacet, in quo nil dissimilitudinis, nil contrarietatis, nil mali inE uenitur. Denique secundum diuinitatem Christi complacet sibi pater in Christo, cōplacentia infinita: secūdum humanitatē verò assumptam, habet in eo complacentiā singularē tanq̄
Ioan. 7. in filio obedientissimo, Vnde & ita potest exponi. In quo mihi complacui, id est, in quo voluntas mea implebitur, quantū ad reparationē generis humani? propter quod Christus testatur, Quæ placita sunt ei facio semper. ¶ Circa prahabita quæritur, an baptizati baptismo Iohānis erant rebaptizandi baptismate Christi. ¶ De hoc duplex opinio fuit: vna dicentium, q̄ baptismus Ioannis, quia præparatorius fuit ad Christum, id circo si baptismum illū susciperis, recurrit eum ad Christum, constituendo spem suam in gratia eius, nō indiguit denuo baptizari. Hæc est opinio magistri lib. 4.
F Thomas verò & alii multi dicunt, q̄ quia sacramenta nouæ legis gratiam cōferūt ex opere operato, idcirco quando baptismus Christi fuit de necessitate salutis, nō sufficit baptismus Ioannis cū relatione prædicta, sed baptizati baptismo Ioannis baptizandi erāt baptismate Christi, sicut & Paulus in actib⁹ Apostolorū fecisse narratur, Et ista opinio roboratur verbis Augustini, qui dicit sup Ioannē, Baptizauit Ioannes, vt baptizatum nō est Baptizauit Iudas, & baptizatum est. ¶ Insuper queritur, cur spiritus sanctus in forma colūbæ apparuit in baptismo, Dicēdū, q̄ per columbā innocētia, puritas, atq; simplicitas designātur, quæ omnia ad bonitatē pertinent, quæ spiritui sancto appropriatur. Conuenienter ergo in specie columbæ ostensus est, Secūdo ad designādum q̄ in Christo

Christo vera innocentia, summa puritas, & circunspecta simA plicitas fuit. Tertio, ad denotādum q̄ per baptismum homo ad originalem innocentiā, puritatem ac simplicitatē reuertitur, dū ab omni labe peccati mundatur, & omni virtute insita subito decoratur. ¶ Quæritur, cur spiritus sanctus descendit super Christum baptizatum. Respondendū, quòd primo quatenus Ioannes plenius instrueretur de Christo & efficacia sui baptismatis, propter quod ait, Ego nescieba eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Secundo, vt Ioannes dignitatem & gloriam Christi populo nuntiaret, sicut & fecit, iuxta illud, Testimoniū, perhibuit Ioannes, dicens. quia vidi spiritum descendentem, & mansit super eum, rursusque, Ego (inquit) vidi & testimoB nium perhibui, quia hic est filius dei. Tertio, ad demonstrandum plenitudinem gratiæ Christi, cuius gratia in baptismo aucta non est. Quarto, propter mysterium, scilicet ad insinuandum, quòd baptizatis Christi baptismo spiritus sanctus infunditur, regnumque cœleste aperitur. Ideo enim & cœli aperti sunt, tunc quoque trinitas superbenedicta monstrata est, in cuius nomine Christi baptismus confertur, quæ vsque ad illud tempus nulli præcedentium patriarcharum aut prophetarum ita apertè atque distinctè reuelata est, sicut Ioanni, in quo eius excellentia declaratur. Tunc enim pa- Ioan. 1.
ter apparuit in voce, quæ formata fuit in aere, ad insinuandum, quòd dicendo genuit vnicum filium suum, qui est verC bum ore patris æternaliter intellectualiterque prolatum, iuxta illud Eccles. Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita Eccles. 14.
ante omnem creaturam. Filius verò apparuit in humanitate assumpta. Spiritus sanctus in columba, non vtique sicut assumpta, sed velut in signo repræsentatiuo. ¶ Postremo quæritur an solus Ioannes viderit columbam super Christum descendentem, an etiam ipse audierit solus vocem patris, præsupposito, quòd Christus vidit & audiuit illam & istam. De hoc nil legi, sed apparet quòd sic aliter non indiguisset testari populo, quemadmodum viderit spiritum sanctum in Christum descendere.

¶ Elucidatio Capituli Quarti, *Tunc ductus est Iesus in Desertum a spiritu.*

ARTICVLVS VII.

DOstensa vera diuinitate, humanitateque Christi, cō-
sequenter tendit euangelista ad describendam cō-
uersationem ipsius, cuius tota actio, nostra instruc-
tio est, *Tunc* videlicet, mox vt baptizatus est *Ductus est*
rationali suggestione atque interna inspiratione *Iesus in de-*
sertum a spiritu sancto, qui animam Christi induxit ad hoc
vt ingrederetur desertum propter rationabiles causas. Chri-
stus quippe vt homo plenissimus fuit septem donis spiritus
sancti, quemadmodum in Esaia legitur, Requiescet super eo
spiritus domini, &c. ¶ Sicut autem virtutes morales efficiūt
hominem prompte mobilem à ratione, vt eius sequatur iudi-
cium: sic dona spiritus sancti reddunt eum faciliter mobi-
lem à spiritu sancto. Idcirco Christus homo à spiritu sancto
E directus, ductus & motus est, vt introiret desertum. Vnde
Lucas dicit, quod agebatur à spititu in desertum. Qui au-
tem spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Quod enim hoc lo-
co per spiritum designetur spiritus sanctus, patet ex duobus.
Lucæ. 4. Primo, quoniam in Luca dictum est, Iesus plenus spiritu san-
cto regressus est à Iordane, mox subditur, & agebatur à spi-
ritu in desertum. Secundo, quia hoc loco dictum est in de-
sertum à spiritu, subiungitur, *Vt tentaretur a diabolo*, per
quod notatur distinctio inter spiritum & diabolum. Po-
test quoque per spiritum quo ductus est Iesus intelligi spi-
ritus eius rationalis creatus, videlicet anima, de quo ait, Spi-
ritus quidem promptus est, caro autem infirma: ad denotan-
dum quod propria atque spontanea volūtate, & ex rationis
E iudicio, non coacte, desertum ingressus sit. ¶ Dicunt aliqui
quod desertū, de quo iam sermo sit illud quod est inter Hie-
rusalem & Hiericho. ¶ Oportet aduertere quod multiplex
est spiritus, scilicet increatus, qui est incircunscriptus, vide-
licet deus: & creatus, ac circunscriptus. Spiritus quoque crea-
tus, alius est rationalis, alius irrationalis, de quo Salomon,
Quis scit, si spiritus filiorum hominum ascēdat, & spiritus iu-
mentorum descendat? Spiritus autē rationalis creatus, alius
est coniunctus, vt anima rationalis: alius separatus, & iste
est duplex, alter enim est ad deum inauertibiliter cōuersus,
vt angelus: alius à deo inconuertibiliter auersus, vt dæmon.
Deniq; ratio subditur, cur in desertum ductus est Iesus, vt te-
taretur à diabolo. Ista est vna causa, non tamen tota, nec so-
la, neque præcipua. Poterat nanque & extra illud tentari, si-
cut

cut & in pinnaculo templi tentatus est. Sūt ergo & aliæ cau- A
sæ potiores. Prima, vt solitariam vitam commendaret, atque
eremiticæ, ac anachoriticæ conuersationis exemplum præ-
beret. Secunda, vt pro nostris peccatis in eremo pœnitētiam
id est, opera satisfactoria ageret. Tertia vt formam vitandi
laudem hominum demonstraret. Mox enim vt à Ioanne tam
magnificè commendatus est populo: fecesit in eremum. Et
nos ergo laudati, quæramus abscondi, amātes nesciri. Voluit
quoque Christus tentari, vt nos ad tentationes perferendas
animaret, vt gratiam triumphandi nobis meretur, vt for-
mam vincendi ostenderet, vt tētatoris virtutem debilitaret,
nosque à tentationibus liberaret. Aliam rationem tangit A-
postolus Hebræos, Debuit (inquit) per omnia fratribus simi
lari, vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deum. In quo B
enim passus est ipse & tentatus, potēs est eis qui tentātur au
xiliari. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus* (artificialibus) &
quadraginta noctibus non vtique eo modo sicut nos ieiuna-
mus, qui quotidie semel reficimur, & tamen ieiunare censē-
mur, sed tanto tempore nullum corporeum cibum sumpsit.
nec potum. Vt in Luca habetur, Nihil manducauit in illis Lucæ. 4.
diebus *Postea esuriit* non necessitate naturæ, sed diuina di-
spensatione ac propria voluntate. Quāuis enim omnino su-
pernaturale sit hominem tot diebus nil edere, sicut in Mose,
& Helia: tamen in Christo mirabilius fuit, quòd postea esu-
rijt, quàm quod interim nihil comedit, quia (vt ait Augusti- 3.Re. 19.
nus in Epistola ad Dioscorū) Tanta extitit beatitudo animæ
Christi, quod ex redundantia eius poterat corpus Christi ab C
omni passione & lesione præseruari: & præseruatum fuisset,
nisi deo dispensante redundantia illa fuisset suspensa vsq; ad
resurrectionem. Non ergo indiguit cibo, nisi ex voluntate.
qua voluit redundantiam beatitudinis animæ suæ in corpus
suspendi. Esurijt quoq;, vt sua fame mereretur nobis gratiam
magnam, & animæ saturitatē. Quicquid enim fecit aut per-
tulit vt viator, nobis meritorium fuit. Item, vt assumptæ hu-
manitatis veritatem ostenderet. Rursus, vt dæmoni daret oc
casionem tentandi. In veteri testamento leguntur Moses &
Helias tot ieiunasse diebus, de quorū esurie nihil subiūgitur.
Certū est tamen, quod postea esurierunt. ¶ Quæritur quare
saluator non ieiunauit diutius, quàm Moses & Helias. Dicē-
dum, ne eius diuinitas pateret diabolo, & etiam propter my
sticam

D sticam rationem, eo quòd quadragenarius numerus conueniat pœnitentiæ. Constat nanque ex denario quater ducto, sicque significat castigationem hominis ex quatuor elementis compositi cum obseruatione decalogi secundum quatuor Euangeliorum doctrinam. Et iterum, Quoniam tot diebus ieiunando offerimus deo decimas anni siue dierum, cui & aliarum rerum decimas offerre iubemur secundum Gregorium Et *accedens tentator, dixit ei*, Iste tentator & dæmon fertur fuisse Lucifer, quod magister sententiarum sentire videtur, Hilarius quoque testatur, quod fuerit dæmonum princeps, Accessit autem ad Christum in forma visibili & humana, & forte in forma hominis religiosi, vt simulata sanctitate circundatus, citius falleret. ¶ Porro tentare proprie sumE ptum, est experientiam explorare de re ignorata, vel dubia. Dæmõ ergo dubitauit de Iesu Nazareno, an esset Christus, idcirco optauit certificari de hoc, habuit nanque pro vtraque parte rationes sibi quodãmodo insolubiles. Dicit autem Chrisostomus, quòd audiuit angelos, gloria in excelsis deo, cantantes. Angelum quoque euangelizantẽ pastoribus, quia natus est vobis hodie Saluator, vidit & Magos venientes, & puerum adorantes. verba etiam Symeonis & Annæ audiuit, testimoniumque Ioannis. ex quibus conijciebat Iesum esse Christum: præsertim quia ex vaticinio Danielis de numero hebdomadarum cognouit tempus aduentus Christi impletum. Et prophetijs insuper Esaiæ & Hieremiæ, quorum vnus ait, Vocabitur nomen eius, admirabilis, cõsiliarius, deus fortF tis, &c. Alius verò, Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster, loco cuius in Hebræo habetur nomẽ domini Tetragrammaton, quod soli verò conuenit deo. Ex his (inquam) & aliis prophetarum scripturis, sciebat quòd Christus esset deus & homo in vna hypostasi, seu persona, ex quibus omnibus simul pensatis, vehementer opinatus est, quod Iesus esset Christus mundi saluator. Sed ex alia parte, videns eum inter populares baptizatum, & fame confectum, dubitauit quomodo talis posset esse deus & homo seu Christus. Hinc ergo dixit ad eũ *Si filius dei* vnigenitus, de quo locuti sunt prophetæ *Es, dic*, id est, propria authoritate iube, & dicendo effice. *Vt lapides isti* qui coram te iacent, *Panes fiant*, Cogitauit autem diabolus versipellis, si sine meo subsidio poterit propria potestate subito rerum naturas mutare, sciam

sciam quod sit vniuersorum creator, de quo legitur, Ipse dixit, & facta sunt. Si autem non poterit, scio quòd homo purus consistat, Tentauit autem de lapidum mutatione in panes, eo quòd esset fame laborãs, & per cõsequens magis inclinatus ad tale miraculum, Sed nõ est sapientia, nec est scientia, neq; consiliũ contra dominũ. Sapientia enim in omnibus sapienter agit. Quid ergo respondit fons sapientiæ, verbum dei in excelsis, sequitur. *Qui respondens dixit ei, scriptum est, Non in solo pane* i. corporeo cibo, *Viuit homo* secundũ vtrãque partẽ suam, videlicet corpus & animã *Sed in omni verbo* sacræ scripturæ. *Quod procedit de ore dei* id est, ab intellectu diuino inspiratur, & per angelos reuelatur hominibus sanctis. Quemadmodum enim corpus sustentatur & cõseruatur in vita naturæ per panem materialem, sic anima conseruatur ac roboratur in vita gratiæ per verbum dei, seu sacram scripturam, quemadmodum ait Saluator, Qui audit verbũ meũ, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et alibi, Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Itaque verbũ dei intellectum illuminat, ad fidem inducit, opera dirigit, errores excludit propter quod ait Psalmista, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, Spem roborat, iuxta illud, Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti. Charitatem accendit, iuxta illud, Ignitum eloquium tuum vehementer. Animam consolatur, à voluptate auertit, timorem inducit, & breuiter sicut ait Apostol. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad erudiendum, in iustitia, vt perfectus sit homo ad omne opus bonum. Quemadmodum ergo merito desperatur vita naturalis eius, qui corporalem cibum non sumit, vel sumptum non retinet: sic rationabiliter desperatur spiritalis vita illius, qui verbum dei non audit atque custodit, Qui enim ex deo est, verbum dei audit. Ait autem Ambrosius, Cum diabolus sic exploret vt tentet, & sic tentet vt exploret, Christus eum sic fallit, vt vincat: & sic vincit, vt fallat. ¶ Aduertendum autem tres esse species tentationis, ad quas aliæ reducuntur, videlicet, gulæ, auaritiæ, & superbiæ. prout Ioannes asserit, Omne quod est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Ista sunt arma diaboli contra famulos dei. Quoniam ergo in prima tentatione quæ fuit de gulu superatum

A Psal. 32. B Ioan. 5. Psal. 118. 2. Cor. 3. C

se

D se conspicit, aggreditur Christum per aliam tẽtationem, qua
est de superbia vanaque gloria. Nouerat quippe hostis veri
tus, viros perfectos, qui gulam facile vincunt, sæpe tangi ma
tu superbiæ. *Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem.*
¶ Quomodo autem eũ assumpserit, scriptura nõ exprimit
quidam verò affirmãt q̃ portauit eum in brachijs, vel hume
ris suis tãquã fatigatum & debilem ex longo ieiunio, & ma
gnitudine famis, quasi compatiens ei, cui & Christus acqui
uit, vt falleret deceptorem. Aliqui dicunt, q̃ portauit eũ vo
lando per aerem: vnde Lyra dicit q̃ intentio dæmonis Chri
stum portantis erat, vt Christus à populo volare videretur
atq; ex hoc inaniter gloriaretur. Alij dicunt, quod duxit e
quasi manu ad manum per terram: quod magis consonare v
E detur ei, quod in Luca habetur, Tunc duxit eum diabolus
Lucæ. 4. sanctam ciuitatem. Aliquo ergo horum modorum assumpt
eum diabolus non violenter, sed quasi ex præuia admonitio
ne, vt iret ad homines causa vescendi, seu prædicandi, vel o
aliquid tale quod bonũ videbatur *In sanctam ciuitatem*, id e
Hierusalem, in qua sanctus sanctorum sanguinẽ fudit, & pr
mitiua ecclesia spiritum sanctũ recepit, atq; euangelicam le
gem prædicare exorsa est. *Et statuit*, id est, posuit *Eum sup*
pinnaculum templi, id est, deambulatoriũ seu tectum quod fu
rat planũ vbi sacerdotes sedebant, cum populo prædicabant
Posuit aũt eum illic præsente populo, vt Christus alliceretur
ad laudẽ humanã, putãs Christum videri ab omnibus: sed ip
se inuisibilẽ reddidit. Intantũ enim fuit corpus eius subiectũ
F rationi ac deo, q̃ ad imperiũ dei, ac propriæ rationis immu
tauit, vel non immutauit visum aliorũ, sicut & corpora glo
ficata *Et dixit ei, Si filius dei es* patri æqualis *Mitte te deorsu*
in conspectu astantiũ, vt videntes te sine casu volare, vel sine
læsione cadere, mirentur & laudent te, & ne timeas de per
Psal. 90. culo, *Scriptum est enim* in Psalmo *Quoniam angelis suis mã*
dauit id est, præcepit deus pater *De te.* Id quod in Psalmo
illo subiungitur, *Vt custodiant te in omnibus viis tuis.* non aũ
in vanis præcipitijs. ideo dæmon subticuit hoc, ne sua frau
dulẽtia notaretur à Iesu, quem sciuit esse astutũ, ac prouidũ.
Et in manibus, id est, sua virtute & operatione. *Tollent*, id est
portabunt te *Te* cum fuerit opportunum. *Ne forte offendas*
ad lapidem pedem tuũ, id est, ne aliquid tibi in via obsistat aut
Hierony. lædat. Secũdum Hieronymum Bedam & alios, Psalmus ipse
nõ est

non est ad literã scriptus de Christo, sed de quocunq; homi A
ne virtuoso & viatore, angelorũ custodia indigẽte, qua Chri
stus non eguit; in quo patet dolus diaboli scripturã mendaciter, & tamen verisimiliter, seu multum apparenter applicã
tis. *Ait illi Iesus rursum: scriptum est, Non tentabis dominũ deũ* Deut. 6.
tuum id est, o homo quicunq; sis ille, non præsumas deũ ten
tare. Non autẽ dixit Christus hæc verba, vocãdo se deũ dia
boli, cuius vtiq; deus fuit, sed vt per veram allegationẽ scri
pturæ impio prævaleret, ita q̃ nec eius diuinitas dæmoni pa
tuit, nec aliquid certũ de ei⁹ conditione atq; persona cogno
uit, an scilicet esset purus homo. ¶ Porrò deũ tentare, est si
ne necessitate de eius prouidẽtia vel potestate experimẽtũ
accipere, omittendo videlicet quod in se est, & secundũ hu
manum modum sibi incumbit, atque diuinæ potentiæ se indi B
scretè committendo: vt si quis fame laborans, possit mẽdicã
do panẽ acquirere, sed hoc omittens cõmittit se diuinæ pro
uidentiæ, non intelligẽs quod hoc ex diuina prouidentia, o
mnia complectente, fit, quod possit mendicando acquirere
panem. Quoniam ergo à pinnaculo templi ad pauimentum
paratus fuit descẽsus per gradus, si Christus se præcipitasset:
deum videretur tentasse. Consequenter describitur tentatio
tertia, quæ fuit de ambitione & auaritia, vt potè de concupi
scentia oculorum *iterum assumpsit eum diabolus* fortè eo mo
do vt antè *in montem excelsum valde* vt locus esset occasio cõ
sentiendi tẽtationi, sciens ex mutatione locorum frequenter
mutari affectũ, *Et ostendit ei omnia regna mundi* principalia,
Ostẽdit autẽ ei nõ ignorãti. ¶ Sed quo modo potuit ei om C
nia regna, id est, vrbes, terras, prouincias mundi demonstrare, cum certum sit, nullum montẽ esse tam altũ, vt ab eo omnes prouinciæ possint videri? Et licet satis altus consisteret,
tamen propter localem distantiã, visum constitutum in mon
te immutare nequaquã valerent. Respondẽdum q̃ ostendit
ei omnia rẽgna mundi, non quia obiecit ea oculis intuenda
determinatè & corporaliter, sed proxima regna ostendit ad
oculum, quantum fieri potuit, versus quatuor plagas mũdi:
cætera verò dixit in tali, vel tali parte terræ situata: velut si
aliquis existens in turri cũ alio, dicat, ecce ibi est Roma, ibi
Leodium, ibi Colonia. *Et gloriam eorum*, id est, pompas, de
litias atq; diuitias regnorũ terrenorũ expositi Christo. *Et*
dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens genua flectendo, vel in
terram

D terram te prosternendo *Adorauerís me* adoratione latriæ
¶ Hæc est antiqua & solita dæmonis pompa, vt deo assimi-
lari & à cõcreaturis adorari desideret. *Tunc dixi ei Iesus, Va-*
de, id est, recede à me *Satana*. id est, aduersarie veritatis. Va-
Hierony. de inquã in ignem æternum, secundum Hieronymũ. Verum
tamen tẽpore passionis creditur rediisse, & Christũm per
dæos tentasse. *Scriptum est enim, Dominum deum tuum adora-*
bis adoratione interiori & exteriori, Et *illi soli seruies* pro-
pter se atque finaliter, Vel loquitur de seruitute latriæ, quæ
deo duntaxat debetur. Soli ergo deo seruiendum est propter
se: quia & si alijs non solum superioribus, sed etiã æqualib-
ac inferioribus seruiendũ sit, pro loco, causa & tẽpore, iuxta
Matth.20. illud Apostoli, Per charitatem seruite inuicem. Et saluato-
E in euangelio, Qui maior (inquit) est vestrum, sit vester mi-
nister. Omnis tamen seruitus ista ad dei honorem referẽ-
est, & propter eius ordinationem ac voluntatem impend-
da, neque alicui seruiendum vel obediendum est in his qu-
diuinitus prohibentur, quemadmodum Petr⁹ testatur, Q-
obedire oportet deo magisquàm hominibus. Cum igitur h-
mini ministramus, non tam homini quàm deo in homine m-
nistremus: præsertim cum dicat saluator, Quod vni ex mi-
mis meis feciſtis, mihi feciſtis. Seruitus autem duliæ, hom-
nibus potest & debet impẽdi. Cum enim deus sit summus
se, & maximus benefactor noster, atque altissimus princep
vniuersorum propria potestate potens saluare quoscunq; v-
luerit. constat q̃ summa & singularis ei reuerẽtia debeat-
F videlicet cultus latriæ. Considerandum in Christi respon-
nibus, quomodo falsas de scripturis à diabolo sumptas sag-
tas, veris scripturarũ clipeis reiiciat atq; confringat. T-
reliquit eum in monte isto sublimi, *Diabolus* confusus &
ctus recedẽs, nec aliquid certi de Christi persona cognosc-
Et *ecce angeli accesserũt* motu repẽtino ad Iesum in mõte,
ministrabant ei, non quasi inferiori aut indigenti, sed vt do-
mino, cum humilitate & reuerentia, deponendo eum à cac-
mine mõtis ad terræ planiciem. ¶ Quia enim humanam n-
sumpsit naturam, humano modo se habuit, conformando s-
fratribus, atq; angelico famulatu vtendo. Nec solum hac v-
ce, sed etiã prius angeli ministrabãt ei in eremo, iuxta illu-
Spirit⁹ expulit eum in desertum, eratq; cum bestijs, & ang-
li ministrabant ei. In quibus omnibus diuinæ naturæ subl-
mitas,

mitas, & item humanæ naturæ decliuitas manifestantur in A
Christo. ¶ Circa præinducta primo inquiritur cur Lucas tẽ-
tationẽ factam super pinnaculum templi ponit tertiam, quã
Matthæus ponit secundum. Ad hoc quidam dixerunt, Lu-
cam describere tentiones has Christi secundum ordinem fa-
ctas, ita q̃ Christus secundo tentatus est in monte excelso,
quem dicunt fuisse in eodem deserto, in quo facta est prima
tẽtatio: sicq; in montẽ quasi in locum propinquiorem duxit
eum diabolus statim post primam tentationem. Matthæum
verò dicunt descripsisse tentiones Christi, non secundũ or-
dinẽ rei gestæ, sed iuxta quandam correspondentiam, ad ten
tationem primorum parentum: qui primo tentati fuerũt de-
gula, secundo de superbia, tertio de auaritia. Hæc autem re-
sponsio non videtur conueniens, Euangelista nanq; Matth. Gen. 3.
apertissimè docet, quod diabolus Christum reliquerit quasi B
confusus & victus, audita responsione Christi, qua dæmonẽ
de auaritia tentantem, & idolatriã quodãmodo suggeren-
tem, dire obiurgãs dicebat, Vade Satana. Ergo tentatio ista
vltimò facta est, Denique Lucas descripta tentatione in pin Lucæ. 4.
naculo facta, quam tertiam ponit, non dicit, q̃ tunc reliquit
eum diabolus, sed omni (inquit) consummata tentatione, re
cessit ab eo ad tẽpus. Non ergo recessit ante eã, quæ in mon
te completa est, post quã dicit eum recessisse Matth. Hæc er
go vltima fuit. Hoc quoque patet per hoc q̃ tentatio dæmo
nis gradatim processit ad deteriora. Tertia autem, in qua se
adorari suggessit, pessima fuit. Veruntamen Augustinus asserit
nos ignorare, quæ duarum vltimarum tentationum præces-
serit, & dicit, non referre quæ ante aliam recitetur: qua scri- C
ptura non semper recitat gesta ordine illo quo facta sunt.
¶ Insuper quæritur, an tẽtator duxit Christum inuitum, vel
quasi spontaneũ, hoc est an putauit q̃ Christus secum tende
bat libenter, vel magis coacte, Respondendũ secundũ Hiero
nymũ & Chrysostomum, quod dæmon voluntatẽ Christi putauit in-
firmitatẽ, ac necessitatẽ, putãs se eũ cõpellere ad proficiscen Hieron.
dum secum. Alij verò satis probabiliter dicunt, q̃ dæmon in Chryso.
specie viri religiosi apparens, & Christum decipere cupiens
blandiebatur ei, & suã malitiã occultabat ne sciretur esse dia
bolus: sicq; Christũ quasi spontaneũ secum assumpsit. Ex quo
sequi videtur, q̃ non volauit secũ per aera, Sic enim patuisset
eum non hominẽ fuisse. Nihilominus in tertia tẽtatione, in

qua

D qua manifestū crimen suasit, ostendit se non esse talem, qui
lis apparuit. Cernens quippe se per simulationem sanctita-
tis & allegationem scripturarū nihil proficere, manifestam
iniquitatem proposuit: ad quam vt induceret, magnum obti-
lit præmium, vtpote omnia regna mundi. ¶ Quæ quia dia-
bolus dicit se posse dare, Manichæi opinabantur omnia ista
terrena à diabolo esse creata, eiusque imperio ad nutum sub-
iecta. Sed hoc dictu stultum, ac debile est. Cum enim diabo-
lus sit mendax & arrogans, non verè, sed præsumptuose asse-
ruit se regna omnia posse dare alicui: nisi intelligatur ꝙ per
missione diuina frequēter diabolus cooperatur aliquibus ad
Ioan.8. obtinenda dominia mundi. Quod verò non sit sic intelligen-
dum, quasi propria potestate & iure creationis valeat ea da-
E re alicui: euidentissime constat per illud quod apud Lucam
Lucæ.4. habetur, dicente ad Christum diabolo, Tibi dabo potestatem
hanc vniuersam & gloriam illorum, quoniam mihi tradita
sunt. Postremò per hoc quòd Christus duas primas tentatio-
nes ad suam iniuriam pertinentes, cum mansuetudine pertu-
lit, solum ad verba satanæ congruēter respondens. Tertiam
verò tentationem cum exprobatione quasi exasperatus reie-
cit, dicens tentanti, Vade satana, Per hoc inquam secundum
Chrysost. edocemus, nostras iniurias magnanimiter sustine-
re. Dei autem iniurias & contemptum, nec vsque ad audire
sufferre. quoniam propriis iniuriis patientem esse laudabile
est, iniurias autem dei dissimulare, nimis est impium. ¶ Inde
per per hoc quòd Christum post baptismum atque ieiunium
F tentator aggressus est, insinuatur tunc quemlibet nostrū fo-
tius à diabolo impugnari, vel etiam à proximis infestari, c
vehemētiori affectu applicamus cor nostrum puritati inter-
næ, ac veræ deuotioni. Tūc enim fremit & furit impiissimus
hostis, incitatque frequēter proximos nostros aduersum nos
Nos verò inuictissimo animo insistamus custodiæ cordis, ca-
to ardentius quanto sentimus nos durius impeti, ac tentari,
dicentes cum propheta, Persequar inimicos meos, & cōpre-
hendam illos, & non conuertar donec deficiant. Et ita veri-
in nobis implebitur quod dicit Apost. Deus cōteret satanam
sub pedibus vestris velociter. Rursus per hoc quod Christus
deiecit diabolum allegando scripturas, instruimur tentatio-
nibus obuiandum esse scripturis diuinis, vnicuique tentatio-
ni obiiciendo scripturam cōtra tale vel tale peccatū, de quo
ten-

tentamur: vt si de elatione tentemur, cogitemus quòd scri- A
ptum est, Odibilis coram deo & hominibus est superbiæ. Et Psal.17.
illud, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Si
de inuidia, cogitemus illud beati Iohannis, Omnis qui odit
fratrem suum, homicida est. ¶ Porrò modus qui dictus est,
quomodo, scilicet diabolus ostendit Christo omnia regna
mundi, videtur quibusdam superficialis, Vnde quasi subtilius
loqui volentes dicunt, ꝙ cum intelligentia sit plena formis
diabolus, qui omnium regnorum species in se cōtinebat, po-
tuit eas præsentare intellectui animæ Crhisti: & ita omnium
regna sibi ostendere, vel etiā depinguēdo ea in terra, sicut fit
in Mappa mundi, vel exponendo ei dispositionem regnorum
Quanuis autē huiusmodi ostensiones fieri potuissent, tamen
propter eas dæmon non indiguisset Christum in montem al B
tum assumere: quia tam conuenienter fieri possunt in valle si
cut in monte, ideo præinductus modus, qui etiam concordat
Chrysost. rationabilior existimatur.

¶ Prosequutio expositionis huius cap. ab eo loco,
quo dicitur, *Cum audisset Iesus.*

ARTICVLVS VIII.

R Ecitata domini Saluatoris tentatione, prosequitur
Euangelista ordinem & processum conuersationis,
instructionis & miraculorum ipsius. Porrò (vt Be-
da testatur in prologo suo super Iohannem) Matth. Lucas,
Marcus referunt Christū post incarcerationem Ioannis Bap.
cœpisse miracula facere, & ea omittūt quæ ante incarceratio C
nem hanc fiebant à Christo, videlicet mutationem aquæ in
vinum, sanationem filij reguli, &c. quæ Ioannes in suis cap.
describit. Cœpit ergo Iesus prædicare, discipulos congrega-
re, per apostolos baptizare, & signa facere ante incarceratio
nem Ioannis: idcirco Euāgelista Ioannes, qui vltimus euan-
gelium scripsit, & aliorum trium Euangelium legit, supple-
uit quod illi omiserunt. Veruntamen Christus nō prædicauit
tam aperte, nec miracula fecit tā copiosē ante incarceratio-
nem Ioannis, vt postea: propterea tres Euāgelistæ satis puta
uerunt si facta & documēta Christi post incarcerationē Io-
annis exhibita prosequerētur, quāuis, vnusquisque eorū mul-
ta omiserit: nā omnes tres suscitationē Lazari omiserūt. Vn-
de nō mirū, si multa quoq; omiserint minora. Exordium ita-
que sumit Matth. ab operibus Christi, quæ post Ioannis in-

E carcera

D carcerationē cōtigerunt, subiecit *Cum autē audisset Iesus* à di-
scipulis Ioannis vel propriis, quod tamen certissimè præco-
gnouit, videlicet *Quod Ioannes* baptista *Traditus esset* à Hero-
permissiuè, in manū Herodis Antipę, & ab Herode in man-
seruorum suorum, vt Ioannē incarcerarent, eo quòd illicita
nuptias Herodis ac Herodiadis increpasset, *Secessit in Gali-*
læam. i. à loco quo captus est Ioannes se elongauit, cedens
furori Herodis, ne occideretur ab eo, secundum Chrysosto-
non quòd timuit mortem, sed vt oportuniore tēpore pate-
tur, & item vt fugiēdi daret exemplū quando nō prodest o
parere. *Et relicta ciuitate Nazareth* in qua fuit nutritus & co-
ceptus *Venit & habitauit in ciuitate* dicta *Capharnaum ma-*
ritima. i. supra mare Genazareth sita, in cuius littore sitæ erat
E Capharnaū, Tyberias, Bethsaida, Corrosaim, ciuitates pe-
nentes ad fines Zabulon & neptalim, ideo subditur, *In fi-*
nibus. i. sorte vel terminis *Zabulon ac Neptalim* s. duarum t
buum, ad quarū vnā pertinebat Capharnaū. Vnde Christ
habitando in Capharnaum, habitauit in finibus Zabulon
Neptalim. i. inter fines & vrbes Iudęorū descendentiū de
bu ac semine Zabulon & Neptalim, *Vt adimpleretur quod*
Esa.91. *ctum est* à spiritu sancto *Per Esaiam prophetam. Terra Zabu-*
& terra Neptalim quæ est *Via maris*. i. in qua est via cōm
nis, qua deferuntur merces à Iordane ad mare mediterran-
Trans Iordanem. i. per quā viam itur trans Iordanē tendē
in ea vsq; Iordanem *Galilææ gentium*. i. iuxta quam est G
lilæa gentium. i. prouincia illa, quā in lib. Regum legitur
F lomon dedisse Irā regi Tyri, cui dedit viginti oppida in G
lilæa. ¶ Et quoniā Iram fuit gentilis, illa par Galilææ voc
ta est Galilæa gentium, quam ipse Iram appellauit, terrā C
bul. Vel sic, via maris trans Iordanem. i. via qua itur à ma
prædicto ad Iordanem Galilææ gentium. Hæc igitur ter
dicitur via, quoniam via publica erat in ea. Quid autem p
terram Zabulon, & terram Neptalim principaliter intelli
tur, subiungit, *Populus qui ambulabat in tenebris* i. habitator
harum terrarum qui conuersabantur in tenebris ignoranti
perfidię & peccati, *Vidit lucem magnam* videlicet Christ
qui ait, Ego sum lux mundi. Allegatio Euangelistæ decur
ta est, & dum breuitati studuit, obscuritatem induxit. Ad p
niorem ergo intelligentiam habendam, sciendum q̄ in Ev
ia sic legitur, Primo tempore alleuiata est terra Zabulon
ter

terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans
Iordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat &c. si
cut nunc allegatur. Est itaq; sensus *Primo tempore* id est, in
principio Euangelicæ prædicationis factæ ab ipso Christo,
Alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim id est, habitato
res terrarum istarū, videlicet nati de Zabulon & Neptalim,
qui pro maiori parte translati & capti fuerunt diu ante Chri
sti aduentum, aliqui tamen remanserunt, de quibus nūc agi-
tur: Hi ergo alleuitati sunt, & animo releuati à iugo diabo-
li: & seruitute peccati. In his etenim locis cœpit Iesus prædi-
care & signa facere: crediderunt̄que multi in eum, *Et nouis-*
simo, id est circa finem prædicationis Christi, *Aggrauata*
est via maris id est, populus iste in his terris habitans onera- B
tus est vitiis, induratusque corde, reuertens ad vomitū, & si
dem, doctrinamque Christi abiiciens. Vnde infra Saluator Matt.11.
exprobat ciuitatibus istis, dicens, Væ tibi Bethsaida, væ tibi
Corrosaim. &c. *Populus iste qui ambulabat in tenebris, vidit lu-*
cem magnam nā oculis cordis viderunt & intellexerunt Chri
sti doctrinam *Sedentibus*. ist est de gētibus seu manentibus
In regione vmbræ mortis id est, terra plena peccatis, quæ sunt
vmbræ mortis, quoniam lucem gratiæ absconduntˌ & morti
æternæ proximum faciunt, *Lux* Christianæ veritatis *Orta*
est eis Exinde id est, post rationem Ioannis & mansionem
in Capharnaum, *Cœpit Iesus prædicare* manifeste, & quasi
continuo tamen & ante incepit, *Et dicere, pœnitentiam agi-*
te, appropinquabit enim regnum cœlorum. Tale fuit etiam ex-
ordium prædicationis Ioannis: cuius prædicationem vo-
lens confirmare Saluator, & ostendere quòd ipse sit de quo
Ioannes testatus est. simili modo exorsus est. Hæc autē ver-
ba supra exposita sunt. *Ambulans autē Iesus iuxta mare* Ga- C
lilææ, quod alio nomine vocatur stagnū Genazareth, eratq;
lacus magnus secundum Hieronymum: sed dicitur mare iu- Matt. 4.
xta consuetudinem idiomatis Hebræorum, qui quam libet
magnam congregationem aquarum nominant mare *Vidit*
duos fratres videlicet *Simonem qui vocatur* alio nomine Pe-
trus id est, firmus, & Cœphas, id est, principalis: quæ duo no-
mina Christ⁹ illi imposuit Et *Andream fratrem eius* qui erat
discipulus Ioannis *Mittentes rete* suum *In mare* vt cape-
rent pisces. *Erant enim piscatores* quod vtique officium futu-
ro eorū officio spiritualiter cōgruebat. vt p̄ piscium captionē

D figuraretur rationalium piscium in hoc mari magno & spa-
cioſe defluẽtium,vtpote hominum adunatio per rete verbo-
rum cœleſtium Et *ait illis*, *Venite poſt me.* id eſt, greſsibus
corporis atque virtutibus animæ ſequimini me,voſipſos ab-
negando, & propria deſerendo,vt euangelicæ perfectionis
apicem apprehendatis, Et *faciam vos fieri* id eſt, conſtituam
vos per gratiam apoſtolatus, *piſcatores hominum*,id eſt col-
lectores diuerſorum populorum infra vnam eccleſiá per ex-
panſioné doctrinæ veſtræ, ſuper eos,quemadmodum piſces
diuerſi colliguntur per rete in vnã nauiculam.Per rete ergo
ſignificatur verbum prædicationis, per nauim eccleſia, per
mare mundus,per piſcatorem doctor ſeu prædicator,per
Hiero. 16, ſcationem inſtructio,qua diuerſi in eadem fide,ſpe,& chari-
Mat.19. tate ſpiritualiter colliguntur.Iuxta hanc ſimilitudiné ait do-
E minus,Ecce ego mittã piſcatores multos,& piſcabũtur eos.
At illi continuo relictis retibus & cæteris quæ habebant, ſecun-
dum quod alibi loquitur Petrus, Ecce nos reliquimus om-
nia, *Sequuti ſunt eum* mente & corpore. ¶ Triplex fuit di-
ſcipulorum iſtorũ vocatio.Vna ad ſimplicem notitiam,quæ
apud Ioan.diſcribitur, Cum enim Andreas à magiſtro ſuo
Ioanne Bapt.audiſſet,Ecce agnus dei qui tollit peccata mun-
di,demonſtrante Chriſtũ Ioanne,Andreas ſequutus eſt Ie-
ſum,adduxitq; Symonem fratrẽ ſuũ ad eum:ibi quoq; de-
ſcribitur vocatio Philippi Nathanael.Secunda vocatio fuit
ad familiaritatem,quæ deſcribitur apud Lucam , quando Pe-
trus viſita miraculoſa piſciũ captione.procidit ad genua Ie-
ſu dicens,Exi à me domine,quia homo peccator ſum. Tunc
Lucæ.5. enim omnia reliquerunt ad tẽpus,& rurſus ad piſcandũ re-
F uerſi ſunt ſicut & ante.Tertia fuit ad apoſtolatum , quando
ſimpliciter omnia reliquerunt,& iſta deſcribitur hic. Hæ au-
tem duæ vocationes Ioanni & Iacobo filiis Zebedæi exhi-
bitæ ſunt ſimul cũ petro & Andræa, vnde nunc ſubditur Et
procedens inde. i.Ieſus vltra paululum tendens *Vidit alios*
duos fratres,*Iacobum Zebedæi* filium Et *Ioannem* Euange-
liſtam *Fratrem eius*,*in naui cum Zebedæo patre eorum*, *reficien-*
tes,i. reparãtes & meliorantes *Retia ſua & vocauit eos*, ſcili-
cet per eadem verba quæ dixit ad Petrum & Andream, vide-
licet *Venite poſt me*,*faciam vos piſcatores hominum* Ioannes
& Iacobus conſanguinei erãt Chriſti , videlicet filii ſororis
Ioan.2. virginis benedictæ Mariæ. *Illi autem ſtatim relictis retibus, & patre*

patre ſuo Zebedæo *Sequuti ſunt eum* corde deuoto & cor- A
pore prompto. ¶ Referunt multi, videnturq; Hieronymus
& Beda hoc ſentire, Ioannem iſtum fuiſſe ſpõſum,in cuius
nuptiis Chriſtus conuertit aquam in vinum,& quòd Chri-
ſtus tunc vocauerit eum ad ſuum diſcipulatum,ita quòd ſpõ-
ſam ſuam nunquam cognouit:ſicque Ioannes ter vocatus
fuiſſe à Chriſto. Et *circuibat Ieſus* cum diſcipulis ſuis *To-*
tam Galilæam eundo de vna ciuitate in aliam *Docens in ſy-*
nagogis eorum id eſt,in domibus deputatis cultui dei & acti
bus religioſis.Quamuis enim Iudæi non habebant niſi vnũ
templum,in quo ſecundum legem ſacrificia immolabãt: ſin
gulæ tamen vrbes habebant ſynagogam,in quam conuene-
runt horis ſtatutis ad laudandum deum,ad legendum, in le-
ge & prophetis,ad docendum,orandum,ac audiendum ſalu
bria, Et *prædicans Euangelium regni* id eſt, doctrinam nouæ B
legis ac gratiæ,in qua doctrina proponitur regnum cœleſte
pro præmio quod Chriſtus docuit appropinquare . & in ſe
credentibus mox eſſe præſtandum,Exceſſit enim doctrinam Matt.10.
Moſaicam atque propheticam.Et quia doctrina Chriſti no- Marci. 1.
ua fuit & ſupernaturalis, omnẽ humanam rationem tranſ- Lucæ. 10.
cendens,& inuiſibilia bona pro mercede proponens,opor-
tuit eam confirmari miraculis,tanquam diuinæ veritatis ar-
gumẽtis,& dei ſigillis,vt ſciretur verus & à deo miſſus eſſe
talia prædicans,quemadmodum etiã veritas naturalis ſcien-
tiæ per principia prima probatur,& per rationes ex primis
principiis per modum concluſionum deductas.Sic veritas
fidei, per opera miraculoſa ſoli deo poſsibilia roboratur,&
à deo eſſe oſtenditur,qui falſitatis cõfirmator ac teſtis eſſe
non valet.Idcirco dicit Saluator,Opera quæ dedit mihi pa-
ter teſtimonium perhibent de me.Hinc ergo deſcripta Chri C
ſti noua admirabiliq; doctrina, quæ tamen infra plenius
introducitur,de eius miraculis ſubinfertur Et *ſanans omnem* Ioan.10.
languorem inueteratum ſeu grauem. vel naturaliter incura-
bilem. Et *omnem infirmitatem* minorem & per artem ſeu viã
naturæ curabilem.qualis fuit cæcitas Tobiæ, *In populo* ad
ipſum pro remedio humiliter accedente,non tamen ſimpli-
citer omnes infirmos Iudææ vel Galiææ curaſſe videtur.
Cum eius diſcipuli poſt reſurrectionem ipſius multos infir-
mos curauerint in Iudæa & Galilæa,qui ante Chriſti paſsio
nem infirmi fuerunt. Et *abiit opinio eius*, id eſt , fama & ru-

D mor de Christo diuulgatus est I*n totam Syriam* que est regio propinqua Galilææ. Crebra nanque & magna prodigia fecerunt eum famosum. Et *obtulerunt ei omnes male habentes*, videlicet, *Variis languoribus* intus latentibus, Et *tormentis*, id est à dæmonibus *Comprehensos, & qui dæmonia habebant* id est, à demonibus obsessos, Et *lunaticos*. ¶ Lunatici nuncupantur, qui singulis vexantur lunationibus, & mente laborant. & accidit dum Luna est plena. Lunatio autem est tẽpus quo luna recedit à sole, & rursus sequitur eũ. Denique secundum Hieronymum tales non verè Lunatici sunt, sed putantur Lunatici propter fallaciam dæmonum, qui obseruantes Lunaria tempora, creaturam, videlicet Lunam, diffamare cupiebant, quasi ipsa causaret huiusmodi mala, vt E in creatorem blasphemiæ redundarent, tanquam qui tam nociua sydera condidisset. Sumit ergo Hieronymus Lunaticos secũdum intentionem eorum qui ab influxu Lunæ ipsos vexare dixerunt Et *paraliticos* id est, contractos morbo. qui Marci.3. vocatur paralysis. Et *curauit eos* Quos autem corpore sanauit creditur curasse in anima, quoniam dei perfecta sunt opera quanuis multi eorum recidiuauerint, Et *secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & decapoli* id est, prouincia decem vrbes continente. ¶ Decapolis nãque dicitur à decas quod est decem. & polis ciuitas, quasi regio decem ciuitatũ. Et *de Hierosolymis & de Iudæa* id est, cæteris vrbibus quarum metropolis est Hierosolyma, Et *de trans Iordanem* id est, de terra duarum tribuum, & dimidiæ, vtpote Ruben, Gad, & manassæ, quæ terra fuit vltra Iordanem respectu Iudææ & Galilææ. Horum aliqui sequebantur saluatorem pro F pter informationem, sicut discipuli, aliqui propter curationem, vt languidi: aliqui propter cibum corporalem, vt famelici: aliqui vt signa viderent, quemadmodum curiosi: aliqui vt occasionem calumniandi inuenirent, vt scribæ & phariseí. ¶ Circa vocationem prædictorum quatuor apostolorum dicit Hieronymus. Piscatores & illiterati eliguntur, & mittuntur ad prædicandum, ne fides credentium, non virtute dei, sed eloquẽtia & doctrina fieri putaretur. Mysticè autem per Simonem Petrum signantur obedientes, & firmi in fide: Simon quippe interpretatur obediens, Petrus dicitur firmus. Per Ioannem speciali gratia decorati. Ioannes enim interpretatur habens gratiam. Per Iacobum supplantantes

tantes peccata, quia Iacobus interpretatur supplantator. Per A Andream, qui interpretatur virilis, designantur magnanimitate fulgentes, in quorum conspectu ad nihilum deductus est malignus. Hos tales vocat & mittit Saluator ad docendũ, ad prædicendum. ¶ Oportet enim omnino, vt dignus & efficax prædicator, doctor, siue prælatus, sit rectę rationi, deo atque ecclesię semper obediẽs, & firmus in fide, quatenus alios ad sanctam obedientiam, fideiq; immobilem firmitatẽ inducat. Oportet quoq;, vt speciali gratia adornetur, imò exube- Psal.14. ret, quatenus de plenitudine eius accipiant alij, scilicet purgationem, illuminationẽ & perfectionem. Item necesse est, vt vitiorum sit victor, quatenus quod alios docet, ipse in primis adimpleat: ne sibi dicatur, Qui alium doces, teipsum non Ioan. 1. doces. Et, Medice, cura teipsum. Rursus necesse est, vt sit viri B lis in omnibus, non pusillanimis, nõ ponderans ista tetrena, non succumbens aduersis, nec mortem formidans amore iustitiæ. ¶ Postremò, cum actio Christi sit omnium nostrorum instructio, per hoc q; ipse totam Galilæam tam solicitè circuiuit, docentur prælati & prædicatores oues sibi commissas vigilanter circuire, visitare, docere, consolari, fouere perseipsos, si congruè fieri possit, vel per idoneos vicarios: sicut & de religioso rege Iosaphat scriptum est, Misit de principibus suis, & cum eis leuitas & sacerdotes, habentes librũ legis, & circuibant cunctas vrbes Iuda, erudiebantq; populum.

¶ Elucidatio Capituli quinti, *Videns autem Iesus turbas, ascendit in montem.*

ARTICVLVS IX. C

QVONIAM dominus noster Iesus Christus secũ- Ioan. 8. dum omnium vaticinia Prophetarum salus & lux mundi est, doctor iustitiæ, & euangelicæ institutionis legislator, idcirco cum opportunum affuit tempus, fecit quod de seipso prædictum erat, tradens euangelicam legem. Et quoniam lex omnibus danda est, apertè proponenda, & ad hominum correctionem ac perfectionem ordinanda, propterea videns Saluator copiosissimam turbam se sequentem, instructione indigentem, & vitijs oneratam, ascendit in montem, vt ab omnibus melius videretur, ac plãnius audiretur. Secundo, vt per montẽ sublimem, euangelicę Lucæ. 6. legis ac disciplinæ excellentia monstraretur: de cuius vtique legis excellentia accipi potest illud Psalmistæ, Iustit a tua Psal. 30.

D sicut montes dei. Tertio, vt demonstraret prædicatorem verbi dei, virtutum altitudinem debere conscendere. Iuxta illud Esa.40. Esaiæ, Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Denique secundum Augustinum, in hoc sermone dominj continetur quicquid ad optimos pertinet mores, & ad Christianæ conuersationis perfectionē. Ideo prout dominus dederit, diligentius immorandum est præsenti, sequentibusq; Matt.4. quibusdam capitulis. Ait ergo, *Videns Iesus* oculo corporali *Turbas* de quibus in fine præcedentis capituli dictum est, quas oculo intellectuali incessabiliter vidit. Nā anima Christi semper à principio suæ creationis, actu intellexit, scientia visionis omnia quæ vnquā fuerunt, sunt, & erunt, *Ascendit in montem* quendā Galilææ, in montē Thabor, vel alium aliquē E secundū Hieronymum, non in montē Olineti, vt aliqui putauerunt. Cur autē in montē ascenderit dictum est. *Et cum sedisset* in monte tanquā magister, ad quē pertinet sessio in docendo, *Accesserunt ad eum discipuli eius* qui quasi cæteris perfectiores, magistrū perfectionis sequi volebant, & ei propinquius copulari. *Et aperiens os suum* Per hanc circunlocutionē notatur magnitudo dicendorū. Itaq; aperiens os suum, id est, per seipsum atq; in propria persona loquens, legemq; tradens, qui olim per angelos & prophetas loquebatur, & per Moysen legem proposuit, *Docebat eos, dicens*. Non dicitur quòd docuit turbas, sed discipulos, qđ quomodo intelligēdū sit mox ostendetur. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū*. In exordio huius sacrosancti sermonis docet vnigenitus filius dei octo beatitudines. ¶ Oportet ergo aduertere, q̄ virtutes, dona, fructus & beatitudines, in aliquibus conueniunt, & in aliquibus distinguuntur. Virtus enim & donum in hoc cōueniunt, q̄ vtrunque eorum est habitus: differunt tamen in hoc, quòd dona perficiunt, & in operādo expeditas reddunt virtutes, easq; in dignitate excellūt, dempti virtutibus theologicis, quæ præstantiores sunt donis: vna de virtutes sunt plures quàm dona, quæ non sunt nisi septē. Beatitudo verò & fructus in hoc conueniunt, quòd vtrūque eorum est actus virtutis, sed beatitudo superadditfructui rationem perfecti & eminentis: ita q̄ de ratione beatitudinis est, vt sit actus excellentis virtutis, ad rationem verò fructus sufficit, quòd sit actus virtutis delectationem spiritualem habens annexam. Interdum autem fructus accipitur pro delectatione

ctatione actus virtuosi, & beatitudo pro virtute seu habitu: A imò hoc loco quidam per beatitudines istas intelligunt ipsas virtutes: quanuis magis proprie per eas intelligantur actus. Beatitudo enim consistit in actu, non in habitu, secundum Peripateticos: tamen Platonici dixerunt eam in habitu cōsistere. Quemadmodum autem Christiani doctores distingunt virtutes, ita quòd virtutes in summo gradu consistentes dicuntur diuinæ, conuenientes statui perfectorum, non incipientium, nec proficientium: sic Peripatetici tales virtutes vocabant heroicas, Platonici verò seu Stoici vocabant eas virtutes purgati animi, à passionibus & vitijs absoluti. Harum ergo virtutum actus, præsertim beatitudines dicuntur. Quidam præterea asserūt beatitudines potius esse actus donorum quam virtutum, quoniam dona excedunt virtutes. Sed hoc sic intelligendum opinor, quia virtutes non producunt elicitiuè ipsas beatitudines, nisi secundum quòd dona perficiūt ipsas virtutes, vt sint promptæ ad operandum & omne obstaculum cito, facileque repellant. De prima ergo & fundamentali beatitudine veritas ait. *Beati pauperes spiritu*. ¶ In qualibet beatitudine duo tanguntur, videlicet meritum & præmium. Meritum est ipsa beatitudo viæ, videlicet actus virtutis, quod tangitur cū dicitur, Beati, &c. Præmium verò est merces merito correspondens, quæ tangitur cum dicitur, quoniam, &c. Cum enim actus virtutis in hac vita sit laboriosus aliquo modo, maximè in principio: Ars nanque & virtus sunt circa difficilia, secundum philosophū. Idcirco saluator beatitudines commendans, protinus subdit C de præmio, vt ab beatitudines exercendas nos excitet. Commemoratio enim mercedis prouocat & confortat laborātē. ¶ Expedit insuper scire, quòd beatitudo est duplex, videlicet viæ & patriæ. Beatitudo viæ, est meritum seu actio virtuosa, vnde iam sermo. Beatitudo patriæ est, præmium cœleste. Beatitudo quoque habetur dupliciter, scilicet in spe & in re. Beatitudo ergo patriæ nunc habetur in spe, per hoc q̄ beatitudo viæ habetur in re. Hæc est enim dispositio propinqua & summa ad illam. Præterea cum beatitudo strictè accepta sit optima operatio perfectissimæ virtutis, oportet quod inter octo beatitudines, sit vna summa & essentialiter beatitudo vocata, præsertim cum in omni genere & ordinata multitudine sit vnum primum atque præcipuum, ad quod alia ordinantur.

Universidad de Navarra Biblioteca

D dinantur. Hæc autem beatitudo, in via est mundicia cordis, in patria verò est visio dei, quæ ponitur tota merces. Ad mundiciam ergo cordis aliæ beatitudines disponuntur ac referuntur. Ex quo patet, quòd beatitudines non annumerãtur hoc loco secundum ordinem dignitatis seu perfectionis, quo eminentiora ac meliora priora vocantur: sed partim secundũ ordinem generationis, quo imperfectum præcedit perfectum, iuxta quem modum dicit Apostolus, Non prius quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Firmam autem beatitudinem, qua dicitur, Beati pauperes spiritu, Hieronymus, Augustinus, & Chrysostomus exponunt de humilitate, vt sit sensus, Beati pauperes spiritu, id est, humiles corde, qui non inflantur, non magna de seipsis præsumunt. nec

Hierony. Auguſt. Chryſo.

E aliquid boni sibi, sed totum deo attribuunt, pensantes illud Galat. 6. Apostoli, Quid habes quod non accepisti? Et illud, Qui se putat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. De quibus ait Psalmista, Humiles spiritu saluabit. Qui autem in proprijs oculis magni & sapiẽtes, cæterisq; perfectiores sunt, non sunt pauperes spiritu. Ambrosius verò & Leo papa exponunt de voluntaria paupertate, propter deum assumpta, desyderata vel complacente, vt si sensus, Beati sunt iam in spe, imo & beati in re, loquendo de beatitudine viæ: pauperes, id est, temporalibus bonis carentes, spiritu, id est, cum affectu cordis, ita quod diuitias non appetunt, sed contemnunt, & in paupertate sua lætantur, nil proprium possidentes: dicentes cum Paulo, Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

Galat. 6. Ambroſi.

F Hæc est paupertas euangelica, quam consulit Christus, dicendo, Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, nõ potest esse meus discipulus. Itemque, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Hæc est paupertas illa ditissima, de qua Apostolus loquitur, Altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. Hæc quoq; est paupertas potẽtissima, de qua Petrus claudo nato, Argẽtum (ait) & aurum nõ est mihi, quod autem habeo hoc tibi do: In nomine Iesu surge & ambula. De vtrisq; autẽ pauperibus intelligi potest illud Esaiæ, Domine deus cõfitebor tibi, quia factus es fortitudo pauperi & egeno in tribulatione sua. Hæc ergo paupertas cõtẽnit omnia exteriora, honores atq; diuitias, quãtũ possibile est: quatenus sũmo enti, in quo omnia bona, omnia pulchra ac desiderabilia superpleniſſime

Lucæ. 4. Actor. 3. Esaiæ. 26.

continentur,

continentur, absoluta, tota & libera mente adhæreat homo: A qui tanto minus deo coniungitur, quanto amplius transitorijs implicatur, & per diuersa distrahitur. O amanda, venerãda, & amplectenda paupertas, cuius se Christus dedit exemplum, propter nos pauper factus, cum esset diues, secundum quod ait. Volucres cœli nidos habẽt, & vulpes foueas, filius autẽ hominis non habet vbi caput reclinet. Deniq; secundũ vtranq; expositionem, paupertas spiritus est basis seu fundamentũ beatitudinũ cæterarum. Humilitas enim est radix, custos, & stabilimentũ virtutũ & omnis perfectionis. Similiter diuitiarũ abiectio efficit hominẽ ad omnia spiritualia expeditum, cœlestiumque gratiarum abundanter capacem. Deinde subditur præmiũ pauperum spiritu, seu merces voluntariæ paupertatis, *Quoniam ipsorum est regnũ cœlorũ.* B id est, cœlestis patriæ opulentia eis pro mercede debetur, at que parata est. Per regnũ ergo cœlorũ plenissima omniũ bonorum sufficientia designatur, de quibus Esaias & Paulus testantur, quia oculus non vidit, nec auris audiuit quæ præparauit deus his qui diligũt illum. Quæ autẽ sunt bona hæc, nisi obiectaliter ipsemet deus gloriosus, & fœlix, diues in se, & diues in alijs, qui erit omnia in omnibus? Formaliter verò sunt dotes animæ & corporis, & cætera quæ cœlestẽ beatitudinem ornãt, cõplent, perficiunt. Cum enim præmium correspondeat merito, pauperibus & humilibus ritè promittitur opulentia atq; sublimitas regni cœlestis. *Beati mites,* id est, qui omnẽ irrationabilem iram refrenant, & animo mansueto illatas aduersitates atque iniurias sustinent, nec propter C aliquod contrarium occurrens irascuntur. ¶ Mititas nempe seu mãsuetudo est virtus moralis, passionẽ iræ refrenans, ac moderans. Nunc tamen præsertim fit mentio de mititate purgati animi. Et sumitur mititas pro actu mititatis. Videtur autem mititas iam parũ extensius accipi quàm modo prædicto videlicet prout patientiam, passionem tristitiæ ordinantem includat: & mites vocentur homines patiẽtes, amaritudinis felle & indignatione, & appetitu vindictæ carentes. Quemadmodum autem ira comparatur stultitiæ, quoniam actum rationis plurimum impedit, & inhonestos gestus in vultu ac corpore parit: propter quod Ecclesiastes dicit, Ne sis velox ad irascendum, quoniam ira in sinu stulti requiescit. Et Iob, Virum stultum interficit iracundia. Salomone quoque

Lucæ. 9. Ecclesi. 7. Iob. 3.

testante,

D testante, Qui impatiens est operatur stultitiam. Et, Doc-
Proue.14. na viri per patientiam noscitur: Sic mititas maximè ornat
Proue.10. entiam, atque diuinæ sapientiæ illustrationem meretur,
ciens hominem veraciter sapientem, modestum, ornatum
Psal. 24. cundum quod ait Psalmista, Loquens de deo, Diriget m
suetos in iudicio, docebit mites vias suas. Et quoniam mit
sapientiam promeretur, & ad stabilem contemplationem
sponit, impedimenta contemplationis, & causas internæ
stabilitatis tollendo, videlicet iram, impatientiam, indig
tionem & amaritudinẽ, ideo mites experiri merẽtur inter
pacis dulcedine m: iuxta illud Psalmistæ, Mansueti autem h
reditabunt terrã, & delectabunt in multitudine pacis. H
etiam virtus specialem à deo gratiam ac familiaritatem s
tur, imò & sublimationẽ ac beatitudinis altitudinẽ, prou
E tur in Psalmo. Quia beneplacitum est domino in populo
& exaltauit mansuetos in salutem. Facit quoq; hominẽ p
ximis suis vehementer amabilem, sicut Ecclesiasticus scri
Fili, in mãsuetudine opera tua perfice, & super hominũ gl
riã diligeris. Hinc Iacobus ait in sua Canonica, Quis sapi
& disciplinatus inter vos ostendat ex bona cõuersatione
perationẽ suam in mansuetudine sapientiæ. Vnde Diony
in Epistola ad Demophilum monachum asserit, Ideo Mo
Ioseph & Dauid, maximã apud deum gratiam inuenisse, q
niam mansueti fuerunt. ¶ Consequenter ponitur proport
natum præmium beatitudinis huius, *Quoniam ipsi possidebu*
in præsenti vita *Terram* proprij corporis, id est, carnem
habebunt rationis imperio subditam, compositam, gubern
F tam. Cum enim radio diuinæ sapientiæ doceãtur, seipsos g
bernant in omnibus, in futuro autem possidebunt terrã,
est, firmam & stabilem mansionem paradisi cœlestis, de q
Propheta, Credo videre bona domini in terra viuẽtium.
Placebo domino in regione viuorum. De qua in Esaia hab
tur. Si glorificaueris dominum dum non inuenitur volunt
Psal.28. tua, sustollam te super altitudinem terræ, dicit dominus. H
est correspondens præmium mitium, vtpote ne æstimem
in futuro mites sic posse repelli à terra cœlesti, per inuisib
les hostes, quomodo nunc frequẽter expelluntur à terra el
mentari ac hereditaria per hostes visibiles. ¶ Conuenient
præterea ponitur mititas post paupertatem spiritus. Primo
quoniã humiles & inopes faciliter contemnuntur, iniuriar
tur, &

tur, & multas penurias, atq; incommoda sentiunt: idcirco in A
primis maximè indigent mitit ate, ne ad iram, vel impatien-
tiam concitẽtur. Secundo, quoniam humiles ac pauperes ma
xime dispositi sunt ad mansuetudinem obseruandum, sicut
superbi & cupidi ad iracundiam proni sunt: iuxta illud, Vbi
fuerit superbia, ibi & contumelia: vbi autem humilitas, ibi &
sapientia. Sequitur beatitudo tertia. *Beati qui lugent*, Pro-
pria vel proximorum peccata defluendo, & ad patriam suspi-
rando, vel Christo passo ac crucifixo compatiendo cordiali-
ter. Sic luxit qui ait, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, Psal.114.
quia non custodierunt legem tuam. Sic Samuel luxit Saulẽ, 2.Reg.19.
Hieremias Hierusalem, Daniel populi sui captiuitatem. Sic Hiere. 12.
ex desiderio patriæ luxit Apostolus, dicens: Infœlix ego ho- Daniel. 10
mo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Psalmi- B
sta, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum di- Rom.7.
citur mihi quotidie, vbi est deus tuus. Et denuo, Hei mihi Psal.41.
quia incolatus meus prolongatus est. Hic luctus omnem car Psal.119.
nalem delectationem gustus & tactus, omnem inanem glo- Psal.70.
riationem in verbis, factis, & ludis abscindit: quemadmodum
scriptum est, Renuit consolari anima mea. Et Ecclesiastes, Eccl.2.
Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, cur frustra decipe-
ris? Videtur quoque hic luctus esse actus pœnitẽtiæ, vel cha-
ritatis fraternæ siue diuinæ, secundũ quod diuersæ sunt cau-
sæ ac species luctus. Aliqui verò infeliciter lugent propter
damna temporalia. Præmium luctus est, *Quoniam ipsi conso-*
labuntur per internam diuinæ visitationis dulcedinem, si-
cut testatur Propheta, Secundum multitudinem dolorum C
meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt ani
mam meam. Consolantur autem in præsenti inchoatiuè &
aliqualiter, in patria verò complete atque totaliter. Si enim
compatimur & conglorificabitur. Pio etenim luctui sæpe
misceetur, & penè semper eum concomitatur consolatio spi-
ritus sancti, secundum illud, Domine post tempestatem tran
quillum facis. & post fletum exultationem infundis. Verè e- Psal.93.
nim & copiosè meretur gustare quàm dulcis est dominus, ita
vt cum admiratione exclamet, Quàm magna multitudo dul
cedinis tuæ domine. Qui hunc sanctum luctum assumit, om-
nia vana oblectamenta aspernatur, dicẽs cum Salomone, Me
lius est ire ad domũ luctus, quàm ad domũ conuiuij. ¶ Con-
uenienter autem ordinatur beatitudo luctus tertio loco, quia
post

Universidad de Deusto Biblioteca

D post exteriorũ abnegationẽ, & adeptã animę mansuetudi-
aptus est homo ad considerationẽ eorum, quæ præinduct-
pariunt luctum. Sequitur quarta beatitudo, *Beati qui esu-*
& sitiunt iustitiam, id est, tam ardenti affectu appetunt in o-
nibus iustitiam obseruari, vt deus honoretur in omnibus, s-
cut famelicus appetit cibum & potum corporalem. Itaq-
esurire & sitire iustitiã, quæ est virtus generalis, de qua nu-
sermo, est vehementer optare vt omnes deo obediant, &
ipse q̃ alij in bona vita proficiant, vnicuique quod suum
conferatur. De tali siti loquitur Esaias, Omnes sitientes, v-
nite ad aquas. Et Christus apud Ioannem, Si quis sitit, v-
niat ad me. Hac fame & siti laborant homines religiosi,
E toto conatu studeant quotidie in gratia crescere, de virtute
virtutẽ ꝓcedere, & deo semper cũ ampliori reuerẽtia de-
uire, secundũ quod ait Apostolus, Ego nõ arbitror me app-
hendisse, vnũ autẽ quæ quidẽ priora sunt obliuiscens, in a-
riora autem extendens meipsum, ad destinatũ sequor. N-
mo autẽ tantũ proficit quantũ desiderat, quatenus hoc ip-
Luc. 17. quod agit pro nihilo reputet, seque humiliet, & iustitiam
surire nullo cesset in tẽpore. Cũ enim fecerimus omnia q-
præcepta sunt nobis, dicere debemus, Serui inutiles sum-
quod debuimus facere fecimus. Magna perfectio est ista
ries quæ peccata consumit quẽadmodũ ignis deuorat stip-
lam, cuius præmium subditur, *Quoniam ipsi* (sic esurientes
saturabuntur. Nunc enim aliqualiter saturantur pane sacra-
mentali, de quo ait Saluator, Caro mea verè est cibus, &
F guis meus verè est potus. Pane quoq; obedientiæ, de quo
Ioannes, Meus cibus est vt faciam voluntatem patris me-
Augetur enim in eis gratia dei quotidie, quia quo aliquis
magis præparat gratiæ, eo copiosius eam sortitur. In futur-
autem saturabuntur plenissimè in intellectu atque affec-
quia tam clarè deum videbunt, possidebunt ac diligent, sic
optabunt, eumque habendo obtinebunt quicquid optau-
Psal. 38. rint. Propter quod dicit Psalmista, Adimplebis me lætit-
cum vultu tuo. Et, Satiabor cũ apparuerit gloria tua. ¶ P-
rò iste esuries, & sitis sequitur luctum prædictum: quia d-
homo imperfectum suum conspicit, aliorum peccata perp-
dit, ad futuram fœlicitatem suspirat, aliud non exquirit u-
si vt purgetur à culpa, tam ipse quàm alij crescat in gratia,
patriæ appropinquet iugiter per feruida desideria. Be-
mis-

misericordes aliis compatiendo, subueniendo, ignoscendo, A
imò eorum miseriam quasi propriam æstimando ac releuan
do, corporales ac spirituales eleemosynas impartiẽdo: quo-
rum præmium est, *Quoniam ipsi misericordiam consequentur*,
id est, peccatorum remissionem, optatæ gratiæ infusionem,
atque diuinæ pietatis succursum in omnibus. Hoc est quod
dicit Psalmista, Beatus qui intelligit super egenum & paupe
rem, in die mala liberabit eum dominus. Ideo Salomon di-
cit, Per fidem & misericordiam purgantur peccata. Et qui
pronus est ad misericordiam, bene dicetur. Tobias quoque
instruens filium suum, sic eum hortatur, Quomodo potueris
ita esto misericors, & ne auertas faciẽ tuam ab vllo paupere
Ita enim fiet vt nec auerratur à te facies domini. Planè misc
ricordes ritè censendi sunt, qui implent illud Apostoli, Quis B
infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego
non vror? Et rursus, Alter alterius onera portate. Hinc ad-
monet Ephesios, Estote inuicẽ benigni, misericordes, donan
tes inuicẽ, sicut & deꝰ in Christo donauit vobis. Hac virtute
deo assimilamur, cui proprium est misereri & parcere. *Beati*
mundo corde, hoc est, puri intellectu, & synceri in voluntate,
ita quod cõscientiã peccati non habent, nec aliqua intentio-
ne obliqua fœdantur, sed contemplationi ac dilectioni dei
altissimi cœlestiumque honorum vacant sine permixtione
erroris, & absque occursu passionis animam obtenebrantis.
Ad hanc cordis munditiam disponunt virtutes morales. ap-
petitum sensitiuum à passionum inordinatione purificantes,
& cæteræ virtutes intellectuales, naturales, atque iustitia, C
quæ est virtus specialis moralis. Omnia enim hæc ordinan-
tur ad hoc, vt intellectus dono sapientiæ supernaturalis su-
pernaturaliter illustretur. Donis quoque intellectus scien-
tiæ & consilij. Et vt voluntas diuina charitate feruescat, do-
nisque tribus, scilicet fortitudine, timore & pietate perficia
tur quibus peractis, potens est anima stabiliter syncerè & af
fectuosè deo vacare, cõtemplando ac diligendo, sicque mun
ditia cordis essentialiter est ardẽs contemplatio dei, seu con
templatiua eius dilectio. Ad hanc cordis mũditiam perduci-
tur homo triplici via, seu triplici actione: hierarchica (vtpo-
te purgatiua) qua mundantur à culpa: Illuminatiua, qua di-
uinitus illustratur. Fitq; sedes sapientiæ & vnitiua seu per-
fectiua, qua charitate accensus deo cõiungitur. Cũ ergo pu-
ritas

D ritas cordis sit finis omnium exercitiorũ nostrorum, ac summa præsentis vite perfectio, debemus incessabiliter eam intendere, ad eam suspirare, ad eius considerationem intellectum reducere, totiesq; dolere ac respicere, quoties sentimus ab eo corruisse, recessisse, vel elongationem aliquam incurrisse. Propter quod Salomon monet, Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Et Moyses, Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè. Nec obliuiscaris verborum domini, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Hoc deo iuuante facere possumus, si diuini vultus præsentiam atq; iudicium sapienter pensemus, dicentes cum sancto Helia, Viuit dominus, in cuius cõspectu sto hodie. Et
3.Reg.17. cum Psalmista, Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Talis erat sanctus Iob, dicens, Nónne deus considerat
4.Reg.1. E vias meas, & omnes egressus meos dinumerat? Nec solũ passiones & vitia magna: sed & cogitationes superfluæ, & distra-
Psal.18. Iob.32. Eccl.19. ctiones inanes cordis tollunt, aut minuunt puritatem, quia verissimè ait scriptura, qui negligit modica, Paulatim decidit. Oportet ergo omnem animi euagationem & cogitationem inutilem deuitare atque ad sortiendam cordis puritatem infatigabiliter vigilare, laborare, & exorare. *Quoniam ipsi deum videbunt* facie ad faciem, id est clare per speciem quæ visio beatifica correspondet munditiæ cordis. Sequitur beatitudo septima, *Beati pacifici*, hoc est, internæ pacis, fraternæ concordiæ communisq; vnanimitatis amatores, sectatores, & operatores: qui primo in seipsis pacem habere conan-
F tur, vt appetitus inferior superiori obediat. sensualitas rationi, & caro spiritui, & ipse totus homo obediat deo. ¶ Deinde cum aliis satagunt pacem habere, & discordantes reconciliare, omnesq; ad vnanimitatem quãdam reducere, quemadmodum in primitiua ecclesia, Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Sic enim deus habitare facit vnius moris in domo. De qua habitatione concordi atque fraterna cantamus, Ecce q̃ bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum. Hæc pax ex charitate procedit: iuxta illud
Actu.4. Psalmistæ, Pax multa diligentibus legem tuam. Et per iustitiã custoditur, sicut Esaias fatetur, Et erit opus iustitiæ pax, de qua pace dicit Saluator, Pacem meam do vobis, non quomodo mũdus dat, ego do vobis. Itemq; Apostolus, Pax Christi quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra. Quod enim

enim pax ista appetenda sit, præcipue omni Christiano, con A
stat ex hoc q̃ Christus discipulos salutãdo dicere consueuit, Pax vobis, eisq; præcepit, In quamcunq; domum intraueritis, primũ dicite, Pax huic domui. Idcirco ad hanc beatitudinem sæpe nos hortatur Apostolus, vt cum ait Ephesiis, Solicite seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis, Et alibi, Si fieri (inquit) potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Præmium autem pacificorum subiungitur. *Quoniã filii dei vocabuntur*, hoc est, adoptiui, & digni erũt vocari filij dei in præsenti seculo, & in futuro potissimum. Homines nanque filij dei vocãtur propter aliquam assimilationem cum eo, Hoc autem maxime conuenit deo, amare & facere pacem, secundum illud Apostoli, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et de Christo ait, Ipse enim est B
pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Pacifici ergo sunt similes deo, qui cum Psalmista dicere possunt, Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Veruntamen sicut dicit Chrysostomus. Multi, sunt qui alios libenter reconciliant, & ipsi inimi- 2.Cor.2.
cis suis nunquam ex corde reconciliantur. Hi tales, illusores Ephes.2.
sunt pacis, non amatores. ¶ Octaua demùm beatitudo subiungitur, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*, Psal.118.
hoc est, propter veritatem doctrinæ, propter veritatem vitæ, vel propter veritatem iustitiæ, scilicet propter fidem, bonam conuersationem, vel æquitatis, & iuris defensionem, & hoc ex amore dei, ad eius honorem & gloriam. Veritas enim & æquitas pariunt odium. Qui igitur propter nullam aduer- C
sitatem & persecutionem relinquit viam iustitiæ, ille beatus est, dicens cum sancto Iob, Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea, & iustificationem quam cœpi non deseram Iob.37.
¶ Multi autem propter suos excessus castigantur, qui volentes seipsos excusare, & quasi beatificare, conuenienter allegant istam scripturam, dicentes, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: cum ipsi condignam luant discipliam propter suam malitiam. Veruntamen si quis excessit, & pœnam sibi inflictam pro culpa sua æquanimiter tolerat, & etiam ipse quodammodo beatus esse videtur, Quanuis enim nõ patitur propter iustitiam suam, tanquam propter causam alios ad persequendum mouentẽ, patitur tamen propter iustitiam, tanquam propter causam finalem, videlicet vt sua culpa per pœnam ordinetur, & dei iniuria vindicetur, amis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

D sáque gratia reparetur. Idcirco quicquid aduersitatis & pœnæ nobis acciderit, debemus propter nostra peccata patienter sufferre, reputantes hæc ipsa supplicia nostris flagitiis esse minora. Sed hoc multo minus est, quam propter iustitiam pati. Vnde Petrus inquit, Hæc est gratia, si propter conscientiã dei sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quæ enim gratia, si peccantes & colaphizati suffertis? Si autem bene facientes sustinetis, hæc est gratia apud deum. In hoc vocati estis. ¶ Insuper taliter patientium præmium subditur, *Quoniam ipsorum est regnum cœlorum*, id est, æternam victoriam consequentur. Oppressis enim atque afflictis, maxime conuenit gloria regni, consolatio quæ cœlestis. Hoc præmium octauæ & vltimæ beatitudinis, primæ quoque beatitudini est promissum, cum dicitur, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Cõsiderando nempe in regno celesti sublimentum & opulentiam vniuersorum bonorum, ponitur præmiũ paupertatis. Considerando autem in eo plenitudinem gaudiorum, sic ponitur præmiũ patientium & afflictorum propter iustitiam. Prædictarum autẽ beatitudinum præmia vnũ & idẽ sunt, vel essentialiter vel reductiue. Quid enim est regnum cœlorum, nisi possessio tetræ viuentium? Et quid est consolatio patriæ, nisi prædicta possessio, vel aliquid consequens eam? Similiter saturari & deum videre idẽ existunt. Huius vltimæ beatitudinis ad martyres maximè pertinentis, omnes electi participes sunt, prout testatur Apostolus. Quia omnes qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur. ¶ Consequenter Saluator quasi exponendo beatitudinem vltimam. *Beati estis cum maledixerint*, id est, malum de vobis dixerint *Homines* secundum modum qui subditur, scilicet propter Christum. Et *persecuti vos fuerint*, mala inferendo, vel de loco ad locum fugando, Et *dixerint omne malum aduersum vos* varia crimina vobis imponendo non veraciter, sed *Mentientes*, id est, mendaciter vos accusantes *Propter me*, id est, omnia mala hæc vobis inferentes ob id, quoniam mihi adhæretis ac ministratis, videlicet propter iustitiam vestram. *Gaudete* interius cordialiter delectando in istis aduersis, quemadmodũ dicit Apostolus, Gloriamur in tribulationibus Et *exultate*, id est, ex plenitudine interioris iucunditatis signa lætitiæ foris ostendite iuxta illud, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.

2. Tim. 3.

Hoc e

Hoc est, quod in Iacobo docetur, Omne gaudiũ existimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis. Hæc enim sunt magna beneficia dei, sicut affirmat Apostolus, dicens, Vobis datum est pro Christo, non solum vt credatis in eum, sed etiam vt patiamini pro illo. Et Petrus, Si exprobramini (inquit) in nomine Christi, beati. Hinc ait saluator, In mundo pressuram habebitis, sed confidite quia ego vici mundũ. *Quoniã merces vestra copiosa est in cœlis* Hæc est vna ratio gloriandi in aduersis, magnitudo remunerationis, quia testante Apostolo, Id quod in præsenti est momentaneũ, & leue tribulationis nostræ supra modũ in sublimitatẽ æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde saluator ait discipulis suis. Vos nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Cum ergo non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriã, debemus in omni tribulatione cordialiter exultare. Gaudendum quoq; est in istis aduersis propter alias causas. Videlicet quia p eas Christo passo assimilamur, deum veneramur, & sanctis hominibus conformamur, ideo subditur, *Sic enim*, hoc est, etiam ideo in aduersis & persecutionibus istis gaudete, *Persecuti sunt* Iudæi *Prophetas, qui fuerunt ante vos* videlicet Esaiam, Hieremiam, & cæteros propter quod Stephanus ait, Quem prophetarũ nõ sunt persecuti patres vestri. Ex hoc patet, verba ista specialiter dici ad Apostolos cæteroſq; discipulos. ¶ Circa præinducta magna oritur quæstio, an sermo præsens, quem hoc loco describit Matthæus, sit idem cũ sermone qui in Luca describitur, Ad hoc quidã dixerunt, quod imò, quia vterq; sermo idem habet principium, eũdemque finẽ, & in multis intermediis coincidit. Alii tenent oppositum. Primò quoniam secundum Matthæũ Christus prædicauit in monte: secundũ Lucam autẽ descendit de monte, & prædicauit in loco campestri, secundo quia secundum Matth. prædicauit sedendo, secundum Lucam stando. Tertio, quia secundũ Mattheũ docuit octo beatitudines, secundũ Lucã quatuor quarto, quinta Lucas multa omittit quæ ponit Matthæus. Quid horum sit verius ignoratur: vtriusq; tamen opinionis rationes satis faciliter soluerentur. Primam namq; opinionem tenẽdo diceretur, quod Christus primo cum discipulis montem ascendit, ibique electione Apostolorum facta, & prædicatione in-

Lucæ. 6.

Fij cepta

Universidad de Deusto
Biblioteca

D cepta descendit vsus pedem mortis, & ibi stans docuit di-
scipulos, & populum simul, & si mons ille fuit in campo, ut
vtiq; stádo circa montis ascésum, stetit in loco cāpestri. Nec
obstat quod multa omittit Lucas, quæ ponit Matthæus sicut
in oratione dominica Matthæus ponit septé petitiones, Lu-
cas quinq; duntaxat, vterq; tamé eorum eandem orationem
discribit. Sciens enim vnus Euangelista, aliquid ab alio pla-
nè digestū, minus prosequitur illud. Qui verò secundā op-
nionem tuetur, dicere potest, q̄ nō sit inconueniés, diuersos
sermones eodé modo inchoari ac terminari, atq; in multis
cōmunicare. Hæc secūda opinio verior existimat à quibus-
dā, videlicet quod fuerint diuersi sermones, sicut patescit di-
ligenter conspicienti vtriusq; sermonis descriptionem.

E ¶ Prosecutio expositionis præsentis capituli ab eo lo-
co quo dicitur, *Vos estis sal terræ, &c,*

ARTICVLVS X.

Vanuis sermo iste ad turbas factus dicatur, ad Apo-
Q stolos tamen præsertim directus est. In principio
enim huius cap. dicebatur, Accesserūt ad eū discipu-
Lucæ. 6. puli eius, & aperiens os suum docebat eos. Lucas etiā dicit,
Eleuatis oculis in discipulos suos, dixit, &c. Eosdé ergo ap-
alloquens, docet, quales debeāt esse. tam ipsi quàm eorū suc-
cessores, videlicet omnes prælati, *Vos estis sal terræ*, id est
condimentū hominū in terra viuétium, quia per discretio-
nem & exemplaré conuersationé vestram corda aliorum ad
diri seu dirigi debent, vt saporé habeant operū virtuosorum
F & vt præseruétur à putredine vitiorum, quemadmodum sal
confert cibo saporé, & à putrefactione cōseruationem, ita
sal ergo notat discretio, quæ in omni opere necessaria est.
propter quod in Leuitico dicit, Quicquid obtuleris sacrifi-
sale condies, in omni oblatione offeres sal. Vnde ait Salua-
tor, Habete in vobis sal. Et quia exempla superiorum mag-
mè dirigunt, & conseruant animas subditorū, conuenienter
per sal designatur conuersatio exemplaris. *Quod si sal euā-*
nuerit, hod est corruptum fuerit, & suum vigorem perdide-
rit, *In quo salietur*, id est, quid illo condiri poterit? Nihil vi-
que. Tunc enim potius inficit cibum quàm prosit, ideo sub-
ditur, Ad *nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras*. Hoc est
nitus effundatur, ne locum in domo inutiliter occupet, vel
per errorem cibo immissum, ipsum corrumpat, Et *conculcetur*

tur ab hominibus in via vbi effusum est sal pergētibus. Per hoc A
insinuatur, quod prælatus indiscretus vel inexemplariter vi-
uens, non condit, nec dirigit corda subditorum, nec potest
eis prodesse, sed potius obest: idcirco prælatione indignus
est, & ab ea auelli meretur, ac humiliari, atque subesse. Pro-
pterea Paulus admonet Timothæum, imò & omnem præla-
tum, Esto exemplum fidelium in verbo, in conuersatione, in
charitate, hoc enim faciens, teipsum saluū facies, & eos qui
te audiūtt. ¶ Consequenter Christus cōparat eos luci, *Vos*
estis lux mundi, hoc est, doctores hominum in mundo degen-
tium, quoniam mētes aliorum illustrare debetis radio sapien-
tiæ atque sciētiæ, docendo eos quid credendum, quid speran-
dum, quid diligendum, quomodo discernere debeant inter
bonum & malum, inter verum & falsum, inter pretiosum &
vile. De talibus prælatis dominus loquitur, Dabo vobis pa-
stores iuxta cor meum, & pascent vos sciētia & doctrina. Ex B
his constat, quòd pastor aliorum debeat esse actione præci-
puus, & cōtēplatione sublimis. imò in vtraq; vita perfectus
vt valeat gregem sibi commissum ad instar cœlestis hierar-
chiæ purgare, illuminare & perficere. Sed heu multi iā, alio-
rum curam suscipiunt, in quibus non est aqua sapiētiæ salu-
taris. nec panis sanctę conuersationis, qui si seipsos diligen-
ter attenderent, puto quòd dicerent, non sum medicus, & in
domo mea non est panis. Nolite me cōstituere principé po-
puli. De talibus loquitur Esais, Speculatores cæci, canes mu- Ioan. 1.
ti, non valentes latrare, videns vana & dormientes. ¶ Sed
cum de Ioanne (quo maior inter natos mulierum non surre-
xit) legatur, Non erat ille lux, quomodo Apostoli appellan- C
tur lux mundi? Et respondendū quod Ioannes non erat lux
principalis & substantialis, sed ministerialis & participata.
Denique triplex est lux, videlicet lux illustrans nō illustrata
vt deus, & sic Christus secundum diuinā naturā lux erat, nō
Ioannes. Lux illustrans & illustrata, tales præsertim fue-
runt Ioannes & sancti Apostoli atque Prophetæ, Deinde
gloriosus Dionysius, aliiq̄ue doctores dicuntur lux illustra- Ephesi. 5.
ta non illustrans: sicut de pœnitētibus & cōuersis dicit Apo-
stolus, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domi-
no. Quod autem Apostoli & prælati debeant sapientiam si-
bi communicatam aliis publicè prædicare, eosq̄ue splendo-
re virtutum ædificare, ostendit Saluator per duo, quibus hi

D Comparantur,videlicet,per similitudinem ciuitatis altæ, & lucernæ accensæ. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita*,hoc est,in loco sublimi constructa,omnibus enim etiam à longindo apparet,Sic vos aliorum pastores seu Ecclesiæ prælatorum.qui estis fundati in Christo monte altissimo,de quo in Daniele asseritur,q̃ creuit in montẽ magnum,nõ debetis sapientiam vobis concessam abscondere neque latere. Scriptum est enim,Sapientia abscondita & thesaurus inuisus quæ vtilitas in vtroque? Deinde idem ostenditur per similitudinem lucernæ. *Neque accendunt homines lucernam,& ponunt eam sub modio*,hoc est,cum eam accenderint,non abscõdunt accensam communiter,nisi fortè ad tempus,vt opportuno tempore ponatur in publico,*Sed super candelabrum* ponũt eam,*Vt luceat omnibus qui in domo sunt* simili modo, E deus non illustrauit Apostolos tam copioso lumine sapientiæ,vt occultentur ac lateant,sed totum mundum luce veritatis perfundant:ideo subditur, *Sic luceat lux vestra*, hoc est virtuosa ac splendida conuersatio vestra *Coram hominibus*,id est,in eorum præsentia manifestetur,fiat ac pateat *Vt videant opera vestra bona,& glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est*, hoc est,ad hoc seu propter hunc finem opera bona coram alijs facite,vt pater vester cœlestis glorificetur, laudetur,& iustus esse noscatur ab illis,per vitæ vestræ sanctitatem. Deus nanque per seruos peruersos inhonoratur, per bonos laudantur, secundum quod Apostolus ait quibusdam,Per vos nomen domini blasphematur inter gentes. Et per Ezechielem ait dominus,Frequenter commaculastis no F men meum sanctum. Rursusque, Sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est per vos inter gentes. Gentiles nanque & perfidi si viderint Christianum in omnibus sanctè & irreprehensibiliter conuersantem, nonne ductum sunt,Vera & sancta est lex quæ talem instruit vitam,& sanctus dominus cui talis cõplacet vita. Si autem conspexerint Christianum scelerate agentem,nónne mox Christi legem derident,& talem esse dominum suspicantur quales sunt serui eius? Fideles verò & boni cum viderint quempiam honestè & sanctè viuentem,statim gratiam dei collaudant,deum in suo ministro atque effectu extollunt, eiusque misericordiam admirãtur,dicentes, Mirabilis deus in sanctis suis. Non ergo debemus bona coram aliis operari,vel proprias manifestare

Danie.2.

Eccles.21.

manifestare virtutes propter propriam laudem, sed ad dei A honorem,& etiam ad proximorum ædificationem. Soliquè deo debemus velle placere finaliter. Ideò enim dicit Saluator, Videte ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus Matth.6. vt videamini ab illis. ¶ Porrò,sciendum quòd operum bonorum quædam sunt communia,ad quæ communiter obligamur, nec alicuius singularis sanctitatis aut simulationis speciem habent:talia coram alijs fieri debent. Alia sunt opera singularis deuotionis,& gratię eminentis,ista itaque potius occultanda videntur,ne homo vltra modum ab alijs reputetur aut honoretur,& ne speciem simulationis incurrat, Aut singularis appareat. Vnde non debemus in manifesto pectus specialiter tundere,suspiria magna emittere,manus in cœlũ extendere:sed cum generali exterioris hominis apparatu es- B se contenti,interius verò semper ad præcipuam deuotionem anhelare. Et quoniam Christus noua documenta intulit mũdo,ne quis putaret suam doctrinam esse contrariam documẽtis Moysi & Prophetarum, subiecit, *Nolite putare quoniam* id est,quod *Veni soluere* hoc est,falsificare, reprobare, aut etiam destruere *Legem* Mosaicam, *Aut prophetas* diuinitus inspiratos:quorum aliqui fuerunt Gentiles,& ante legẽ, vt Iob,Enoch, *Non veni soluere* illa *Sed Adimplere*. ¶ Legem Christus impleuit,secundum duplicem sensum. Primo, quia quod lex iussit fecit. Factus est enim sub lege,vt eos qui sub lege erãt,redimeret,secundũ Apostolũ. Etenim secũdum legem est circunciſus,in templo oblatus. Secundo,quoniam C quod legi defuit,perficiendo suppleuit,præceptis legis euangelica cõsilia adijciẽdo. Similiter Christus impleuit prophetas,quia quod illi de eius incarnatione,doctrina, conuersatione,prodigijs,passione,resurrectione,& ascensione prædixerunt,verificauit,& actu cõpleuit,cætera quoque in die iudicij adimplebit. Propter quod ait, Necesse est impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & ꝓphetis & psalmis de me. ¶ Deniq; præcepta legis fuerũt triplicia,scilicet moralia,vt pote præcepta decalogi,Hęc Christus impleuit,secũdũ quod ait,Si vis ingredi ad vitã,serua mãdata. Alia erãt cærimonialia,vt circũcisio,discretio ciborũ,esus agni paschalis,&c. quę certum est Christum obseruasse. Cum enim de Iohanne Baptista prædixerit angelus,Vinum & syceram nõ bibet. Et Pe Lucæ.1. trus post resurrectionem Christi testatus sit, quia nunquam

D comedi omne immundum & commune: constat quod Christus quoque seruauerit discretionem in cibis. Tertia lex præcepta erant iudicialia, & hæc Christus interdum misericorditer relaxauit, tanquam legislator præcipuus. Interdum vero probabile est eum talia obseruasse. ¶ Sed videtur contrarium: nam præcepit sanato, vt tolleret lectum suũ in sabbato, sabbato quoque fecit lutum quo oculos cæci nati linuit. Propter quod Iudæi dixerunt, Non est hic homo à deo qui sabbatum non custodit. Respondendum, quod opera corporalia quæ directè ordinabantur ad dei honorem, licebant in sabbato, sicut ornare templum, offerre sacrificium. Quod autem iussit sanato ferre lectum in sabbato, fuit ad declarationem facti miraculi, in quo diuina virtus resplenduit. Simili modo fecit lutum ad exhibendum miraculum, in quo omnipotentia dei fuit ostensa. Iudæi verò malè intellexerunt præceptum de honoratione sabbati, multisq; alijs, sicut infe-
Lucæ.16. rius eluceſcet. Quod igitur Christus impleuit hęc omnia manifestat, subdendo, *Amen quippe dico vobis, donec* (i. quousq;) *transeat cœlum & terra* id est, vsque ad finem seculi, in quo cœlum & terra transibunt, & peribunt, seu esse cessabũt, quantum ad esse accidentale, non quantum ad esse substantiale, hoc est, quo ad qualitatem, situm, motum, & influẽtiam, non quo ad eorum substantiam: tunc enim mutabuntur in melius, nec habebunt motum: & influentiam vt modo. *Iota vnũ* hoc est, minimum verbum seu minima litera, *Aut vnus apex* hoc est, minima particula, *Non præteribit à lege* id est, non re-
F manebit non adimpletum, sed erit sicut lex asserit *Donec omnia* in lege contenta, *Fiant* seu impleantur. Per hoc autem quod dicit, donec transeat cœlum & terra, iota vnum, &c. non datur intelligi, quod postmodũ iota prætereat, sed per hoc quod ait interim non præterire iota vnũ, insinuat, quod nunquam aliquid ibit incassum, nec erit mendosum, quod continetur in lege. Nam & figuræ atque mysteria legis ac prophetarum in Euangelio adimplentur. Iota propriè est minima litera Hebraica. Apex verò iam sumitur pro particula literæ in summitate literæ posita, ad discernendum. ¶ Insuper docet Saluator in tantum oportere impleri & obseruari omnia verba legis vt nec minimum eius præceptum posset omitti sine damnationis periculo. *Qui ergo* hoc est, cum necesse sit omnia illa impleri, idcirco qui *Soluerit*. i. transgressus fuerit. *Vnum de mandatis istis minimis* in lege contentis, quæ A significauit per iota & apicem, & quæ statim dicturus sum, videlicet, Non occides, non mœchaberis, non peierabis, quæ licet pertineant ad præcepta decalogi, tamen minima appellantur, quoniam parui meriti, (comparatiuè loquendo) est ea implere, pertinentque ad imperfectos, rudes, & incipientes. Exod.20. Vnde secundum Augustinum inchoant hominem, faciunt enim declinare à malo, Qui igitur soluerit vnum de mandatis his minimis, Et *docuerit sic homines* id est, malè & inobedienter viuendo prædicauerit alijs, minimus vocabitur, id est, infimus erit, & dicetur, quantum ad bona gratiæ gratum facientis, quanuis interdum sit magnus prælatus, *In regno cœlorum* id est, in ecclesia militante, de qua dicit Apostolus, loquens de suis discipulis. Hi soli sunt adiutores mei in re- B gno dei. Talis nanque non est in statu salutis & gratiæ, quia 1.Cor.3. præuaricando præceptum, peccat mortaliter, docendo quoque alios, quod ipse non facit. imò cuius contrarium facit, grauius peccat, & deo acceptus nõ est. Peccatori enim dixit Psal.49. deus, Quare tu enarras iustitias meas? Propterea itaque minimus iudicatur à sanctis & sapientibus viris, quoniam sola fide ad corpus ecclesiæ pertinet, non per charitatem & opera. *Qui autem fecerit & docuerit* non adiecit vnum de mandatis istis minimis, sed absolutè affirmat, *Qui autem fecerit, & docuerit*, id est, qui diuina præcepta seruauerit, & taliter conuersando verè instruxerit alios, *Hic magnus vocabitur* id est, magni meriti erit, *In regno cœlorum* prædicto, imò & in futuro. Nihil enim diuinius secundum Dionysium, quam C deo cooperari in reductione animarum ad suæ beatitudinis fontem. Hinc in Danie. legitur, Qui multos erudiunt ad iustitiam, quasi stellæ fulgebũt in perpetuas æternitates. Quod verò non sufficiat docere, nisi adsit custodia præceptorum, adiecit Saluator, *Dico enim vobis* discipulis meis, *Quia nisi abundauerit iustitia* id est, bona conuersatio *Vestra plus quam* abundat iustitia *Scribarum & Pharisæorum* hoc est, nisi maior fuerit iustitia vestra quàm illa, *Non intrabitis in regnum cœlorum* id est, in patriam beatorum. Quod triplicitèr accipi potest. Primò, quoniam Scribæ & Pharisæi veraciter docuerunt, sed opera non correspondent doctrinæ, prout infra habetur. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, omnia quæcunque dicunt, facite, secundum opera

D opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. Secundo, quoniam scribarum & pharisæorum iustitia fu
seruare præcepta minima secundum superficialem intelle
ctum eorum, videlicet, non occidere, non mœchari, vitand
duntaxat opera exteriora nepharia, non desideria praua. P
talia quippe præcepta putabant prohiberi opera, non affe
ctum, secundum quòd verba sonant. Talis autem iustitia no
sufficit ad salutem, Huic sensui concordant sequentia, sic
patebit. Tertiò accipi potest, quasi dictum ad Apostolos,
prælatos, ac eos qui ex speciali vocatione, professione, se
gradu ad perfectionem tenentur. ideo eorum non est cib
communia languere, quia nec sufficit eis, sed oportet vt v
tam aliorum alia puritate transcendant. Itaque quòd no
E sufficiat iustitia scribarum ac pharisæorum, subiungitur. A
distis quia dictum id est, præceptū à deo. per Moysen *Est an
tiquis* hoc est, populo Iudæorum egrediẽtium de Aegypto
Non occides. Qui autem occiderit hominem prætermisso or
dine iuris, *Reus erit iudicio* damnationis, id est, morte
corporalem meretur, & item æternā. *Ego autem dico vobis*
id est, non solum occidi prohibeo, sed dico, *Quia omnis qu
irascitur fratri suo* ira inordinata, rationem obfuscāte, *Reus
erit iudicio* id est, accusatione coram diuina iustitia, hoc est
Leuit.15. est, tantum dicere, Ego legem non soluo, sed impleo, expo
no, atq; perficio, & ad perfectā ac sufficientem iustitiā docen
ac perduco. In lege enim aperte prohibetur homicidiū cum
dicitur, Non occides, sed lex non exponit perfectè quomo
F do intelligendum sit illud præceptum. Propterea ego ve
rum intellectum illius pando præcepti: & dico, quod omn
qui irascitur, id est, vindictam desiderat, seu nocumentum
inferre proponit, reus est iudicio. Est ergo sciendum quod
aliqui Iudæorum per præcepta huiusmodi negatiua, quibus
Num. 25. dicitur, Non occides, non mœchaberis, non furaberis, æsti
mabant sola facta vetari, non autem cogitationes, & affe
ctiones, vnde putabant eas nō esse peccata, nisi in opus pro
cederent. Hunc errorem aufert Saluator; insinuans non so
lum facta, sed etiam motus interiores & verba peruersa esse
damnatione condigna. Obseruatio autem præceptorum de
calogi fuit semper ad salutem sufficiēs. Si ergo sola facta im
pia prohiberentur, nemo propter desideria praua, cogitatio
nes, & animi motus damnaretur, cuius oppositum nūc docet
Salua

Saluator, imò ex lege & prophetis patet oppositum. Scriptū A
enim est, Væ qui cogitatis inutile. Et, Malum vir fratri suo
non cogitet in corde suo. Imò per Hieremiam dominus sæ
pissimè ait. Reuertimini à cogitationibus vestris pessimis.
Ita quoque in veteri testamento prohibetur. Vnde in Gene
si Iacob, Maledictus (inquit) furor, quia pertinax, & indigna
tio, quia dura. Et Ioseph ad fratres suos, Ne irascamini (ait)
in via. Vnde quod dictum est, *Audistis quia dictū est antiquis,
Non occides.* Quidam exponunt hoc modo, Audistis quia di
ctum est antiquis per modum interpretationis seu expositio
nis, Non occides, id est, præceptum de non occidendo inter
pretabantur de solo facto. *Ego autem* corrigẽdo huiusmo
di expositionem, *Dico vobis* quia omnis qui irascitur, &c. Exod.20.
Qui autẽ dixerit fratri suo id est, proximo. *Racha* id est, ver B
bum indignantis animi effuderit, tamen confusè & quasi in
generali, non certam vituperationem aut contumeliam infe
rens, sed affectum interioris commotionis per signum seu
verbum indignationis aperiens *Reus erit consilio* id est, tra
ctatu quo inuestigatur, qua pœna torquendus sit, quem con
stat esse damnandum, *Qui autem dixerit* proximo suo, *Fa
tue* id est, per commotionem iræ verbum contumeliosum,
manifestam vituperationem designans effuderit, *Reus erit
gehennæ ignis* id est, pœnæ infernalis. ¶ Ecce triplex gra
dus culpæ, cui correspondet triplex gradus reatus seu pœnæ.
Est enim ira latens in animo, quæ notatur, cum dicitur, Qui
irascitur: cuius pœna, est mereri iudicium. Et est ira prorum
pens in vocem indignationis & vituperationis in generali, C
quod grauius est primo: cuius pœna est, prolatio sententiæ
contra eum, quæ pœna grauior est quàm prima. Et est ira in
verbum contumeliosum procedens, quod est grauius primis
duobus. cuius pœna est, punitio ignis gehennæ, quæ prædi
ctis pœnis est grauior: ordinantur tamen & tendunt ad eam.
Loquitur ergo Saluator de ira prout est mortale peccatum,
videlicet prout est ex consensu cum affectu nocendi iniuste.
Dicere autem Racha ex tali ira, est grauius: dicere verò fa
tue, extat grauissimum. Secundum Hieronym. Racha est ver
bum Hebraicum, significans vacuum vel inane & idem dicit
Chrysostomus. Augustinus tamen testatur, q̃ sit vox non si
gnificans aliquid determinate, sed solum cõmoti cordis affe
ctū, cuiusmodi sunt interiectiões. Sed hoc facile cõcordatur,

quia

D quia secundum Chrysostomum quanuis significat vanum seu
inane. i. stultum, hic tamen accipitur secundum vsum loquen-
tium. s. Iudæorũ, secundũ quod quælibet prouincia habet a-
quod verbũ exprobratorium. ¶ Circa prædicta inquirit-
quando quomodo & qualiter ira sit peccatum. Quanuis a-
tem hæc quæstio cõmunis sit, habet tamen difficultatẽ pra-
cipuam, propter sanctorum atq; catholicorum doctorum e-
trariam (vt videtur) determinationẽ. Dicit enim præsenti
co Hierony. Definita sententia est, vt ira penitus tollatur.
enim iubemur verberanti alterã præbere maxillam, & in-
micos diligere, & pro sequentibus exorare, omnis iræ o-
casio tollitur, quoniã ira viri iustitiam dei non operatur. Sc
aliter sonant verba Chrysostomi dicentis hoc loco. Qui
E causa irascitur, reus non est. Nam si ira non fuerit, nec doc-
na proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur.
Iusta ergo ira mater est disciplinæ. Itaque non solum nõ p-
cat qui cum causa irascitur, sed econtra nisi iratus fuerit pe-
cat: quoniã patientia irrationabilis vitia seminat, negligen-
tiam nutrit, & non solum malos, sed etiam bonos inuitat
malũ: quia malus, quãuis incorreptus fuerit non emendat
bonus autem nisi correptus fuerit, perit: quia in corpore p-
ualet magis malũ q̃ bonum. Ad habendam autem huius qu-
stionis plenam notitiam, aduertendum, q̃ Stoici siue Plat-
nici dixerunt, passiones simpliciter esse malas atq; culpa-
les ac animæ morbos. Et horũ modum loquẽdi multi The-
logi sunt sequuti. Peripatetici autem dixerunt passiones e-
F quosdam motus naturales indifferẽtes, videlicet, nec bonos
nec malos moraliter ex sua ratione: sed fieri bonos, si per
tionem moderentur: & malos, si metam rationis excedant.
Horum ergo sententiam imitando, quam Augustinus & p-
steriores communiter imitantur. Dicendum, q̃ ira propri-
sumpta, secundum Damascenum, est desiderium vltionis
appetitus vindictæ propter iniuriam illatam seu culpam
terius. Hæc autem vindicta benè & malè optari potest &
erceri, videlicet secundum rationis censuram & ordinem
ris, & item modo opposito. ¶ Itaque ira ad rationem se h-
bet dupliciter, scilicet antecedenter, sicq; impedit actum r-
tionis, & dicitur ira per vitium. Secundo se habet ad ratio-
cõsequẽter, prout mouetur cõtra peccata secundũ rationis
ctamen, quæ dicitur ira per zelum, & est bona, & actus v-
tutis moralis, quæ appellatur vindicatiua, de qua ira dicit A
Gregorius, Tunc robustius ratio contra peccata erigitur, cũ
ira subdita rationi famulatur Et denuo, Cauendum summo-
pere est, ne ira quæ vt instrumentum virtutis assumitur, ra-
tioni dominetur, ne quasi domina præeat, sed tanquam ancil
la ad obsequium parata à tergo rationis numquam recedat.
q̃ Denique mod eramen seu ordo rationis circa iram pensa
tur dupliciter. Primò, quantum ad id in quod tẽdit ira, quod
est vindicta: quæ si quæratur propter correptionem peccan
tis, punitionem culpæ, seu conseruationem iustitiæ, erit ira
laudabilis & per zelum. Secundo, quantum ad modum ira-
scẽdi, videlicet, ne ira immoderatè feruescat, sic enim fieret
vitiosa, quanuis in finem laudabilem tenderet. Dicendũ er-
go secundum Thomam, quòd ira immoderata ex patre vin-
dictę optatę seu irrogatę, ex suo genere est mortalis, quoniã B
charitati contrariatur, quæ non irritatur, nec cogitat malũ:
contrariatur quoque iustitiæ, quia maiorem expetit vltionẽ
quàm culpa meretur, vel iustum est. potest tamen esse venia
lis propter paruitatem nocumẽti illati, vel propter imperfe
ctionem actus rationem præuenientis. Ira verò immoderata
intus vel foris in signis ex modo irascendi, non est genere
suo mortalis, nisi in tantum concrescat, vt faciat hominem
à charitate dei vel proximi sui excidere. quod cõtingit dum
impedit rationem ab eo quod tenetur. ¶ Denique præ-
ter prædictam acceptionem sumitur ira adhuc dupliciter,
quanuis improprie. Primò, pro sola commotione animi ex
imaginatione contrarij, quę non est graue peccatum. Secun C
do, pro motu voluntatis, pœnam iustè infligentis, & ita dici
tur esse in deo ac angelis. Eo autẽ modo quo ira laudabilis
est, defectus iræ est vitiosus. Doctores ergo qui iram dicunt
omnino vitandam atque culpabilem, accipi possunt de ira
rationem præueniente, & dicta per vitium, de qua exponen-
dæ sunt authoritates scripturæ, quæ iram vituperant. Alij ve
rò loquuntur de ira per zelum, quam bonam esse præsertim
hinc constat, quod de Christo scriptum est, Circunspiciens
eos cum ira, Hac ira motus est Phinees & Sampson. De ira
autem per vitium, Christi iam loquitur. ¶ Quæritur, quo-
modo dicens fratri suo fatue, mereatur gehennam, cum di-
cat apostolus, O insensati Galathæ. Et iterum, Tu insipiens
quod seminas, &c. Christus quoque ait discipulis. O stulti

D & tardi corde ad credendum. Dicendum, quòd cum verba
sint notæ & signa conceptionum animę, ex ipsa cordis inten-
tione & affectione consideratur culpa in verbis. Dum ergo
huiusmodi verba dicuntur non animo calumniandi seu con-
temnendi, sed instruendi, aut charitatiue corripiẽdi, non est
peccatum, Sicque Christus & eius apostolus sunt locuti. Ex
hac præinducta doctrina, infert Saluator, *Si ergo* id est, cum
non licet irasci fratri, vel dicere ei racha, aut fatue, idcirco
Offers munus tuum, id est, oblationem corporalem vel spi-
tualem quã das deo vel eius ministris: non quòd deus ea in-
geat, sed quoniam sponte hanc offers in signum, quòd om-
nia bona tua à deo receperis, secũdum quod Dauid testatur.
E Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, de-
dimus tibi, *Ad altare* materiale in templo. Vel, ad altare
spirituale in anima, quod est fides secundum Augustinũ, vel
charitas secundũ Gregorium. Nil enim acceptum est deo, ni-
si in fide & charitate agatur, & per eas deo exhibeatur, Et
ibi videlicet in loco & tempore oblationis, *Recordatus fueris*
quia frater id est, proximus, *Tuus habet aliquid* hoc est, iu-
stam querelam, *Aduersum te* propter iniuriam sibi à te il-
latam, hoc est, quia ei in aliquo malè fecisti. Si enim tu eum
offendisti, ipse habet aduersum te, non tu contra eum. Si ve-
rò ipse te offendit, habes aduersus eum, sed tunc sufficit vt
ignoscas ei sicut vis tibi à deo ignosci, nec oportet facere quæ
sequuntur. Quæ tamen si feceris, opus magnæ perfectionis
exhibes, maximamque mercedem acquiris. *Relinque ibi mu-*
F *nus ante altare*, id est, inchoatum obsequium seu oblationem
suspẽde vel intermitte actu aut proposito, quia nõ esset deo
acceptum, nisi quod subditur, feceris, *Et vade prius reconci-*
liari fratri tuo id est, placa & satisfac ei, veniam postulando,
& emendationem exhibendo, secundum exigentiam culpæ.
Obsequium enim nostrum deo non placet nisi ex charitate
nascatur, quam non habet, imò & contra iustitiam agit, qui
fratri à se læso non satagit reconciliari & satisfacere. Fundus
est autem pedibus corporis si commode fieri possit, videli-
cet si frater offensus non longe sit & haberi queat, alias eum
dũ est pedibus mẽtis, hoc est, desiderio atque proposito, quã-
tenus proponas & optes ei statim satisfacere: quod quia non
vales, intendas eum accedere & placare loco & tempore op-
portunis. In his quoque pẽsanda est mensura offensæ seu in-
iuriæ

iuriæ proximo irrogatæ: quæ quanto maior extiterit, tanto A
celerius ac laboriosius conandum est, vt reconcilietur offen
sus. Debemus verò interim munus ante altare relinquere, id
est, nõ facere opera bona nisi primo proponamus ire ad fra-
trem offensum, quod vtiq; propositũ exequi oportet statim
cum conuenienter fieri potuit. ¶ Porrò secundũ Chrysosto.
& Cassianum ad charitatis profectionem præcipuè pertinet,
vt etiam ille qui læsus est studeat aduersarium mitigare, non
solum dimittendo illatam iniuriam, sed blando sermone cor
eus placando, quatenus de cætero syncerũ ad se affectum re
terineat. Sic enim possum alterius quãuis iniuriatoris iracun
diam, inuidiam, peruersitatem sanare, eiusq; animã à morte
culpæ eripere. Primò accedẽdo ad eum, & pacem reformãdo
inter eum & me: & cum non facio hoc, non videor esse perfe B
ctus in charitate Christi, qui pro iniquorũ salute sanguinem
fudit. Nec proximi, quem possum à tanto liberare periculo
humiliando meipsum. Dicit ergo Chrysostomus. Ne dicas,
ille mihi nocuit, ille mihi satisfacere debet, nõ ego illi, si pro
gloria salutis tuæ iubet te dominus amicitias facere, tu po-
tius nocitus seu nocumentum perpessus, debes nocentem ro
gare vt duplicé gloriam consequaris. Vnam, quia nocitus es:
alteram, quia prior rogasti. Festina ergo inimicũ tuum præ-
uenire ad amicitias, ne forte te tardante ille perueniat ad ro
gandum, & rapiat de manibus tuis pietatis mercedem. Nam
si ille tibi nocuit & ille te rogat, infructuosa est amicitia tua
Quam enim iustitiam fecisti ante deum, si rogatus te placare C
ris? *Et tunc veniens*, id est localiter rediẽs, vel intentionẽ
tuam ad id quod cœperas, reuocans, *Offeres munus tuum*, id
est, inchoatum dei obsequium perficies & continuabis, spiri-
tualem vel corporalem hostiam immolando. Spirituales au-
tem hostiæ sunt deuota oratio, dei laudatio, cordis compun-
ctio, præceptorum impletio. Insuper infert Saluator aliud
documentum ex his quæ de ira inducta sunt. *Esto consen-*
tiens aduersario tuo cito, id est concordiam fac cum eo quem
læsisti velociter, quoniam periculum est in mora, eum igno-
res diem ac horam, *Dum es in via cum eo*, id est cum in vita
præsenti secum conuersaris, quæ vita est via ad patriam, pere
grinatio atque exilium, *Ne forte tradat te aduersarius iudici*,
id est ne læsus à te, faciat te reum coram Christo, sicque tra-

dat te

D dat te materialiter, quoniam est occasio & materia propter quam corã Christo culpabilis inueniris, iuxta quem modũ dracones, abissi, ignis, grando, & cætera inanimata & irrationabilia dicuntur deum laudare. Et *iudex tradat te ministro* Psal.148.
id est, Christus det te in manu diaboli, Et *in carcerem*, id est, lacum inferni mittaris, in æternum damnatus, quia non satisfeciſti offenso, *Amen dico tibi, non exies inde* videlicet de inferno quasi liberatus, quanuis in die iudicij omnes egressuri sint in inferno detenti, rursus grauius retrudendi in eũ. *Donec reddas nouissimum quadrantem*, id est, pro minima culpa satisfacias hoc est nunquam redimeris. quoniam in inferno nulla est satisfactio. Potest quoque per aduersarium intelligi sacra scriptura, mandatum seu lex, quæ nostris concupiscentiis & propriæ voluntati aduersatur, prohibendo quod E cupimus. Huic bono aduersario cõsentire debemus obediendo sacræ scripturæ dum sumus cum ea in via, id est, quandiu viuimus in seculo isto, in quo verba dei audimus, & locum merendi ac demerendi habemus. Ne fortè aduersarius iste tradat nos iudici, id est, testimonium proferat contra nos, reprobando scelera nostra in cõspectu diuino, Non autem possumus per aduersarium istum intelligere carnem aut dæmonem, quoniam nulli eorum consentire aut concordare debe-
Exod.20. mus. Deinde Saluator ostendit verum intellectum præcepti negatiui prohibentis mœchationem seu adulterium, vel illegitimum concubitum. *Audistis quia dictum est* id est, diuinitus iussum, *Antiquis*, Egredientibus ex Aegypto cum F Moyse. *Non mœchaberis. Ego autem dico vobis*, id est, non solum corporalem fornicationẽ prohibeo, quam Iudæi putabant duntaxat hoc prohiberi præcepto, non concupiscentiam interiorem: imò præceptum quod dicitur, Non concupisces vxorem proximi tui, exposuerunt de signis concupiscentiæ vt sunt amplexus & oscula: non de concupiscentia intus latente. Dico itaq; vobis, *Quoniã omnis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam*, id est, ad hoc & eo fine, vt concupiscentia fœminæ concitetur in eo, *Iam mœchatus est eam in corde suo.* id est, animo seu consensu cum eam fornicatus est, & ipse inordinatus cordis affectus facit eum reum ac si opere perpetrasset. Deus enim inspicit intima cordis. Concupiscentia itaque quæ est cum animi deliberatione atque consensu in delectationem vel opus, est mortale peccatũ. Quoniam

niam hoc non est solum titillare, sed consentire. Refrenandi A
sunt ergo sensus exteriores, maximè, visus, tactus, auditus, ne
mors intret animã per corporis sui fenestras. Testante quippe scriptura, Colloquium mulieris quasi ignis inardescit, &
in specie mulieris multi corruerunt. Propter quod ait beatus
Iob, Pepigi fœdus cum oculis, ne saltem cogitarem de virgi- Iob.5.
ne. Vnde secundum Gregorium, Non licet videri quod non
licet concupisci. *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue*
eum & proice abs te. Oculus dexter intelligi potest triplici-
ter. Primo, ipse oculus corporalis. Si ergo iste scandalizat, id
est, occasionem peccandi ingerit, & ad concupiscendum in-
ducit, *Erue eum* non essentialiter, sed quantum ad vsum: id
est, reprime eum ne intueatur illicita, quemadmodum in Ec- Eccl.9.
clesiastico legitur, Auerte oculos tuos à muliere compta. Et in psal- Psal.118.
mo, Auerte oculos meos ne videant vanitatem, Et *proiice abs* B
te, id est, separa eum à te, quantum ad vsum illicitum, non
quantum ad organum. Iuxta hunc sensum dicit Apostolus,
Mortificate membra vestra quę sunt super terram. Et ne hoc
male intelligeretur, adiecit, quasi exponẽs seipsum, fornicationem, immunditiam, &c. id est, vitia membrorum occidite
Secundo, per oculum intelligitur oculus cordis, videlicet intellectus seu consideratio curiosa, quæ abiicienda sunt modo
præfato cum scandalum pariũt. Tertio, per oculum dextrum
intelligitur quicunque proximus, seu quælibet res adeò charvt oculus, cuius occasione si ad ruinã peccati inducimur,
debemus eam vitare. Cauẽda est ergo familiaritas & contactus eius, cuius occasione scandalum patimur. *Expedit enim* C
tibi vt pereat, id est, prædicto modo eruatur ac proiiciatur à
te, *Vnum membrorum tuorum*, videlicet oculus dexter, præ
fertim dilectus. *Quam totum corpus tuum*, id est, caro tua in
die iudicij, *Proiiciatur in gehennam ignis.* Potest quoque per
corpus intelligi congeries operum, de qua infra dicetur, *Si*
fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit, Matth.6.
opera autem illorum sequuntur eos. Melius ergo est vnius
membri vitiosum actum abscindere, quàm totius corporis opera bona amittere & damnari. Et *si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam & proiice abs te.* Sicut de oculo. ita de
manu intelligi potest tripliciter, videlicet de manu corporali. de manu interiori, videlicet voluntate, & de quocunque
ita dilecto ac vtili, vt est manus dextera. Quodcunque ergo

Distorum scandalizauerit te, id est, occasionem peccandi inu-
lerit, *Abscinde* illud quantum ad actum, vsum atque affe-
ctum immoderatum, quatenus manus corporis à contactu
bidinoso, & opere malo cohibeas, volũtatẽ quoque à prau-
desiderio retrahas, proximorũ vtilitatem ac delectationem
propter bonum honestũ. i. animæ tuæ salutem & gratiam,
tes. Non enim potest vitare peccata, qui non vitat occasio-
nes peccandi. Præterea Christus corrigit Iudæorũ errorem
Matth. 19. Mar. 10. circa matrimonium. *Dictum est antiquis* per Moysen. *Qui-*
cunque dimiserit vxorem suam, id est, dimittere voluerit, *D-*
illi libellum repudii id est, causam repudiationis scribat &
E presentet, antequam eam dimittat. ¶ Libellus repudij
scriptura, continens causam cur vxor dimittitur. Præcep-
autem deus per Moysen, non vtique vxorem dimittere
quam in se bonum ac licitum, sed hoc præcepit, vt non dim-
teretur, nisi dato libello repudij. Sic enim scriptum est, Si
ceperit homo vxorem, & nõ inuenerit gratiam ante ocu-
eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repu-
quem dabit in manu illius, dimittetque eam. Iudæi verò
tabant dimissionem vxoris esse simpliciter bonam, iussam
licitam, ignorantes verba prædicta inteligenda esse per m-
dum permissionis, ne maius malum accideret, scilicet ne
dæi vxores suas odiosas occiderent, ad quod proni fuerun-
Per quem modum etiam permittebãtur dare ad vsuram e-
traneis: non autem per modum iussionis. Christus ergo
F rorem Iudæorum excludens, subiecit, *Ego autem dico vo-*
quia omnis qui dimiserit id est, à se expulerit, *Vxorem suam*
cepta fornicationis causa, corporalis vel spiritualis, videli-
idolatriæ, *Facit eam mœchari.* id est, dat occasionem ad-
terandi, ex quo patet quòd diuortium sit illicitum, & quo
illa toto tempore vitæ suæ maneat vxor prioris mariti si v-
xerit. *Et qui dimissam duxerit, adulterat*, quia alterius v-
vxorem sumit in coniugẽ, cognoscitque eam. Propter vtra-
autem fornicationem prædictam, videlicet adulterium, id-
latriam, licet relinquere coniugem seu maritum quantu-
ad cohabitationem, & debiti redditionem. Non tamen op-
tet nisi in casu. Sunt etiam varij casus, in quibus propter for-
nicationem corporalem non licet relinquere coniugem, se-
licet si mulier ab alio sub specie proprij viri sit cognita, vel
vir eam prostituit, vel ipse quoque adulter existat, &c. H-
ve-

verbis consonant dicta Apostoli ad Chorinthios. His qui in A
coniugio sunt præcipio nõ ego sed dominus, vxorem à viro
suo non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut
viro suo reconciliari, & vir vxorem nõ dimittat. De hac ma-
teria infra plenius dicetur, *Audistis, quia dictum est antiquis*,
per Moysem, *Non peierabis, reddes autem domino iuramenta*
tua, id est nec per idola, neque per elementa, sed per deum
iurabis, dixit enim, Dominum deum tuum timebis, & per no-
men eius iurabis. Hoc Iudæi malè intellexerunt, putãtes so-
la iuramenta mendosa esse prohibita, iuramenta quoque in-
iusta & incauta esse seruanda, Hunc errorem excludens Sal-
uator, subiungit, *Ego autem dico vobis, non iurare omnino*, se-
cundum Hieronymum, Christus non prohibet iurare per Hieronym.
deum sed per ea quæ subsequuntur, videlicet, *Neque per cæ-* B
lum &c. Sed quoniam statim subiungitur, *Sit autem sermo*
vester, est est, non non. Intelligitur secundum aliquos Chri-
stus etiam iuramentum per deum dissuasisse vel prohibuisse
non quia semper malum atque illicitum sit, sed (vt Augusti- August.
nus) ne per assiduitatem iurandi, incidat homo in periu- Iacob.5.
rium. Est quoque alia ratio, cur non debeamus iurare sine Roma.1.
necessitate, vel magna vtilitate, quanuis sint vera quæ dici- 2.Cor.1.
mus, quia hoc cedit ad irreuerentiam dei, quòd homo tã le- Philip.4.
uiter, inaduertenter & intimorate assumit, tantæ sanctitatis 1.Thim.4
maiestatem in testem. Quod autem iurare non sit prorsus il Hier.4.
licitum, innotescit per hoc, quòd Paulus in suis epistolis to-
ties inuenitur iurasse, dicendo, Testis est mihi deus. Et, Te-
stificor coram deo, &c. ¶ Porrò secundum Hieronymum sũ
per illud Hieremiæ, Iurabis, dicit dominus in veritate & iu- C
dicio & iustitia: tres sunt comites iuramenti, videlicet ve-
ritas, iudicium & iustitia, & quodcunque horum defuit, iu-
ramentum erit illicitum, imò sic iurans, & eo ipso quo iurat
periurus efficitur, secundum Thomam, quia hæc obseruare
tenetur in quolibet casu. Si enim desit veritas, iuramentum
est mendax: si iudicium desit, iuramentum est temerarium
& incautum: si iustitia, iniquum est, leue atque inutile.
¶ Veritas itaque ad iuramentum ordinata requiritur, ex-
parte rei de qua iuratur: Iudicium verò seu discretio ex
parte iurantis: iustitia autem ex parte causæ: vt sit necessi-
tas ad iurandum. Iuratio ergo debitè circunstantionata,
videlicet, vt fiat ex causa necessaria, tunc vbi taliter &

D propter cõgruum finem,non solũ est licita,sed & actus vir-
tutis,quæ dicitur latria.Qui enim sic iurat,exhibet reuerẽ-
tiam deo,præsupponens eum habere infallibilem veritatem
Psal.62. omniumque certam notitiam,ac vniuersalem prouidẽtiam.
Vnde ait scriptura,In omni corde suo iurauerũt domino, &
inuenerunt.Et Psalmista,Laudabuntur omnes qui iurant in
eo.Hieronymus quoque affirmat,quòd iurãs veneratur ve-
diligit eum per quem iurat.Sic ergo intelligenda est litera
Dico vobis non iurare omnino hoc est,nõ iurare omnibus mo-
dis indifferenter,seu ex qualibet causa,sed solum modo iam
dicto,videlicet *Per cœlum,quia thronus* id est,sedes & habi-
tatio, *Dei est*.Quanuis enim incircunscriptus, immensusq;
deus loco nullo claudatur,ibi tamẽ esse asseritur, vbi opera-
E tur, & seipsum ostendit.Cũ ergo in cælo empyreo maxime
operetur,illicque facie ad faciẽ conspiciatur, merito cælum
empyreũ appellatur thronus eius.Vnde vnigenitus dei.Ego
(inquit)vici,& sedi cum patre meo in throno eius. Neque
per terram iuraueris. *Quia scabellum pedum eius est* id est,
uinę potestati subiecta,& à deo in vltimo ac infimo rerum
Esa.v6. ordine collocata.Per pedes itaq; dei designat operatio &
prouisio eius,pertingẽs vsque ad infima.Hoc idem in Esa.
scriptum est,Hoc dicit dominus, Cælum mihi sedes est, &
terra scabellum pedum meorum.Non est itaque sic intel-
gendum,quasi deus in diuinitatis natura corporalia habe-
liniamenta,& situaliter sedeat,præsertim cum de ipso scri-
ptum sit,Excelsior cælo est,& profundior inferno, longio
terra mensura eius,& latior mari. *Neque per Hierosolyma*
F iuraueris. *Quia ciuitas est magni regis* de quo legitur in Ma-
ster.Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt po-
sita.Et in Psalmo,Quoniam deus magnus dominus, & re-
magnus super omnes deos.Fuit enim Hierusalem deputata
Iob.11. ad huius regis obsequium. *Neque per caput tuum* iuraueris.
Psal.94. *Quia non potes vnum capillũ album facere aut nigrum* propria
potestate & solo imperio quanuis per artem & naturalium
rum applicationem possit homo diuersos colores crinib⁹ in
pitis sui inducere.Ecce non solum per deum, sed etiam per
creaturas iurare prohibuit vel dissuasit. ¶ Sed quomodo in-
telligendum est hoc?Nónne per euangelium & per sanctos
fit licitum iuramentum?Nónne Ioseph per salutem Pharao-
nis iurauit?Nónne Apostolus dicit, Ego testẽ inuoco deum
in anima-

in animam meam?Quæritur ergo, quando & quomodo li- A
ceat per creaturas iurare.Respondet beatus Thomas,quòd
iuramentum fit dupliciter.Primò per simplicem cõtestatio-
nem.Secũdò per execrationem,Iuramentum primo modo
factum,principaliter diuinæ veritati innititur. Secundario
autem,assumuntur aliquæ craturæ ad iurandum, non secun-
dum se, sed inquantum diuina in eis veritas manifestatur,
sicque iuratur per euãgelium,id est,per deum, cuius veritas
in euangelio continetur.Et item per sanctos,qui hanc veri-
tatem crediderũt.In iuramento autem quod fit per execra-
tionem,assumitur cratura,tanquam id in quo diuinum exe-
cratur iudicium,si non verum asseritur,vt cum homo iurat
per caput,vel filium suum,seu aliam rem dilectam. Denique B
sicut licitum est iurare per deum pro loco,causa & tempore:
sic & per creaturas,tam per simplicem contestationem,quã
per execrationem.Per execrationẽ nanque iurauit Aposto-
lus,Ego(inquiens)testem inuoco deum in animam meam.
Quod verò Ioseph per salutem Pharaonis iurauerit, vtroq;
modo intelligi potest,videlicet per modum execrationis,ita
quod Pharaonis salutem obligauit deo,& per modum con-
testationis,contestando veritatem diuinæ iustitiæ, ad cuius
exequutionem principes terræ constituuntur,quorum vnus
fuit Pharao,sicque per eius salutem iurauit Ioseph,inquan-
tum diuina iustitia in Pharaonis imperio monstrabatur. Cũ
ergo per creaturas iuratur,iurans obligatur implere iurata,
ac si per deum iuraret:quia non iurat per creaturas, nisi in-
quantum diuina virtus in eis relucet.Ideò quoque non licet
per eas iurare,nisi circunstãtiis debitis obseruatis, quemad-
modum nec per deum.Est etiam alia ratio cur Christus per C
creaturas iurare,prohibuit, quia speciem idolatriæ habet
huiusmodi iuramentum.Idolatræ enim sic iurant, & ei per
quod iuratur diuinus honor impẽdi videtur,vt tãgit hoc lo-
co Hieronymus.Quid enim est iurare, nisi infallibilem te- Esa.66.
stem ad confirmationem verborum inducere?Christus verò
insinuat ideò per creaturas nõ esse iurandum sine causa ne-
cessaria,quia,in eis aliquid diuinæ virtutis relucet. Dicit e-
nim. *Non per cœlum,quia thronus dei est* id est, gloria dei ma-
nifestatur in cœlo. *Neque per terram,quoniam scabellum pe-
dum eius est* id est in terra relucet dispositio potestatis diui-
næ, sicque iurando per cœlum aut terram,iuratur per eum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

D cuius maiestas præsentatur in cœlo, vel cuius dispositio relucet in terra. Per hoc quoque, quòd non possumus vnũ capillum capitis nostri facere album vel nigrum, euidenter patescit, quòd non à nobis, sed à deo ipsum caput accepimus.

Iacob. 5. *Sit ergo ferma vester, est est, non non* id est, simpliciter affirmate quod verũ est, & negate quod falsum est: nec adhibeatur iuratio sine necessitate. *Quod autem his abundantius est*, id iuramentum, quod affirmationi seu negationi superaddi-

tur. A *malo*, id est, ex malo culpæ, vel malo pœnæ procedit, videlicet ex infirmitate: incredulitate, vel suspitione eius

E qui exigit iuramentum: vel ex malo iurãtis, qui iurat omissis tribus prædictis iuramenti comitibus. Non dixit, quod his abundantius est, malum est, sed à malo, quia iuramentum nõ est semper peccatum, sed origo iuramenti est malum quoddam, videlicet, quoniam homines sibi inuicem discredunt.

¶ Elucidatio sequentis partis huius capituli, vsque ad finem, videlicet, *Audistis quia dictum est.*

ARTICVLVS XI.

Onsequenter Saluator informat discipulos circa

C iudiciale legis præceptum, de pœna talionis.

Audistis quia dictum est, id est, per Moysem denunciatum est filiis Israel *Oculum pro oculo*, requires, *Dentem pro dente* exiges, id est, si quis tibi excutiat dentem vel oculum fiat ei similiter. Dixit enim Moyses, Qualem læsionem quis intullerit, talem sustinere cogetur vel liuorem pro liuo

F re, vulnus pro vulnere, animam pro anima. Hæc vltio licita erat in lege rudibus data, quatenus timore eadem patiendi retraherentur ab iniuratione, & ne læsi ex impatientia, & crudelitate excederent modum in vlciscendo. Est enim commune hominibus, vt velint plus lesionis rependere, quàm passi sunt, eo quòd alius prior in eos peccauit: sicque non solum læsionem, sed & contemptum, iniustitiãque perpessi sunt Lex ergo aliqualiter reduxit ad pacem, & præparauit ad patiẽtiam, dum iubet non plus inferre quàm illatum est.

¶ Iudæorum verò nonnulli circa verba prædicta dupliciter errauerunt. Primò, quoniam existimabant vindictam propter se appetendã. Secundò, quia putabant hæc verba sic dici per modum præcepti, vt nõ liceret aliter agere, seu penitus in dulgere: non pensantes illud in psal. Si reddidi retribuentibus

tibus mihi mala, decidã merito ab inimicis meis inanis. Hie- A
remias quoque virum perfectum describens, ait, Dabit percutienti se maxillã, saturabitur opprobriis. Christus ergo istos errores excludens, subiecit. *Ego autem dico vobis, non resistere malo*, id est, non repugnare, non reddere malum pro malo, non litigare, nec repercutere. Per hoc nõ datur intelligi, vitia nõ esse coercẽda, nec excessus esse corrigendos ab his, quibus ratione officii competit seruare iustitiam: sed ne priuata persona vindicet semetipsam, & ne aliquis affectu vindictæ potius quam zelo iustitiæ, corrigendique animo resistat malo, id est, peccatori seu peccato. Si autẽ per hoc quod nõ resistitur malo, periret ordo iustitiæ, ac rigor disciplinæ, & impii in suis malignitatibus indurarentur ac fouerentur, resistendum esset secundum ordinem iuris ex charitate, præser B
tim ne iniqui in æternum perirent. Si verò ex resistentia mali, oritur graue scandalum infirmorum vel maius malum, tenetur homo non resistere malo, ne ponat offendiculum proximo, aut peior fiat scissura, vel scandalum tale alio modo sedandum est. Si autem desistat homo resistere malo vindictã non quærendo, quanuis resistendo non oriretur scandalum prædictum, maiúsve malum, tunc erit opus supererogationis atque consilii non resistere. Hinc ergo dicit Apostolus, Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. Deniq; imperfectis, & passionatis hominibus tutius atq; salubrius est, vt assuescant non resistere malo, quanuis possint. Nam & si æstimẽt se resistere secundum ordinẽ iuris, timendum est tamẽ, ꝙ potius impellantur passione quàm ratione, impatientia quàm iusti- C
tia, priuato amore quàm syncera dilectione. Itaque vindicta non est optanda neque quærenda sub ratione vindictæ, sed medicinæ atque iustitiæ, vtpote vt transgressor in hoc seculo corrigatur, ordo iustitiæ obseruetur, alii terreantur, vel propter aliquid simile. Propterea secundum Christi perfectissima documenta parum est non resistere: subditur enim. *Sed si quis te percusserit in dexterã maxillam tuam, præbe ei & alteram* vel secũdum realem exhibitionẽ si ratio id deposcat ad ostendendam patientiam, & aliorum ædificationem, vel ad demonstrandum claritatis feruorem, quo homo paratus est ad omnia sustinenda pro fide & Christo. Si autem nihil tale occurrat, præbenda est altera maxilla, seu alia pars corporis, sicut beatus Martinus præbuit dorsum cædentibus secun-

D dum animi præparationem, ita vt homo paratus sit plura perferre, quia non semper corporaliter præbenda est altera maxilla, præsertim cum Christus alapa recepta dixerit sacrilego, Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Paulus quoque Apostolus cum à militibus cæderetur, dixit, Sic ciuem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Et tamen vtique non solum flagellari, sed & mori pro Christo paratus fuit, sed desyderauit primo Romam videre & informare. ¶ Videtur autem prædictis contrarium, quòd ilico iussus cædi, dixit pontifici iubenti, Percutiat te deus paries dealbate. Thomas quoque Apostolus in vultu percussus satis horrendam legitur vltionē impetrasse: ita vt percussorem leo occideret. Ad primū E respondēt Augustinus quòd verba Apostoli erant prophetia, nō imprecatio mali. Ad aliud dicit, quòd non cogimur illi historiæ credere. Possumus autē dicere quòd ex misericordia potius quam ex crudelitate Thomas hoc fecerit, vt deus parceret animæ percussoris, & cæteri diuinam potestatē agnoscerent. *Et ei qui vult tecum iudicio contendere, & tunicā tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Istud secundū Augustinum intelligitur non quo ad operis ostensionē, sed animi præparationē. Sed quia Apostolus dicit, Iam omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos, quare non magis iniuriā accipitis, quare non magis fraudem patimini. Hinc ergo oportet diligentius intellectū horum verborū inquirere. Chrysostomus itaq; hoc loco multis persuasionibus videtur velle pro- F bare, nequaquā seruum dei debere coram iudice pro temporalibus causam habere vel apparere propter peccati periculū quod vix euitari potest, & scandalum aliorū. Et quoniā Christus maiora rependere potest, si eius amore vitetur iudicium. Idem videtur Augustinus sentire exponendo præmemorata verba Apostoli dicens: Hoc ipsum vestro peccato agitur, quod inter vos negotia iudicio determinanda habetis, quia peccatum est habere iudicium contra fratrē. Verū si hoc absolute intelligatur, daretur impijs magna libertas atq; occasio spoliandi & rapiendi, præsertim bona simplicium, fierentq; innumerabilia mala. Glossa igitur quasi exponēs verba Augustini addit, Perfectis licet repetere sua simpliciter, vtpote sine lite, sine causa, sine iudicio, sed non conuenit eis inde mouere causam ante iudicē. Infirmis verò licet repetere sua coram iudice

ram iudice, iudiciumque habendo contra fratrem, sed non A
contentiosè vel fraudulenter, vel apud iudices infideles. Verùm nec istud videtur alijs satis resolutum. Ecclesia nanque non peccat habendo iudicia, & religiosi possunt coram iudice sua repetere. Fideles quoque in terris infidelium habitantes, nec fideles iudices habere potentes, possunt ad iudices infideles recurrere. Alii ergo respondent, quòd liceat (non autem expediat) secularia habere iudicia, & quòd religiosi ac perfecti possunt sua repetere coram iudice quasi bona cō munia, non vt propria. Aliqui etiam breuiter dicunt, quòd nō licet repetere sua in iudicio, si ex repetitione oriatur scan- B
dalum & malum deterius. Sed tunc scire oportet quando, & quomodo bona temporalia omittenda sunt propter vitanda scandala aliorum. Ad quod Thomas respondet; quod temporalium bonorum quædam sunt nobis commissa, quemadmodum bona ecclesiæ committuntur prælatis, & bona reipublicæ committuntur rectoribus. Horum itaque conseruatio imminet his quib⁹ cōmissa sunt de necessitate, sicut & depositorum. Ideo propter scandalum vitandum dimittenda nō sunt, sicut nec alia quæ sunt de necessitate salutis. Vnde beatus Thomas Cantuarien. episcopus repetijt bona ecclesiæ cum grandi scandalo regis. Alia bona temporalia sunt nostra seu propria, & hæc propter scandalum dimittenda sunt, vel largiendo ea alijs, si apud nos sunt: vel dimittēdo ea alijs si apud nos non sunt, quando scandalum ex infirmitate vel C
ignorantia oritur, quod est scandalum infirmorum: dimittenda sunt inquā, vel scandalum alio modo sedandum est, vt errans instruatur & scādalizari desistat. Quod si noluerit, iam scandalum eius, erit scandalum pharisæorū. Dum igitur scandalum ex malitia scandalizati procedit, non sunt bona temporalia, quanuis propria, propter id vitandum dimittenda, quia hoc vergeret in detrimentum boni cōmunis, & rapientibus hoc noceret in anima. Quod ergo ait Saluator & eius Apostolus, intelligendum est secundum promptitudinē animi, ita quod homo parator sit pati fraudem atq; iniuriam, q̄ iudicio agere, desiderio pacis internæ & quietis, & ne alij offendantur, dummodo aliunde expediat. Ex his aliqualiter elucescit, quomodo intelligēdū sit quod alibi præcipit Christus: Qui aufert quæ tua sunt, ne repetas, scilicet cum lite & contentione, vel cum scandalo pusillorum. *Et quicunque te an-*

Universidad de Sevilla Biblioteca

D *angariauerit*, id est, coegerit seu violenter compulerit Mil
passus, hoc est, ambulare secum per mille passuum spaciu
quinque autem pedes faciunt passum. *Vade cum illo alia du*
milia passuum, secundum animi præparationem, vel secun
dum operis executionem, si sine maioris mali & scandali
tu vitare non poteris, id est, si aliquis à te exegerit indebi
seruitutem sed licitam, debes animo esse paratus plus face
quàm ille angariando requirit. Si autem in omnibus præ
ductis percutiens, rapiens siue angarians, ex nostra patien
in sua malitia cõfirmetur ac foueatur, expedit ei resistere se
cundum iuris processum. Si tamẽ habeatur spes de eius em
litione, videlicet quod eius prauitas per nostram pietatẽ, cl
ritatem & patientiam corrigatur, sustinendum est, sicut A
E stolus loquitur: Vince in bono malum. Vnde Chrysostomus
Patientia, inquit, tua, illius vincat crudelitatem, & ostend
quod maior sit benignitas dei in sanctis, quàm malitia diab
li in iniquis hominibus. Interea si seruus Christi libenter e
cum impio vel seruiat violento, non angariatur, sed ille æ
mat se istum angariare. *Qui autem petit a te, da ei* quod p
stulat, si rationabiliter quærat, & tibi facultas adsit. Da ita
ei secundum exigentiam & possibilitatem tui status ac fa
cultatum tuarum, & si non corporale, tamen spirituale mu
nusculum: vt si inconuenienter vel inconuenientia postul
uerit, informes errantem, quia verbum melius quàm datum
Nónne ecce verbum super datum bonum. Vt autem testat
Ambrosius, Eiusdem criminis est habenti sua auferre, & in
digenti quod quæris denegare, cum possis tribuere. Quoni
F contestante Chrysostomo, homines non domini, sed dispe
satores sunt diuitiarũ, idcirco omnia sunt quodammodo co
munia, Huic consonat quod in Actibus dicit Apostolus, O
portet reminisci verbi domini Iesu, quia beati⁹ est magis da
re, quàm accipere. Denique secũdum principem Theologo
rum, bonum est sui diffusiuum & charitas nõ quærit quæ sua
sunt. Ideo dicit Apostolus ad Timothæum: Diuitibus præ
cipe facilè tribuere. Veruntamen prodigalitas non laudatur.
¶ Nec obstat prædictis illud in Ecclesiastico, bene fac humi
li, & ne dederis impio. Hoc enim intelligendum est de bene
ficio corporali, quod non est impio dandum, si sit in fomen
tum & adiutorium suæ impietatis. Spirituale autem benefi
cium nulli negandum est, sicut nec coporale, in articulo ne
cessita-

cessitatis. Et *volenti mutuare a te*, id est, aliquid sibi concedi, A
seu mutuum accipere à te, Ne *auertaris* negãdo ei quod pe
tit, si rationabiliter petit, & tibi adsit facultas. Hoc enim spe
ctat ad charitatem, vt necessitatem proximi quasi propriam
æstimemus ac subleuemus, subueniendo egenti, imò agendũ
in Ecclesiastico, Perde pecuniam propter fratrẽ & amicum.
Teste quoq; Psalmista, Iucundo homo qui miseretur ꝙ com
modat, quia in æternum non commouebitur. Præterea Chri
stus exponit preceptum legis de dilectione proximi. De qua
ait Apostolus, Qui diligit proximum, legem impleuit, *Au-*
distis quia dictum est in lege Moysi, *Diliges proximum tuum*,
non dilectione carnali, nec solum dilectione naturali, sed &
dilectione charitatiue atque gratuita, quæ fundatur in com-
municatione fœlicitatis æternæ, Et *odio habebis inimicũ tuũ* B
non odiendo naturam, sed culpam: nõ personam sed vitium:
quod vtiq; odium ex charitate procedit, & ad perfectionem
pertinet. De quo in Psalmo cantatur, Perfecto odio oderam Psal. 138.
illos, & iniquos odio habui. ¶ Hoc autem quod de odio ini Psal. 118.
mici subijcitur, quidam Iudæorum pessime intellexerunt, di-
centes, inimicos simpliciter odiendos, ad quod multa vete-
ris testamenti testimonia adduxerunt, Multa enim sunt quæ
superficialiter intellecta videntur hoc ipsum prætendere. Si-
cut cum Moyses ait, Non quæres ei bonũ. Et Neemias, Con
fundantur, & peccata eorum non deleantur. Sed talia at-
que similia intelligenda sunt, quantum ad temporalia bona,
vel de inimico secundum vitium inimicitiæ, non secundum
esse naturæ: vel ducuntur zelo iustitiæ, seu modo prophetię, C
non affectu inuidiæ. Quod autem inimici non sint odiendi
secundum verum intellectum legis, hinc liquet, quòd in Le-
uitico scribitur, Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed pu
blicè argue eum, ne habeas super illo peccatũ. Et denuo: Ne
quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorũ. Salo
mon loquitur, Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in Prou. 24.
ruina illius ne exultet cor tuũ. Iob quoq; protestatur. Si ga- Iob. 31.
uisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exaltaui, quod
inuenisset eum malum. Iudæorũ ergo errorem Christus in-
cludens, adiunxit, *Diligite inimicos vestros*. Quantum ad id
quod habent à deo, puta naturam ad dei imaginem factam,
& beatitudinis susceptiuam. ¶ Diligere autem, est alicui bo-
nũ velle, secũdum Philosophum. Debemus ergo aduersarijs
nostris

D nostris bona spiritualia velle, videlicet gratiam in præsenti & gloriã in futuro, imò & bona corporalia eis optãda sunt secundum quod expedit eorum saluti *Benefacite his qui oderunt vos* interiorem affectum extendendo in opus, vt scilicet impendatis eis beneficia spiritualia seu corporalia, secundum congruentiam causæ, loci ac temporis. Vnde & Salomon
Prouc. 25. admonet, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum
Roma. 12. da illi. Et *orate pro persequentibus & calumniantibus* hoc est
calumniam inferentibus, *Vos* in generali pro omnibus
lis orandum est, & etiam in speciali, si specialis causa oran
occurrit, & si viderimus inimicum grauiter anxiatum, seu
natiõis periculo expositũ. De necessitate ergo præcepti
vt omnibus quantumcũq; aduersarijs appetamus salte in ge
E nerali gratiam conuersionis, & cetera ad salutem necessaria
Nec alicui tali specialiter nos precãti negemus subsidium
necessarium, si dare poterimus. In speciali autẽ alicui aduer
sario charitatiuè affici & auxiliari speciali necessitate no
occurrente, ad supererogationem pertinere videtur, *Vt sitis*
filii adoptiui *Patris vestri qui in cœlis est* scilicet dei patris
vel totius superbeatissimæ trinitatis, quæ est vnus creator
deus & pater omnium nostrum *Qui solem suum* corpora
in cœlo fulgentem ac discurrẽtem, *Oriri facit super bonos*
malos omnibus enim hominibus, sol ministrat & nascitur, pl
dios suos omnibus influedo, *Pluit super iustos & iniustos* In
uitat ergo nos Christus ad inimicorum dilectionem exem
plo dei, qui naturalia beneficia nemini subtrahit *Vt sitis*
F *lii eius* id est, vt ei assimilemur, conformando nos eius bon
tati ac pietati. ¶ Ratio enim filiationis in quadam assimila
tione consistit, propter quod dicit Apost. Estote imitatores
Ephes. 5. dei sicut filij charissimi. Vnde Ioannes loquitur, Sicut ill
1. Ioan. 4. est & nos sumus in hoc mundo, videlicet aduersariis nostr
affectum & effectum charitatis impendendo. Consequenter
ponit Saluator aliam rationem amandi inimicos *Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt* id est, si solum amatis amantes vos
non tam propter deum, quàm ideo quia vos diligunt *Quam*
mercedem habebitis à deo in patria: quasi dicat, nullam No
ne Publicani hoc est, publici peccatores, *Hoc faciunt* vi
que, & tamen nullam à deo mercedem sortiuntur. *Et si salutaueritis fratres vestros tantũ* id est, salutẽ & bona optaueritis
propinquis vestris *Quid amplius facitis* quã Publicani No

ne & ethnici id est, Gentiles *Hoc faciunt* Quia in hac clau- A
sula additur, tantum, datur intelligi, quod in præcedenti
quoque clausula subaudiẽdum erat. ¶ Sciendum ergo quod
amicos diligere ex charitate, nõ est immeritorium: diligere
verò amicos alia quacunque dilectione non est meritoriũ. Si
gnum autem quod amici diligũtur quia amici & non prin-
cipaliter propter deum est, cum sic diliguntur, q̃ inimici non
diliguntur. ¶ Denique qui vnum odit, nullum veraciter dili-
git, cum sit id mortali peccato, quod charitatem extinguit.
Idcirco qui amat amicos & non inimicos, non amat amicos
per charitatem, sed per naturalem, carnalem, siue politicã a-
micitiã. Non ergo habet à deo mercedem. ¶ Quæri potest
hoc loco, quid sit magis meritorium, diligere amicum vel ini
micum. Ad hoc diuersimodè satis à diuersis respondetur, B
Thomas verò respondet hoc modò. Dilectio refertur ad di-
ligentem, & ad deum qui est ratio diligendi proximum. Re-
ferendo ergo dilectionem ad diligentem, sic dilectio amici
eminet dilectioni inimici. Quia amicus cum sit melior atque
propinquior, est materia aptior dilectioni quàm inimicus,
propter quod actus charitatis transiens super talem materiã
est melior, & oppositũ eius est peius, videlicet odium amici
quàm inimici. Quantum verò ad id quod est ratio diligendi
proximum, quod est deus, dilectio inimici præeminet. Pri-
mò, quoniam solus deus est causa huius dilectionis. Secũdò,
quia ex dilectione inimici ostẽditur amor dei fortior esse in
diligente quàm ex dilectione amici. Nihilominus dilectio C
amici secundum se est melior. feruentior, magisque merito-
ria, quia ad rationem virtutis ac meriti, plus facit bonũ quàm
difficile. Quanuis ergo dilectio inimici sit difficilior, non ta-
men est melior vel magis meritoria. nisi præmij accidentalis
ratione laboris annexi. Præmium verò essentiale correspon
det feruori dilectionis. *Estote ergo vos perfecti.* Non solum
amicos, sed etiam æmulos diligendo, pietatis viscera semper
habendo, & in omni virtute viriliter vos habẽdo. *Sicut & pa*
ter vester cœlestis perfectus perfectione simpliciter dicta, &
extra omne genus, ita quod nulla ei deest nobilitas, sed oẽe
quod absolutè loquendo melius est inesse quàm deesse, cõue
nit deo cum plenitudine infinita. Huic ergo perfectioni assi-
milari non possumus similitudine æqualitatis, sed imitatio-
nis. Scriptum est enim, Cui similem fecistis deum, aut quam

imagi-

D imaginem ponetis ei, & cui assimilastis me, dicit sanctus
perfectione deiformi, qua deo assimilari præcipimur
Esa.40. Moyses, Perfectus eris, & absque macula cum domino
Deut.18. tuo. O verè quanta est bonitas atque dignatio dei, & quan
est dignitas rationalis creaturæ, eo quòd deus immensus,
cuius comparatione totus mundus est velut puluis exigu
vult sibi assimilari, similemque vocari creaturam suam ra
Esa.40. nalem. Ad hanc quippe perfectionem, etiam in veteri test
mento diuinitus inuitamur, iuxta illud, Nolite contamina
animas vestras? Ego enim sum dominus deus vester. San
Gen.17. estote, quoniam ego sanctus sum. ¶ Postquam sublimia p
Esa.42. fectaque documẽta Saluator proposuit, cõgruentissimè a
Esa.50. monet vitare vulpeculam, vtpote vanam gloriam. quæ tum
fortius atque latentius ingredi solet siue pulsare, non so
E pusillos, sed & proficientes ac feruidos, quando efficacius
uinis obtemperauerunt præceptis siue consiliis *Attendite*
iustitiam vestram videlicet opera virtuosa quę docui *Fac*
tis coram hominibus vt videamini ab illis hoc est, ad hunc fin
Psal.52. quod virtuosi ab illis reputemini, & laudem humanam c
ptetis. hoc enim esset hominibus velle placere, deus aute
dissipat ossa eorum, qui hominibus placent. *Alioquin* id e
nisi attenderitis sicut admoneo, *Mercedem non habebitis a*
pud patrem vestrum, qui in cœlis est id est, in conspectu dei
patria, quoniam cœlestem beatitudinem sortituri non est
Non enim aliquid meremini sic agendo, quia in moralibus
actus habet speciem à fine. & secundum Ambrosium, Inte
F tio imprimit speciem actui tuo. Si ergo finis est vanus, op
est vitiosum. Denique secundum Dionysium, bonum est
integra causa, videlicet omnibus circunstantiis concurren
bus. Malum verò contingit omnipharia, id est, quæcunq
circunstantia omittatur. Inter omnes autem circunstantia
actus virtuosi, propter quod, extat præcipua: & ergo si op
agatur propter laudem humanam, maximè vitiatur atq; in
citur. *Tu ergo cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te*
id est, noli alta voce, vel signo alio manifestare teipsum pro
pter laudem hominum obtidendam *Sicut hypocritæ faciun*
in synagogis & vicis hoc est, templis & plateis. Sic enim mul
Iudæorum fecerunt *Vt honorificentur ab hominibus. Amen di*
co vobis, receperunt mercedem suam videlicet laudem humana
O vanitas ac miseria infinita, propter volatilem, vilem, fal
lacem

lacem, & momentaneam hominum laudem, diuino, æterno A
& cœlesti honore priuari. *Te autem faciente eleemosynam, ne*
sciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, id est, tam occultè hãc
facias, quantum ad intentionem animi, vt nec ab illo videa
tur, qui tibi tam vicinus est, vt vna manus alteri. ¶ Per talem
etenim modum loquendi, datur intelligi, quod homo debet
à nemine velle videri propter gloriam hominum capiẽdam,
quanuis ad aliorum ædificationem & dei honorẽ, possit elee
mosyna fieri in aperto vel spiritualiter. Nesciat sinistra, id
est, cogitatio peruersa seu vana affectio, quid faciat dextera
tua, id est, cogitatio & affectio bona, hoc est, cogitatio vana
omnino abiiciatur, nec bonę cogitationi de qua eleemosyna
nascitur, admisceatur *Vt sit eleemosyna tua in abscondito* loco,
id est, occultè fiat, saltem secundum desiderium cordis, inten B
tionemque animi, ne cupias inaniter apparere. *Et pater tuus*
cœlestis *Qui videt* oculo intellectuali, *In abscondito* id est,
intus in anima, scrutans corda & renes, & etiam in occultis
tenebrosisque locis, quemadmodũ Hieremias ait, Si occulta
bitur vir in absconditis, & ego non videbo eum. Homo quip Hier.23.
pe videt quæ foris apparent, deus autem intuetur cor, *Red-* 1.Reg.16.
det tibi copiosum præmium eleemosynæ, quod in præsenti
inchoatur, & in futuro perficitur.

¶ Explanatio Capituli Sexti,
Et *cum oratis.*

ARTICVLVS XII.

Post exhortationẽ operum misericordiæ & charita- C
p tis fraternæ, quibus hõmo ad proximos suos vir
tuosè extenditur, docet Saluator de actu latriæ, per
quem anima ad deum eleuatur, videlicet de oratione, quæ
secundum Damascenum, est ascensus mentis in deum vel pe
titio decentium, id est, rerum quas decet peti à deo *Et cum*
oratis deum suppliciter inuocando. *Non eritis sicut hypocritæ*
i. assimilari non debetis vanis hominibus, humanam laudem
potius q̃ dei honorem vel honorationem à deo quęrentibus
Qui amãt in synagogis, id est, in publicis cõuenticulis seu tem
plis *Et in angulis platearum stantes orare* Stant enim, vt sic re
motius videantur. Quod autem apud Christianos designat
ecclesia, hoc apud Iudæos significabat synagoga, videlicet
locum cultus diuini, vel collectionem fidelis populi. Secun
dum

dum Chrysostomum dicit non in plateis, sed in angulis pla-
tearum, ad insinuandum, quod hypocritæ interdum quæru
secretum locum orandi, non vt lateant, sed vt videantur qu
si in abscondito orare, sicque dupliciter commendentur. Pr
mò, quoniam orant. Secundò, quoniã latere desiderãt, sciun
enim laudabilius esse in occulto orare. Tales sunt multi qu
simulant se honores refugere, nolle præesse, gloriam vana
odire, vt honorem, prælationem & gloriam consequantur
Sciunt enim quoniam honor sequitur fugientem, & quòd
humilians exaltetur, Ideo scriptum est, Est qui nequiter
humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Sic igitur orau
Lucæ.14 Lucæ.18. Eccl.19. *Vt videantur ab hominibus* id est, deuoti putentur, laudent
& honorentur, *Amen* id est, veraciter *Dico vobis, receperu*
E *mercedem suam* Imò si à nullo homine videantur neque lau
dentur, receperunt tamen mercedem suam in præsenti, quan
tum ad suum propositum & affectum, nec à deo præmiũ sor
tiuntur, sed pœnam tanquam sacrilegi, qui re sacra abutitur
in vanitatem. His verbis non prohibet Christus in eccles
materiali ac publicis locis orare, cum dicat apostolus. Vol
viros orare in omni loco, leuantes puras manus. Et Psalm
sta, Vota mea domino reddam corã omni populo eius. ite
que, Adorate dominum in atrio sancto eius. Et quomodo p
F terimus semper & sine intermissione orare, si nõ orauerimu
Psal. 117. vbicunq; fuerimus? ¶ Denique quædam sunt orationes sol
Psal. 28. nes ac publicę, quas faciũt ministri ecclesiæ pro populo, qua
Psal. 65. certum est in ipsa ecclesia publicè fieri oportere. Orationes
1.Tim.5. quoq; priuatæ singulorum maxime in ecclesia fieri debent,
Lucæ.18. propter loci sanctitatem & sacramenti præsentiam, iuxta il
Esaiæ.56. lud, Domus mea domus orationis vocabitur, cunctis gent
Matth. 21. bus dicit dominus. Quod ad literam de materiali ecclesia di
Luc.19. ctum esse Christus allegat. Prohibet ergo dominus in tem
Marci.11. plo & angulis platearum orare, more hypocritarum, videl
cet, appetitu laudis humanæ, vel cõmodi tẽporalis. Et ne so
lũ oremus in publicis locis, ideo subditur. *Tu autem cũ ora
ueris* id est, orare intendis vel incipis, *Intra in cubiculum tu*
id est, locum secretũ & quietum. *Et clauso ostio* loci, ne quis
accedat, teque impediat, vel ad inanem gloriam excitet, eo
quod inueniaris in tam sancto opere, humanum aspectum
præconiumque vitare. Aliqui enim solent subito & inaniter
gloriari, cum inueniuntur præter vel contra propositũ suum
lau-

laudabiliter occupari. *Ora patrem tuum* cœlestem deum tri A
num ac simplicem *In abscondo* loco *Et pater tuus qui videt in*
abscondo nõ enim latẽt eũ quæ fiũt in locis abstractis. Specia-
liter quoq; videt deus per approbationẽ, in abscondo. i. mise-
ricorditer aspicit & acceptat opera bona, quæ fiũt in abditis
ad vitãdum vitium vanitatis. ¶ Locus verò secretus & quie-
tus plurimum cõfert ad orationis puritatem atque feruorẽ:
quia tunc homo securior est, nec à sensibilibus totiẽs inquie
tatur, vnde imaginatio eius quietior est, & intellectus stabi-
lior: voluntas quoque tanto ardentius fertur in deum stabi-
liusque in eo permanet fixa, quanto amplius à multis abstra-
hitur. Potest etiam per cubiculum spiritualiter accipi cor ho-
minis. Sic ergo debemus intrare cubiculum animæ, id est, ad
cor nostrum redire, & spiritum nostrum intra se colligere. B
Iuxta illud, Audiam quid loquatur in me dominus deus, quo- Psal.84.
niam loquetur pacem in plebem suam, & in eos qui conuer- Ioan.13.
tuntur ad cor. & patrem in abscondo, id est, in cordis secreto 1.Reg.2.
soli deo patenti orare, sicut ait Saluator, Spiritus est deus, Iob.42.
& eos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare opor-
tet. Hoc modo orauit Anna, cuius tantum labia mouebãtur,
& vox penitus non audiebatur. Et pater tuus qui videt in ab
sconso. hoc est, in intimo cordis fundo, quẽ nulla latet cogi-
tatio, *Reddet tibi* quod postulas, imò multiplicem oratio-
nis effectum tibi præstabit, videlicet dulcem in orando sapo
rem, optatæ gratiæ infusionem, sempiternamque gloriam, si
tamen infatigabiliter oras, *Orantes autem nolite multũ loqui*
id est, verba coram deo multiplicare, *Sicut æthnici*, id est, C
Gentiles *Faciunt* qui deo orando multum loquuntur *Putãt*
enim quod in multiloquio suo hoc est, virtute multorum verbo
rum *Exaudiantur* à diis suis, & non mirum quod diu orant, 1.Reg.2.
& verba multiplicant, nã orant dæmones, qui & si audiant,
exaudire non valent, nec aliquid facere, nisi permissi à deo.
Orant reges mortuos, Iouem, Mercurium: quorum crimina-
sunt notiora, quàm nomina, qui & si viuerent, salutem cõfer
re non possent. Orant idola insensata, quæ habent aures, nec
audiunt. *Nolite ergo assimilari eis.* Verba multiplicando ea
ratione, qua illi, vt arbitremini in multiloquio, & non potius
in affectu feruido, exaudiri. Patet ergo quòd Christus non
absolute prohibet verba in oratione protendere. sed ne hoc
faciamus more æthnicotum. Nam ipse hortauit nos, vt ore-

Dmus instanter & semper, quod sine multiplicatione verbo
Psal. 143 mentalium siue vocalium non fit. Ipse quoque in oratio
Lucæ.18. pernoctauit, *Scit enim pater vester, quid opus* id est, nec
Lucæ.6. vel vtile *Sit vobis, antequam petatis eum* pro quocunque
gotio. Scientia enim dei æterna, perfecta, inuariabilisq;
sistit. Ideo non oportet multum loqui, quasi in multilo
exaudiret deus: quia si sic, tunc per nostros sermones alig
sibi notificaretur, quod antea ignorasset: vel per verbor
multitudinem flecteretur, quorum nullum omniscienti
incommutabili competit deo. ¶ Denique circa hunc loc
dicit Chrysostomus, De oratione nobis est sermo, quam
lam quasi spirituale tributum, anima de visceribus suis o
E deo. Vis autem scire, quàm prætiosa sit oratio. Nulla inf
thymiamati comparatur, nisi sola oratio. Sicut enim
miamata bene confecta delectant hominem odorantem,
sic oratio iusti, suauis est ante deum. Vis autem scire dig
tatem eius? Mox vt de ore processerit, suscipiunt eam an
li manibus suis, sicut Tobiæ angelus dixit, Ego oratio
tuam obtuli deo. Orans autem, nil noui faciat quod
ciant alij: alte clamando, manus extendendo, pectus tun
do, vel oculos impudenter ad cœlos leuando. Sed inter
sua ingrediatur, vt nihil cogitet, nisi de quo orat, & quê
vt claudat ostiũ, sensus carnalis, omnesq; cogitationes
les, & solicitudines foras expellat. Si autem de extranei
carnalibus rebus cogitaueris, non introisti in interiorem
F tellectum tuum, neque clausisti ostium sensus, sed tacite
cogitationibus superfluis loquẽs, tempus orationis amit
possumus & per ostium intelligere, vt non clamosè orem
¶ Ex clamosa enim oratione multa mala sequuntur. Ma
me hæc tria. Primum, quia clamosè orans non credit de
esse vbique, & absconsa audire, id est, ita se habet alte sibi
do, ac si non crederet illa. Secundum, quia mysterium o
tionum tuarum aliis pandis, & non audiris, à deo, quon
indisciplinate orasti, sed adhuc ab hominibus derideris.
tium, quoniam alterum iuxta te nõ permittis orare: vocis
enim tuis rapis sensum illius ad tuos sermones: & non so
non exaudiris. sed adhuc peccatum colligis, dum orare
non permittis Sic igitur ora vt Anna, cuius labia mouebã
tur, vox non exaudiebatur. Hæc Chrysosto. ¶ Porrò p
hoc dictum, Scit pater vester quid opus sit vobis antequ
po

petatis eum, videretur aliqualitet confirmari opinio Socra- A
tis asserentis, Nihil determinatum petẽdũ à deo, quoniam
melius scit quàm nosipsi quid nobis expediat, nisi immedia-
te subiungeret: Christus orationem determinata bona petẽ
tem, Sed cum deus inuariabilis non flectatur, nec solum sciat
quid nobis necesse sit, sed etiam quid ipse daturus existat,
cur eum oramus? Respondendum quòd ideo vt ipse donet
eo ordine quo se daturum præuidit. Quanuis enim prædes-
tinatio non sit ex meritis: tamen ex sua æterna prædestina-
tione disposuit se daturum gratiam in præsenti, & gloriã in
futuro, per preces nostras ac merita. Oramus quoq; vt oran-
tes feruẽtius desideremus, & copiosius mereamur, sicq; capa
ciores reddamur, & plura beneficia obtineamus, susceptâq;
gratiam diligentius custodiamus, in spe diuina roboremur,
acquirendo quod petimus, & deo familiariores quodammo- B
do efficiamur, cum omni fiducia ad thronum gratiæ accedẽ
tes. Consequẽter docet filius dei formã orationis perfectæ
materiamque petendam, *Sic ergo vos orabitis.*

¶ Expositio orationis dominicæ, *Pater noster*

ARTICVLVS XIII.

D Ehuius orationis expositione, laude & efficatia, tã
ta iam à sanctis atque catholicis doctoribus dicta
sunt, vt pene tædio sit ea perlegere, Veruntamen,
nec digna nec sufficentia dicta sunt, nec vsquam dicentur.
Tanta nempe est huius glorioſæ orationis profunditas in
sensu, fœcunditas in mysteriis, efficacia in effectu, artificiali
ter in processu, seu ordine, vt nemo capere queat vel eloqui.
Immensum igitur æternunque dei verbum propter nos in-
carnatum, & quodammodo breuiatum verbum abbreuians C
& consummans fecit super terram. *Sic* (inquit) *orabitis* Pater
noster. quid tam auget fiduciam, quid tam inflammat affe-
ctum, quid tam lætificat humilem animam, sicut deum ve-
rum & summum velle à fidelibus patrem vocari, eumque fi-
lialiter patrem vocare? Vt ergo cum plena fiducia postu-
lemus, eiusque quem inuocamus beneuolentiã conciliemus
& capiamus, voluit Christus vt sic inchoemus. Pater, pater
nostri creatione, prouisione, adoptione, redẽptione: ad cuius,
imaginem conditi sumus, cuius prouidẽtia gubernamur, cu-
ius gratia adoptati sumus, cuius pietate sumus redẽpti. Quã-
quam autẽ hoc loco nomine patris possit intelligi deus pater,

D prout pater relatiue accipitur. imò quælibet diuina perso-
tamen secundum Augustinum, per patrem deus trinitat-
gnatur. Dicit autē, pater noster potius q̄ pater meus, vt
do noster intelligamus nos omnes fratres esse, atque ad
rernam dilectionem ac mutuam orationem teneri, sicqu-
rem⁹ pro inuicem vt saluemur. Et etiā ideo vt sciamus q-
deus sit vniuersale bonū, apud quem non est personaru-
ptio, qui bonum commune diligat ac requirit. ¶ Secund-
Chrysostomum libēter exaudit deus precem, dum oran-
solum pro se, sed & pro aliis orat. Pro se enim orare nec-
est & necessitatis. orare autem pro altero, charitatis & p-
tiæ. Sed pēsemus ac satagemus ne tantæ dignationi, cha-
ti & gratiæ creatoris simus ingrati, non considerando be-
ficia eius, nec eius maiestatem honorando ne dicat nob-
E pater ego sum, vbi est honor meus? *Qui es in cœlis*, id est,
cœlestib⁹ ciuibus, seu beatis, in quibus es excellētissimo-
do per gloriam beatificamque præsentiam. Vel in cœlis
terialibus, præsertim in cœlo empyreo, vbi specialiter e-
habitare diceris, quoniam ibi excellentius operaris, &
ipsum ostendis, quanuis secundum veritatem ad nullum
cum vel tempus determineris vel habitudinem habeas
tum in te est, sed sis ante omnia, non solum post omnia
præuentus, in omnibus non inclusus, extra omnia non e-
sus supra omnia non elatus, infra omnia non oppressus,
nens æternaliter in tua substantiali simplicitate, inuaria-
ter, incircunscribiliterque subsistens. Vel in cœlis .i.
ctis ac virtuosis hominibus, quorum conuersatio est in
F lis. qui terrenis non inhiant. Talibus enim Apostolus, Te
plum dei sanctum est, quod estis vos, in omnibus quipp-
deus per essentiam, presentiam, & potentiam, omnia p-
trans, ambiens & conseruans, singulisque magis propin-
ac intimus quàm aliqua pars suo toto, vel aliquid sibim-
si, quoniā ipse solus illabitur rerum essentiis, nec aliqua
teri adest, nisi virtute diuinæ presentiæ seu præsentis, N-
loquar præsentissimi dei, qui per Hieremiam testatur, N-
quid non cœlum & terram ego impleo? *Sanctificetur* .i. c-
mni puritate & reuerētia honoretur, sanctum esse sciatur
sanctitate & iustitia ei ministretur, laudetur & glorifice-
Nomen tuum nominatum, videlicet tuipse qui diuersis n-
nibus designaris: qui testatus es, Quicūq; glorificaueris

glorificabo eum. De quo Esaias inducit, Dum exercituū ipsū A
sanctificate, ipse pauor vester & ipse terror vester, Ecce hoc
ad bonos pertinet filios, vt primo omniū patris sui honorē &
gloriā quærant. Deus enim bonorū nostrorum nō eget, nec
nostro obsequio aliquid fœlicitatis aut gloriæ accrescit. Sed
hoc prorsus iustissimū est, vt omnis illi honor & gloria im-
pētatur, itaque, sanctificetur, ab omnibus nomē tuum, præ-
stāque gratiam adimplendi hoc ipsum. Heu me miserum, in-
gratum ac frigidum, qui totiens sine attentione, & per cōse-
quens sine reuerentia & affectu, verba ista pronūtio. Studea
mus igitur agere quod ab omnibus fieri cupimus, videlicet,
vt deū vbique & semper honorare conemur, quoniā male-
dictus qui habet se ad eum intimoratē & irreuerenter. Vnde
in Ecclesiastico habetur. Et tūc in omni corde & ore collau
dare & benedicite nomen domini *Adueniat regnum tuum* id Eccles. 41.
est, ad tuam beatitudinem perducamur, vt æd. ficentur, muri B
cælestis Hierusalem, & ruina angelorum suppleatur, nume-
rus beatorum in patria compleatur, sicq; regnum triumphā-
tis ecclesiæ consummetur, ac cito aduenias, vt transferamur
de via ad patriam. Vel aduenias regnum tuum, id est, ecclesia
militāns, in qua per fidem & gratiā regnas ac habitas, per-
ficiatur ac multipliciter, totoque orbe diffundatur, vt tu so-
lus regnes in ea, hostesque eius, maximè dæmones, eiician-
tur fōras. *Fiat voluntas tua* id est, omne præceptum tuum ac
beneplacitum custodiatur, seu impleatur *Sicut in cœlo* hoc Psal. 25.
est in beatis & comprehensoribus, *Et in terra* id est, in via-
toribus, hoc est, da gratiam per quam nos in hac valle de-
gentes, tibi tam promptè, reuerenter ac purè obediamus, si
cut beati in cœlo viuentes, quantum nostra fragilitas hoc C
permittit, videlicet vt corpore & anima tibi in omnibus pa-
reamus. *Panem nostrum supersubstantialem*, id est, Christum
vere supersubstantialem, & tibi consubstantialem qui ait, Ego
sum panis viuus, qui de cœlo descendi, hoc est panem sa-
cramentalem, *Da nobis hodie* vt hoc cibo spirituali ac sa-
luberrimo quotidie sustentemur ac roboremur, suscipiendo
eum sacramentaliter & spiritaliter vel spiritualiter solum.
Vel supersubstantialem, id est, præcipuum secundum Hiero-
nymum, hoc est, panem vitæ & intellectus. Panem animæ
Panem gratiæ, & obedientiæ De quo dicitur, Meus cibus
est vt faciam voluntatem patris mei. Vel certè, vt dictum

D est, Panẽ eucharistiæ, quẽ Dionysius supersubstantialem appellat. Lucas dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis, id est, quo indigemus quotidie, scilicet ad sufficientiam alimenti, *Da nobis hodie*, vt licet iam panem pro multis diebus sufficietem habeamus, nihilominus cibum corporalem cum gratiarum actione, & sobrietate quasi de manu tua accipiamus: hoc est quod in Prouerbiis petitur, Tantum victui meo tribue necessaria. Et *dimitte nobis debita nostra* id est peccata & pœnas quas peccando meruimus *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, qui nos offenderunt, & emendare tenemur. Qui igitur non ignoscit, contra se orat. Aliqui verò dicunr se culpam dimittere, non pœnam, quam secundum viam iustitiæ proponunt inferre. Qui tales sunt, videant quomodo deus eis pœnas debitas relaxabit. Non tamẽ sed per dimittenda est pœna, præsertim à prælato vel iudice, quia non expediret delinquenti. Si autem homo quantum in se est mallet pœnam clementer dimittere quàm iustè vlcisci, nisi fraterna charitas & ordo iustitiæ aliud flagitarent, profitest securè deum orare prò pœnæ relaxatione. Et *ne nos inducas in tentationem* Secundum Iacobum deus neminem tentat, loquendo de tentatione hostili & deceptoria, quæ ordinatur ad malum tentati: tentat tamen electos tentatione probationis & exercitationis, quæ ordinatur ad purgationem & perfectionem tentati. Probat autem seu tẽtat, non vt sciat aliquid innotescat, sed vt homo purificetur & aliis ostendatur, atque seipsum cognoscat. Vnde locutus est Moyses Recordaberis itineris, per quod adduxit te dominus, vt affligeret te atque tentaret, & nota fierent quæ versabãtur in corde tuo. In Exodo quoque legitur, Vt probaret vos deus, venit, vt terror illius semper in vobis sit. Sic & Christus tentauit Philippum. De qua sancta tentatione in Sapientia legitur, Deus tẽtauit iustos, & inuenit illos dignos se. De qua Iob contestatur, Probauit me dominus quasi aurũ quod per ignem transit, Non ergo petimus non induci in hãc tentationem, non enim directe inclinat ad culpam Ideo dicit Psal. proba me domine & tenta me. Et in Iudith habetur. Illi qui tentationes non susceperunt in timore domini, & impatientia sua exterminati sunt. Tobiæ quoque tentato angelus affirmauit, Quia acceptus eras deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Nihilominus orare debemus deum, vt præstet nobis gratiam patientiæ atque constantię in tentatione huiusmodi. De alia verò tentatione iam dicta, quæ est ab hostibus animæ, scilicet mundo, carne & dæmone, petimus vt non inducamur in eam per consensum, quãuis ipsa inducatur in nos per impugnationem. Imbecilles quoq; & imperfecti suam infirmitatẽ scientes, quandoque vtiliter orant ne tẽtentur, propter vitandũ ruinæ periculum. Vel ne grauiter impugnentur. Tentatio autẽ huiusmodi dum ei non consentimus, est magni profectus occasio. Qui enim nõ est tentatus quid scit? Itaque, Et ne nos inducas in tentationem, ne opprimat nos, nec mergamur in ea, nec desinas nos supra vires tentari, sed da fortitudinem resistendi, & fac cum tentatione prouentum.

¶ Porrò viri perfecti orare possunt vt tententur vtroq; modo, qui cũ Apostolo dicere possunt, Quis nos separabit à charitate Christi? Et, Certus sum quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo domino nostro. Talibus quippe dicitur, Omne gaudium existimate fratres cum in diuersas tentationes incideritis. Vnde Hieremias orauit, Corripe me domine. In hãc malam tentationẽ inducit deus, permissiue, subtrahendo auxiliũ, iuxta quẽ modum dicitur induratus Pharaonem, Seon & Og, & quomodo dicit Apostolus, Mittet illis spiritũ erroris vt & credãt mendacio. *Sed libera nos a malo.* Hoc est, ab omni incendio & occasione peccati, à malis pœnalibus propter originale peccatũ inflictis, ab omni periculo, & salutis obstaculo. *Amen.* id est, fiat. ¶ Hæc dictio amen est hebræa, quã nec Græcus nec Latinus interpres trãstulit, propter reuerentiam eius, eo q; Christus totiens vsus est ea. Est aũt orationis signaculum fructuosum, & animi recollectiuum. Dicẽdo enim, Amen, anima summatim fertur ad omnia præinducta, & renouatur affectio impetrandi: sicque oratio cũ feruore finita, plenioriẽ sortitur effectum. ¶ Postremò, de huius dominicæ orationis perfectione, & septẽ petitionũ in ea cõtentarũ cõgruentissimo ordine dicit Thomas hoc modo, Oratio dominica omnino perfectissima est: quia non solũ continetur in ea quicquid orandũ est, sed etiã eo ordine quo petenda sunt. Ita quòd ipsa est informatiua totius nostri affectus. Primò enim cãdit in desiderio animæ ipse finis. Deinde media ad finem. Finis autem noster est deus, ad

Ioan. 6.

D quem dupliciter tendimus. Primò, desiderando gloriam dei, quantum ad ipsum, videlicet, vt ipse honorificetur in omnibus, quod procedit ex charitate qua diligimus deum in seipso, & ad hoc pertinet prima petitio qua dicitur, Sanctificetur nomen tuum. Secundò, prout desideramus perfrui gloria dei, quod oritur ex charitate, qua nosipsos in deo diligimus, ad quod spectat secunda petitio, Adueniat regnum tuu. Ad hoc autem finem ordinat, seu adducit nos aliquid dupliciter. Primò per se, & hoc rursus dupliciter, scilicet principaliter & directè, vt sunt opera virtuosa quibus meremur, ad quod respicit petitio tertia, Fiat voluntas tua. Secundò instrumentaliter, vtpote cooperãdo seu adiuuando ad opera bona, quod facit
E alimentum, & hoc quærit quarta petitio, Panem nostrũ quotidianum. Secundò, ordinat nos aliquid ad finem prædictum per accidens, scilicet remouendo prohibens, siue impedimentum salutis consequendæ, quæ est noster finis. Sunt autè tria quæ nos à salute impediunt. Primùm est peccatum quod directè à fœlicitate excludit. Ideo quinta petitio est, Et dimitte nobis debita nostra, &c. Secundum est, tentatio à deo nos retrahens. Propter quod sexta petitiõe oramus, Et ne nos inducas, &c. Tertium est præsens pœnalitas, quæ vitæ sufficientiam impedit. Ideo septimò petimus, Sed libera nos. &c.

¶ Harum septem petitionum, tres primæ nunc impleri incipiunt, in patria verò perfectè implentur. Aliæ quatuor ad præsentis vitæ necessitatem atq; miseriam pertinent, secundum Augustinum. Sed quia militia est vita hominis super ter-
F rã, nec à pœnalitatibus originalis peccati liberamur in seculo isto, videtur quod etiam duæ vltimæ impleantur in patria, in qua neq; tentatio locum habet, neq; pœnalitas. ¶ Hanc igitur sacratissimam orationem ex diuinæ ac sempiternæ sapientiæ fonte immediatè manantẽ deuotissimè proferamus, & tantò deuotius quãto frequentius, nec frequentia incurrat pariat atq; fastidium, sed eam sæpius iterãdo, crescamus semper in eius effectu, seu gratia per quam ardentius solito repetatur. Noui fratrem, qui vt hanc orationem attẽtius diceret, quamlibet eius petitiunculam ad digitum manus per ordinem legit. Quod autem harum septem petitionum, quinta videlicet, Dimitte nobis, sic maximè attendenda propter pactum, quod in ea cum domino facimus, constat per hoc, quod hanc solam Christus quasi exponendo prosequitur. *Si enim dimiseritis*

seritis, Tanquam dicat, rectè docui vos sic orare, & merito A sic oratis, Dimitte nobis debita nostra. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum in vos commissa vel omissa. *Dimittet & vobis pater cœlestis delicta vestra* in eum patrata, *Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester* cœlestis, *Dimittet vobis peccata vestra*. Hoc inferius magis tractabitur, & ex præhabitis patet. Tenemur enim omnes, etiam persecutores diligere. Vnde in Eccles. dicitur, Qui vindicari vult, à deo inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et in lib. Iudicum, Sicut feci, ita reddidit mihi dominus. Quæritur, quomodo homo quicunque offensus offensori peccata dimittere possit, cum scriptum sit, Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Dicendum, B quod solus deus dimittit peccatum simpliciter per gratiam, Marci. 2. tollendo maculam culpæ, relaxandoque pœnam, quæ secundum diuinam æquitatem peccato debetur. Homo autem dimittit peccatum quodammodo, id est, quantum ad iniuriam, seu offensam sibi illatam. vel quoad satisfactionem sibi debitam. Matth. 8. Eccle. 28.

¶ Declaratio residuæ partis.

ARTICVLVS XIIII.

C *Vm ieiunaueritis nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Ieiunium est actus abstinentiæ, quæ est pars temperantiæ. Est enim ieiunium moderata alimenti cadentia, & ordinatur ad multa, præsertim ad quatuor, vtpote ad concupiscentiæ refrenationem, ad contemplationis puri C tatem, ad culpæ emendationem, ad virtutum & gratiæ adeptionem. Vnde cantatur, Qui corporali ieiunio vita reprimit, mentẽ eleuas, virtutẽ largiris, & præmia. Cum ergo ieiunium sit actus virtutis, ad dei duntaxat honorem fieri debet, non ad ostentationẽ inanem: ideo ait Saluator. Cum ieiunatis, vosipsos corporaliter affligendo ex parsimonia victus, nolite fieri, id est, non solũ non sitis, nec efficiamini, sed nec copiatis esse vel fieri sicut hypocritæ tristes. Hoc quod ait, Hypocritæ tristes, legi potest diuisim & coniũctim. Diuisim sic, Nolite fieri tristes in corde, vel apparatu, sicut hypocritæ tristes sunt, vel corde vel apparatu. Coniunctim sic, Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. i. non efficiamini similes hypocritis tristibus simulando mœrorem in vultu quasi ex magna deuo-

D gna deuotione. *Exterminant enim* id est, extra conuenien-
tem dispositionē, seu naturalem ac solitum terminū ponun-
Facies suas pallorem, attenuationē seu maciem assumēdo p
vultu. Secundū diuersas enim animæ affectiones facies fac-
lē immutatur. Quemadmodū ergo Hester regina tristē an-
mum cælauit vultu iucundo: sic hypocritæ inanem animu-
cælant facie mœsta. Aliqui autem hypocritæ ieiunant, vt fi-
ciem macilentam, pallidamq; acquirant: & sic sancti ac ieiu-
nantes putentur. Aliqui verò non ieiunant, & tamē ficta ex-
terminatione vultus ieiunare se simulant. ¶ Sunt enim qu
tuor species hypocrisis. Prima, qua homo se fingit habere
facere quod non habet nec facit. Secunda, cū bona facit pr
pter inanem gloriam. Tertia, cum mala bonis obumbratio
E bus depinguntur ac palliantur: vnde infra habetur. *Væ vo-*
Matt. 23. *bis qui similes estis sepulchris dealbatis*. Quarta, cum hom
simulat se velle latere, & tamen hoc facit vt videatur nec h
pocrita, sed humilis reputetur. Ecce q̄ infœlicissimum, vi
Iob. 36. & contēptibile est genus hypocritarum, de quibus merito
citur, Simulatores & callidi prouocāt iram dei. Deus nanq
est ipsa veritas: totum ergo negotium hypocritarum falsita
innititur. Exterminant igitur facies, *vt pareant* id est, v
deantur *hominibus ieiunantes*, non ad ædificationem intue
tium, sed ad propriam laudē. *Amen dico vobis, quia receperu
mercedem suam* quæ modica est. Quoniam gaudium hypo-
Iob. 20. critæ instar puncti. *Tu autem cum ieiunas*, consuetudo scri
pturę est, sæpe mutare personam, tempus, vel numerū, sic po
F do à plurali ad singulare descenditur. Tu autem ô fidelis qu
cunq; sis ille, cum ieiunas, *Vnge caput tuū, & faciē tuā lau*
i. syncerū vultum prætēde, & festiuus ac hilaris esto, *Ne v
dearis hominibus ieiunans*, id est, vt vanam gloriam fugias
1. Tim. 6. *Sed patri tuo* cælesti *Qui est in abscondito*. i. inaccessibilem
Esaię. 42. lucem inhabitat, & incomprehensibilis est. Quemadmodu
Esaias testatur, Vere tu es deus absconditus, deus Israel. Pos
Psal. 7. nempe tenebras latibulum suum, vel qui est. i. habitat in ab
Hierony. scondito, id est, in corde humili, latere optanti: non in mani
festo, id est, in animo vano apparere volenti, secundum Hie-
ronymum, Christus loquitur secundum morē prouinciæ Pa
læstinæ, in qua diebus festis homines capita vngunt: ficq;
per capitis vnctionē & faciei lotionem, insinuatur celebrita
quædam, seu gaudium vultus. In omni enim opere virtutis
lætandum

lætandum est, præsertim cū dicat Apostolus, Gaudete in do- A
mino semper. Potest quoque p r caput, mens: per faciem, cō
scientia, designari, vt sit sensus, Vnge caput tuum. i. mentem
tuam spirituali iucunditate perfunde, de qua ait Psalmista,
Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Est enim oleum prauū,
de quo scribitur, Oleū peccatoris nō impinguet caput meū.
Et est oleum bonū, de quo in Cāticis, Oleum effusum nomē
tuum. i. dulce, clarum ac delectabile, quemadmodum oleum.
Hoc oleū non cōpetit hypocritis, iuxta illud, Nūquid hypo-
crita poterit in omnipotenti delectari? & faciem. i. conscien
tiam tuam laua ab intētione corrupta, omniq; macula, prout
per Hieremiā cōsulitur. Laua à malitia cor tuū, vt salua fias.
Et Esaias inquit, Lauamini, mundi estote, auferte malum co-
gitationū vestrarū. *& pater tuus* cœlestis, *qui videt in ab-* B
scondito. i. intima cordis agnoscit, & in abscondito facta bo-
na accepta, approbādoq; inspicit. Hoc modo deus non videt
inaniter facta in manifesto, iuxta quod Sapiens ait, Nō respi-
cit dominus in oblatione iniustorū. *Reddet tibi* salutarē ef-
fectū ieiunij, & præmiū copiosum, videlicet indulgentiā, con
cupiscentiarū mitigationē, cōtēplationisq; gratiā. Deniq; q
ieiuniū mereatur diuinæ sapiētiæ illustrationem, patet in Da
niele, Anania, Asaria & Misaele, quibus deus præstitit sapien
tiam & scientiā propter abstinentiā. Meretur & precum ex-
auditionē, sicut ad Danielē Angelus loquitur, Ex die quo po-
suisti cor tuum vt affligeres te in conspectu dei tui, exaudita
sunt verba tua. Tāta nempe est virtus ieiunij, vt de pessimis
dæmonibus Christus dicat, Hoc genus dæmoniorū in nullo
potest exire, nisi in oratione & ieiunio. ¶ Sed quoniā parū C
prodest abstinere à cibis, nisi abstineatur à vitijs, prout domi Marci. 9.
nus asserit, Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.
Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis. Nunquid hoc est ieiu
nium quod elegi? Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi? Dis-
solue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimētes.
Et rursus, Quoniā ieiunij tres sūt comites. s. eleemosyna, hu-
militas, & oratio: vnde in Tobia legitur, Bona est oratio cū
ieiunio & eleemosyna. Ideo cōsequēter Christus docet vitia
extirpare, auaritiamq; vitare per eleemosynarū largitionē.
Nolite thesaurizare vobis id est, immoderatē colligere, *The-* Deut. 10.
sauros id est, temporales diuitias naturales, vt sunt blada
gemmæ &c. vel artificiales, vt sunt pecuniæ, vasa & ve-
stes,

D stes, *In terrâ*, id est, in seculo isto, vbi non habetis manentē locum, sed peregrini & aduenæ estis: iuxta illud in Psalmo. Ne sileas quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Vnde in libro Paralip. Dauid fatetur, Peregrini sumus coram te domine, dies nostri quasi vmbra sunt super terrā, & nulla est mora, *Vbi ergo*, id est, rubigo Et *tinea demolitur*, id est, corrūpit diuitias seu thesauros, *Et vbi fures effodiūt* Domus vel loca in quibus occultantur thesauri Et *furātur* eos. Thesaurus enim est vel de metallis: & hūc demolitur rubigo: vel de vestibus quē destruit tinea, vel de lapidibus, quē subtrahunt fures. Hinc scriptum est, Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs, quæ aduenient vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum vestrū & argentum vestrum erugo nauit, & erugo eorum in testimonium vobis erit. Hāc thesaurizationē, seu auaritiam grauissimè damnat scriptura. Dicit enim Apostolus, ꝙ auaritia sit idolorū seruitus, omnium quoque malorum radix sit cupiditas. Et, Qui volunt (inquit) diuites fieri, incidunt in tentationes & laqueum diaboli. Sapiens quoque ait, Auaro nihil est scelestius, & nihil est iniquius, quām amare pecuniam. Hic enim animam suam habet venalem. Cum enim temporalia ad spiritualia ordinantur, habent rationem instrumenti ac medij, ideo non sunt amplius appetenda vel exquirenda, quām ad spiritualia bona adipiscenda, augenda, seu conseruanda prosunt & conferunt. F Propter quod dicit Apostolus, Habentes victum & quibus tegamur, his contenti simus. Veruntamen thesaurizatio procedens ex causa honesta & nemini nocens, atque ad pium finem relata, non est illicita, neque his verbis prohibita. Thesaurizate autem, id est, copiosè colligite, & prudenter reponite *Vobis*, id est, ad vestram salutem *Thesauros*, id est, acumulum operum meritoriorum, *In cœlo* empyreo, id est, ad hunc finem, vt ad cœlestem perducamini mansionem, committendo opera vestra bona deo, & mercedem ab eo tantum quærendo. Hoc est quod Apostolus moner, Diuitibus huius seculi præcipe, non sublimè sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, diuites fieri in operibus bonis, thesaurizare sibi fundamentū bonum in futurū, vt apprehendant veram vitam. Auari autem & diuites qui in terra, non cœlo thesaurizāt, experiētur verum esse quod in Iob scribitur, Diues cum dormierit, nihil secum auferet, apprehēdet eum quasi aqua inopinata, Deniq; quidā thesautizāt sibi in inferno, sicut affirmat Apostolus, Secundum duritiam tuā & impœnitens cor tuū thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Tales sunt peccatores in peccatis assiduis, de quibus propheta, nescierunt (inquit) facere rectū, thesaurizantes impietatē. Peccator enim adiiciet ad peccandum. Vbi neq; erugo, neq; tinea demolitur thesauros, & vbi fures non effodiūt neq; furantur. In regno enim cœlorum nihil esse potest nocium aut corruptiuum, iuxta illud, Non intrabit in illam ciuitatem aliquid coinquinatū, nisi qui scripti sunt in libro vitæ. Propterea verò in cœlo thesaurizare debes ò quilibet Christiane. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi & cor tuum.* Thesaurus nāq; est quod præcipue amatur, colligitur & custoditur. Vbi ergo thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, nō per essentiam, sed per affectum, intentionem atq; memoriam. Per cor enim desiderium & cognitio cordis exprimitur. Quod ergo magis amatur, hoc frequentius cogitatur. Ideo thesaurizantes immoderate in terra, conuersationē non habent in cœlo: neque cor supernis ac diuinis intentum, sed in sensibilibus pressum & miserabiliter occupatum. Sed quoniam Christianus oculū mentis semper ad cœlum, tanquā ad patriam erigere debet, incumbit ei thezaurizare in cœlo spirituales diuitias merito rum quas in die mortis inueniat, edat, & fine fine possideat. *Lucerna corporis tui, est oculus tu⁹*. Nō de oculo exteriori, neq; de corpore naturali intelligendum est hoc. Subditur enim. *Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidū erit, &c*, Oculus enim exterior nō proprie dicitur simplex vel nequā, sed sanus vel infirmus. Et quanuis aliquo modo simplex dici possit, non tamen propter eius simplicitatem, id est, custodiā totum corpus naturale lucidum erit, id est, bonis actibus ornatū, & à carnalibus vitiis incontaminatū. Potest enim contingere, vt propter incustodiā tactus vel gustus maculetur, quemadmodū & in cæcis. Intelligendū est ergo de oculo interiori & corpore mortali: vt sit sēsus, Lucerna, id est, illuminatrix atque directrix corporis tui, id est, totius operationis tuæ seu vniuersitatis & cōgerieioperū tuorū licitorū, est oculus tuus, id est, ratio illuminata, vel intentio recta, quæ dirigit animā in ageda sicut lucerna illuminat hominē in eundo. Si fuerit oculus tuus simplex, id est, ratio non peruersa, & inten-

Pſal. 28. 1. Para. 19. Iaco. 5. Iob. 27. Rom. 2.

D intētio bona, totū corpus tuū, i. omne opus tuū, lucidum erit, id est, splendore virtutis ornatū & purū. *Si autē oculus nequā fuerit*, id est, intentio obliqua, & ratio errabunda, *Totū corpus tuū* congeries operū *Tenebrosum erit*, id est, vitiosum & maculatū. Quāuis ipsa ex genere bona sint & præcepta, vt dū quis vadat ad missam, vt videat mulierē, vel præstet eleemosynam, vt videatur ab homine. Intētio enim imprimit speciem moralitatis operatiōi, & à fine maximè pēdet bonitas & malitia actiōis. ¶ Intētio verò & finis est duplex, videlicet cor respondēs, connaturalis, seu proportionatus operi. De quo fine & intētione nunc agitur. Alius est finis & intētio improportionate se habēs ad actum, sed solū ex parte operātis concipitur, & sic ex se mala non possunt fieri propter finē bonū,

E seu bona intentione, loquēdo de fine & intētione primo modo acceptis: sed fieri possunt bono fine & bona intētione, secūdo modo. Hoc tamen nō sufficit ad operis bonitatem, vt quis occidat aduersariū suū, quatenus illo occiso, pacificē vi-
uat. *Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt*, id est, si ratio tuę debuit alia illustrare, (quia signatum est super eam lumen vultus diuini) tenebris ignorantiæ & peccati fuscatur, ipsa quoq; intentio peruertatur, *Ipsæ tenebræ quantæ erunt*. i. affectiones carnales & operationes iniustæ quàm impiæ erunt. Erunt quippe dupliciter vitioſę. Primò, quia in se malę sunt. Secūdò, quia ex praua intētione procedūt. Consequēter ponit saluator rationē non thesaurizādi in terra, seu contēnendi superfluitatē temporaliū diuitiarū. *Nemo potest duobus de-*

F *minis* non subordinatis, sed contrariā voluntatē habentibus. *Seruire* videlicet deo & mūdo, deo & carni. Propter quod dicit. Apost. Si hominibus placerē, Christi seruus nō essem. Dominis verò subalternatis atq; cōcordibus, potest homo simul seruire, ac obedire, videlicet deo & eius vicarijs: imò qui vni eorū repugnat, reluctatur & alteri, sicut ait saluator. *Qui vos*

audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. *Aut enim vnū odio habebit*, quantū ad id quo cōtrariatur alteri, *Et alterū diliget*, eū videlicet cui ex animo seruit. iuxta quod dicit Apost. Serui diligite dominos vestros, non ad oculū seruiētes quasi hominib⁹ placētes, sed ex animo, *Aut vnū sustinebit*. i. eū cui seruit, & si nō diligat, tamē tolerabit eū, & iugo ei⁹ subiicietur se, *Et alterū contēnet*, videlicet eū cui non seruit neq; obedit. Non dicit, Aut vnū diliget, & alterū cōtemnet: quia interdū non

non diligit eum cui deseruit, & tamē sustinet eū, quasi durum dominū, vt patet in his qui dæmoni seruiunt, quem non diligunt. Itē nō dicit, & alterū odio habebit, sed cōtemnet, videlicet deum: quia secundum Augustinū, etiā illi qui nō seruiūt deo, non odiunt eū, sed spernunt, dum quasi de eius bonitate securi sunt. Dicit enim Augustinus, Nullius ferè conscientia deum potest odisse. ¶ Sed videtur contrariū q̄ de Iudęis ait Christus, Nunc autē viderunt & oderunt me & patrē meum gratis. Et Psalmista, Nónne qui oderunt te domine oderam? Et rursus, Superbia eorū qui te oderūt ascendit semper. Dicē dum, q̄ considerādo deū secundum se, & vt causam rerū, nemo eum odit. Considerādo verò eum ut prohibitorem & punitorem delectationū ac delectabilium, multi odiunt ipsum. *Non potestis deo seruire*, id est, vere & obedientialiter subditi esse. *Et māmonæ*, id est, diuitijs seu dęmoni de auaritia tētantibus ac transitorijs, qui verò diuitijs seruit, præfert caduca cœlestibus. Diuitijs nanq; seruire, est inordinato earum affectu ligari, in eis finem ponere, cupiditēque vitio superari atq; subesse. A quo autem quis victus est, huiⁿ⁹ & seruus est. Vnde Saluator ait. Omnis qui facit peccatū seruus est peccati. Talis potius possidetur & regitur à diuitijs quàm regat & possideat eas. *Ideo dico vobis* discipulis meis, qui ad perfectionem tendere festinatis. Talibus enim præcipue loquitur Christus in sequentibus, quanuis ad omnes Christianos aliquo modo pertineant. *Ne soliti sitis*, id est, inordinatam & anxiam curam habeatis *Animæ vestræ*, id est, vitæ animali, alimoniis

C indigenti, vel vobisipsis, vt ponatur pars pro toto, scilicet anima pro homine. *Quid manducetis*, id est, de cibo & sustentaculo vitæ, sub quo intelligitur potus, *Neque corpori vestro* solliciti sitis hoc modo, *Quid induamini*, id est, de vestitu. Superflua autem solicitudo circa huiusmodi appellatur, quando homo in tantum circa talia adipiscend a occupatur, quòd à spiritualibus debitis impeditur, vel talia abundantius quæritur, quàm necessaria sint. De solicitudine tali Salomon loquitur, Expectatio solicitorum peribit. Porrò solicitudo ordinata & rationalis vocatur, qua homo secundum exigentiam sui status quærit necessaria vitæ præsentis in ordine ad spiritualia, talisque solicitudo est pars prudentiæ. Hanc nō habere, esset deū tentare, vel ignauiter se habere

Præ-

D Prædictam verò superfluã solicitudinem nõ esse habendam probat Saluator multiplici ratione & exemplo. Et primo per locum à maiori. *Nonne anima plus*, id est, præstantior, *quàm esca* corporalis, *Et corpus* nonne plus, id est, dignius *Quam vestimẽtũ*? Vtiq;. Qui ergo sine vestra solicitudine sua liberalissima bonitate largitus est vobis animã & corpus alimentũ quoq; & vestitum præstabit sine immoderata solicitudine vestra. Ipsi enim cura præcipua est de rationali creatura. Deinde ponit aliam rationẽ ad idem sumptam ex consideratione irrationabilium creaturarum *Respicite*, id est, pienter attendite *Volatilia cœli* aerei, quæ dicũtur volucres cœli, quoniam volant in aere, qui infimum cœlum vocatur.

E *Quoniam non serunt, neque metunt, neque cõgregant* fructus *horrea*. Omnia enim hæc sunt opera rationis, quæ illis conuenire non possunt. Videmus tamen, ꝙ multæ aues congregant victũ in nidos. Quemadmodum ergo volatilia pergunt ad grana, & colligũt ea secundum naturalem instinctum, sic hominibus committitur labor & prouidentia, non solicitudo inquieta vel auaritia *Et pater cælestis pascit ea* per causas secundas. Nã opus naturæ & intelligentiæ est opus primæ cause. Vnde in Psal. cantamus, Qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum vocantibus eum. Et Iob ait, Qui præparat coruo escam, quando pulli eius clamant ad eum vagiẽtes, eo quòd non habeant cibos. *Nonne magis vos pluris*, id est, maioris dignitatis ac prætij *Estis illis*? volatilibus, & per consequẽs magis vobis prouidebit. In tantũ siquidem maior cura

F est deo rationabilibus quàm irrationabilibus creaturis, vt dicat Apostolus, Nunquid cura est deo de bobus? *Quis autem strum cogitans potest adiicere ad staturam suã cubitũ vnũ*? id est, cum nemo ex vobis possit cogitando, seu alio modo augere staturã seu quãtitatem corporis sui magnitudine vnius cubiti, sed deus dat vobis debitã quantitatem, patet ꝙ etiã de alimento sufficientiã tribuet & de vestitu. Ideo subditur. Et *vestimento quid* (id est, cur) *soliciti estis*? modo præfato. Quos autẽ solicitari non debeant, pandit exemplo inanimatorum. *Considerate lilia agri*, id est, quæ in agris nascuntur, *Quemodo crescunt, Non laborant neq; nent* pro adeptione naturalis decoris, seu quãtitatis: & tamẽ speciosissimè vestiũtur seu adornatur à deo in colore & superficie. Ideo subditur. *Dico vobis quoniam nec Salomon*, qui erat rex ditissimus, valde potens, in vestibus atq; ornatibus suis & ministrorum suorũ plurimũ gloriosus. Propter quod regina Saba vidẽs vestes seruorũ eius, nõ habuit spiritũ, *In omni gloria*, id est, præclara ac splẽdida indutione sua *Coopertus est*, id est, tam speciosè vestitus est, *Sicut vnum ex illis* liliis agri. Quæ enim purpura regũ, quæ tinctura artificum æquari poterit pulchitudini florum? Ars nanq; humana imitatur naturam, sed non adæquat eam, sed nec natura adæquat artem diuinam & exemplarem, quãuis eam aliqualiter imitetur. *Si autem*, id est quia, *Fœnum agri*, id est, herba, *Quod hodie est, & cras*, id est, cito post hæc vel die sequenti, *In clibanum mittitur* ad comburendum, *Deus sic vestit*, id est, ornat viriditate seu alia specie & pulchra superficie. *Quanto magis* deus vestiet *Vos modicæ fidei*? id est, qui de diuina prouidẽtia imperfectam fidem habetis, & ob id tam immoderatam solicitudinem de necessariis acquirẽdis habetis. *Nolite ergo soliciti esse* cum inquietudine mentis impediente pacem internam & libertatẽ cordis in deo, *Dicentes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur*? *Hæc enim omnia*, scilicet cibum, potum, & vestimenta, *Gentes inquirunt* cum solicitudine animi, id est, gentiles qui diuinam prouidentiam vel non attendũt vel negant, præsertim quantum ad hęc inferiora, putantes non agnoscere distincte neque curare actus humanos, neque hæc corruptibilia prouidenter disponere, iuxta illud in Psalmo. Et dixerunt, quomodo deus sit deus, & si est scientia in excelso? Iob quoque dicit, An cogitas, quod deus excelsior cœlo sit, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat? In persona talium dicitur per sapientem, Aestimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ ad lucra compositam, & oportere vndecunque acquirere. Cur autem hæc Christianis cum solicitudine inquirenda nõ sint, subditur. *Scit enim pater vester cœlestis*, æternus & adorãdus, cuius ineffabilis pietas, incõprehensibilisque dignatio, patet in hoc, quod à nobis vermiculis pater vocari dignatur, imò & præcipit, sicut infra inducitur, Patrem nolite vocare super terram. Sed attẽdendum est nobis, ne propter ingratitudinem & negligentiam nostram mereamur ab eo audire illud Esaiæ, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spræuerunt me. Et illud, Homo cum in honore esset non intellexit. Scit itaque pater, *Quia his omnibus* scilicet victu & indumento ac domo *Indigetis*. Nomine

Pfal. 146. Iob. 38.

1. Cor. 9.

1. Cor. 9.

Pfal. 72.

D enim indumenti seu operimenti etiam habitaculum vel
spitium insinuatur, de quo est maior solicitudo habenda,
de induméto. Ex præinductis infert magister vniuersæ
fectionis saluberrimum documentum. *Quærite ergo*,
contemplando, amando, & bene agendo adipisci studea
Primùm, id est, principaliter & ante omnia inferiora, Re
dei, id est, cœlestem patriam, vitam æternam, triumpha
ecclesiæ societatem, hæc bona à longe aspiciendo, salutá
& confitendo, quoniam peregrini & aduenæ estis super
ram: de quo regno scriptum est, Iusti accipient regnum e
ris, & diadema speciei de manu domini. Hoc regnum e
nis noster, ideo debet primo cadere in intétione, & quo
E prima ac summa occupatio nostra esse debet pro adipis
hoc regno. Quod quia adipisci non possumus, nisi obser
Psal.38. do mandata, idcirco post desideriũ huius finis statim quæ
Heb.11. re debemus, *Iustitiam eius*, id est, opera bona ac meri
quibus ad regnum perducimur. Hæc verò iustitia est, q
Christus iam docuit, de qua & professus est, Nisi abunda
rit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum
intrabitis in regnũ cœlorum. His autem æternis ac spiri
libus bonis digne quæsitis téporalia necessaria nobis nõ
erunt, si tamen saluti expediat. Vnde subiungitur *Et hæc*
Matth.5. *nia* ad victum & operimentum oportuna. *Adicientur*,
est, superaddentur *Vobis*, quasi bona accidentalia, m
principalia ac instrumentalia, sine quibus spiritualis cõ
F tio nequit subsistere. Primũ autem refertur ad secũdum,
hoc igitur, quod saluator docet regnũ dei & iustitiã eius
mo esse quærendã, innuit temporalia quoque secundario
quærenda, cum labore quidem, sed non cum solicitudine,
cũdum Chrysostomũ. Scriptum est enim, Labores manu
tuarum quia mãducabis, beatus es. Et Adæ dictum est, In
dore vultus tui (non in solicitudine) vescéris pane tuo. V
Apostolus, Ad ea (inquit) quæ mihi necessaria erant, m
strauerunt manus iste. Non ergo sic adiiciuntur, quod ho
Chryso. debeat ponere manũ suam in gremio suo, & nõ facere q
Psal.127. in se est. Sed nonne aliqui martyres ex fame extincti sunt
multi iusti maximas patiuntur penurias, sicut & Paulus p
pessum se asserit? Et respondendum, quod sæpenumero
trahuntur prædicta electis ad eorum probationem & cor
sius meritum. Saluator verò loquitur in communi. Deus

men ex causis sibi agnitis facit interdum aliter in particula- A
ri *solite ergo soliciti esse* inordinate, vt dictum est, *In cras*
num, id est, in tempus futurum pro temporalibus, quæ vo
bis tempore futuro necessaria erunt: sed agite quod ait Psal
mista, Iacta cogitatum tuũ in dominum, & ipse te enutriet.
Et princeps apostolici agminis, Omnem (ait) solicitudinem
vestram proiicientes in deum, quoniam ipsi cura est de vo
bis. Ideo Paulus homo quoque dicebat, Volo vos sine solici
tudine esse. Quanuis autem possit homo ordinatam habere
solicitudinem de prouisione temporaliũ, illa tamen nõ erit
nisi tempore congruo, Omnia enim, tempus habẽt: & cuili
bet negotio aptum tẽpus debetur. Qui ergo ante tẽpus so-
licitatur de temporali negotio, solicitus est in crastinum, si-
cut qui tempore hyemali occupatur pro messe seu frugibus
colligendis, Qui verò instante tempore messis moderatam
curam habet de fructibus congregandis, non solicitatur in B
crastinum, quia non præuenit debitum tempus. Crastinum
ergo hoc loco accipitur nõ solũ pro die proximo subsequẽ-
te, sed pro tẽpore futuro, sicque frequenter accipitur in scri
pturis. Vt cum ait Iacob, Cras respõdebit mihi iustitia mea.
Et Moyses, Cum interrogauerit te filius tuus, cras dicens,
&c. Sic in libro Iosue duæ tribus & semis dixerunt aliis filiis
Israel, Cras filii vestri dicent filiis nostris. Denique duæ ra-
tiones subtiles subduntur, cur non sit habenda solicitudo, id
est, pœnalis & anxia cura de crastino, quantum ad tempora-
lia. Quantum verò ad spiritualia debemus semper esse solici
ti de crastino, iuxta illud, Vigilate & estote parati, quia nesci
tis diem neque horam. Prima ratio est. *Crastinus enim dies so*
licitus erit sibiipsi, id est, propriam curam habebit, hoc est C
quocũque die futuro occurret vobis sufficiens solicitudinis
causa siue occasio, nec oportet solicitudinẽ miserabilẽ præ-
uenire, seu ante tempus erripere, Secunda ratio est. *Sufficit*
enim diei, id est, cuilibet tempori *Malitia sua*, id est solici-
tudo sua, quæ est malum pœnæ, & etiam malum culpæ in-
terdum. Hoc est, Sufficit homini omni die malitia pœnæ &
culpæ, multiplicesq; miseriæ occurrentes quotidie. Ideo nõ
oportet vno die admittere malum futuræ diei, ne vno die
duplex malum affligat. Vnde Apostolus dicit, Redimen-
tes tempus, quoniam dies mali sunt. Dicitur autem diei
malitia sua sufficere, & dies mala esse, non quod tempus

D in se prauum consistat, sed quoniã his qui in tempore huius seculi viuunt, multa mala occurrũt. Nam homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.

Caput Septimum, *Nolite iudicare, vt non iudicemini.*

ARTICVLVS XV.

N præsentis capituli exordio prohibet dominus iudicare, N*olite* (inquiens) *iudicare, vt non iudicemini.* Lucas dicit, & non iudicabimini. Et nonne vtrumque omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gesserit? Habet autẽ hic locus difficultatem præcipuã, propter diuersas authoritates scripturæ, quæ videntur ad verba, videntur cõtrariæ, Vbertim quippe adiudicandum inuitamur, imò iudicare præcipimur. Vt enim Apostolus dicit. Spiritualis homo omnia iudicat. Et rursus, Si nos, inquit, iudicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. Et tamen Neque meipsum iudico, Itẽque, Tu quis es qui iudicas? ximũ tuum? Et pene innumerabilia sunt loca scripturarum quædam prohibent, quædam iubent vel admonent care. ¶ Aduertendum ergo secundum Thomam, quod cium propriè sumptum est actus iudicis, inquantum modi. Iudex verò dicitur quasi ius dicens. Idcirco est determinatio iuris seu prolatio sententiæ. Iudicium est actus iustitiæ, tãquam habitus ad iudicandum idoneus clinantis: rationis verò seu prudẽtiæ, tanquam iudicium rentis. Iudiciũ itaque intantũ est licitum, inquantum stitia & ratione procedit. Tria verò requirũtur ad hoc iudicium de alio per modum sententiãtis sit licitum. Primo vt ꝓcedat ex habitu iustitię & ratione, nõ ex impetu nis. Qui enim in magnis peccatis sunt, iudicare non debent eos qui in eisdem vel minoribus sunt peccatis, secũdum sostomum. Secundò, vt procedat ex authoritate præsidis quia iudicare homo non debet nisi subiectũ. Tertiò, vt ferat secundum rectam rationẽ prudentiæ. Si primum rum defuerit vocatur iudiciũ iniustum & peruersum: si dum, erit vsurpatum, si tertium, erit suspicionosum & riũ, Nihilominus de manifestis & quæ bono animo queunt, iudicare permittimur vel iubemur, iuxta illud dite vobis à falsis prophetis, à fructibus eorum cognoscetis eos. Predicta ergo tria inordinata iudicia ꝓhibentur. niq; vt alii dicunt, multiplex est iudiciũ. Primum est iu-

discretionis, quod est meritoriũ, si cum circũstantiis debitis fiat, de quo per Hieremiã loquitur deus, Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meũ eris. De quo & in Iob asseritur, Nunquid qui nõ amat iudicium potest sanari? Vnde ait Psalmista, Recte iudicate filii hominũ. Aliud est iudicium mirabile, scilicet iudiciũ propriæ discussionis, de quo Apostolus loquitur, Si nosipsos diiudicaremus, &c. Et Psalmista, Ideo nõ resurgunt impii in iudicio, Iob quoque ait, Iudicium eligamus, & inter nos videamus quid sit melius. Tertiũ iudicium est tolerabile, vtpote iudicium diffinitionis de inexcusabilibus malis, Quartum est vtile, puta iudicium prælatis, secundum regulas iuris. Vnde Christus apud Iohannem præcepit, dicens, Nolite secundum faciẽ iudicare, sed iudicium iudicate. Quintum est iudicium inutile, scilicet suspitionis, tamen sine consensu rationis. Sextum est detestabile. quod fit quatuor modis. Primò, cũ fertur sententia de secretis cordis sine sufficientibus signis, Secundo, cũ dubia in peiorem partẽ trahuntur. Tertio, dum iudicatur de futuro hominis statu, Quarto cũ contra ius assumitur exequutio. ¶ Porrò secũdum Augustinũ, duo sunt in quib⁹ iudiciũ est vitandum: cum ignoramus quo animo aliquid factum sit, & cũ ignoramus qualis futurus sit, & qui peccauit. Et quoniam vnusquisq; quolibet momẽto potest à deo tãgi, cõuerti & emendari, propterea nunquã diffinitiue iudicare debemus personam alterius, seu statũ eius futurum. ¶ Queritur, An per suspitiones sit iudicandum. Dicendum quod suspitio est opinio mali de altero, ex leuibus causis cõcepta, & procedit ex tribus, Primo, ex malitia suspicantis, qui sibi de propria malitia cõscius, facile putat alios tales qualis est ipse. Secundo, ex malo affectu ad alterum, sicut qui alium odit vel ei inuidet, facilè suspicatur malũ de eo. Tales suspitiones sunt peruersæ, sicut & causę earũ. Tertio, suspitio ꝓcedit ex quadam experientia. Vnde secundũ philosophum secundo rhetoricæ, Senes sunt magis suspitiosi, tanquã aliorũ defectus magis experti, & ista suspitio minus culpabilis est, quoniam causa eius melior est, & ipsa propinquior est certitudini. ¶ Insuper, triplex est gradus suspitionis. Prim⁹, si quis ex leuibus signis de bonitate alterius dubitat. quod est veniale peccatum, pertinens ad tentationẽ humanam, sine qua præsens vita non agitur, & ex infirmitate procedit. Secundus gradus

Universidad de Deusto
Biblioteca

D est, quando ex leuibus signis firmiter æstimat alium esse pe-
uersum, quod est mortale peccatum, & est contra charit-
fraternam, & cõtemptum habet adiunctum, si malũ quod
alio existimat, sit de genere peccati mortalis. Tertiº grad
est quando ex leuibus signis proceditur ad punitionẽ alte-
us, quod est grauius aliis, & contra iustitiam: quanuis aute
dubia sint in partẽ meliorem interpretanda, quantũ ad qu
dam piam fiduciã (quoniam non debemus proni esse ad m
lè sentiendum de alio) tamen quando impendendum est r
medium cõtra animæ morbum, interpretanda sunt in pe
deteriorem, propter securitatẽ, nõ simpliciter diffinienda
sed de peiori timẽdo. Quàm autem peruersum sit prædic
illicitis modis de alio iudicare, innotescit ex plurimis loc
epistolarum Pauli, siquidem ad Romanos fatetur dices, to
excusabilis es ô homo, omnis qui iudicas. In quo enim al
E iudicas, teipsum condemnas, Et alibi: Tu quis es, qui iudic
alienum seruum? suo domino stat aut cadit, Itaq; *Nolite ma
care*, iudicio vsurpatorio, temerario, suspitioso, vel de incer
tis & cæteris modis inordinatis iam dictis, *Vt non iudicem
ni* iudicio reprobationis à deo, tanquam transgressores p
cepti de non iudicando. *In quo enim iudicio iudicaueritis*,
est, secũdum qualitatem meriti vel demeriti vestri, quod in
curritis iudicando benè vel malè, *Iudicamini* à deo qui re
det vnicuique quod meretur. Si ergo temerariè iudicatis,
sa temeritas vestra vobis nocebit, vosque dãnabiles facie
Et si rectè iudicatis, rectitudo vestra vobis proficiet. Intu
hunc sensum dictum est Petro, Omnis qui acceperit gladiu
F gladio perhibit, id est inquitate, quam facit gladium accipe
do, damnabitur, si non pœnitentiam egerit. Simili modo
ptum est in Genesi, Omnis qui effuderit sanguinem, effund
tur sanguis illius. Vniusquisq; enim peccatum in proprium
redundat authorem, Ideò in Prouerbiis dicitur, Iniquitates
suæ capient impium, & funibus peccatorũ suorum constrin
getur, Et Ecclesiastes, Qui fodit (inquit) foueam, incidet
eam, Et Qui dissipat sepem, mordebit eũ coluber. Et alio
loco, Facienti nequissimum consilium, super ipsum reuolu
tur Et *in qua mensura mensi fueritis*, id est secundum q̃ alijs
ceritis. *Remetietur*, id est, à deo retribuetur *Vobis* hoc e
secũdũ proportionem operis vestri ad alios, erit proporti
vestræ mercedis, Iudiciũ enim sine misericordia fiet ei, qu
non

non fecerit misericordiam. Qualem ergo vis deum esse tibi, A
talem te exhibe alteri. *Quid autem vides festucam in oculo fra
tris tui?* hoc est, Cur obseruas & pensas, paruum peccatum in
conuersatione vel corde proximi tui, iudicando eum, & ar-
guendo de minori excessu Et *trabem* id est, grande peccatum
In oculo tuo id est, in animo tuo seu vita *Non vides* Quasi di-
cat Saluator, Hoc irrationabiliter agitur. Charitas nanque
erit ordinata, vt à seipso incipiat homo, nec præsumat alium
increpare, iudicare, seu disciplinare, qui seipsum non purgat,
discutit, & emẽdat. Dicit enim Apostolus, Qui alium doces,
teipsum non doces, qui gloriaris in lege, per præuaricationẽ
legis deum inhonoras. Itaque si peccatum arguentis, seu iu-
dicis publicum est, & tamen iudicat aliũ, peccat peccato præ- B
sumptionis ac scandali: si verò peccatum eius sit abditũ, pec-
cat per præsumptionem. Propter quod dicit Ambrosius, Iu-
dicet de errore & culpa alterius, qui in seipso nõ habet, quod
iudicet, ne cũ de alio iudicat, in semetipsum ferat sententiã.
Scriptum est enim, Ex ore tuo te iudico serue nequam. Ve-
runtamen thomas affirmat, Quòd si peccatum prælati vel iu
dicis, sit occultum, & ne incumbat ei iudicare ratione iniun-
cti officij, potest cum timore & humilitate iudicare atque ar
guere. Cui concordat, quod alij dicunt, videlicet, quod si ar-
guens corde pœniteat, potest fratrem cum humilitate argue
re. *Aut quomodo* hoc est, qua ratione vel fronte, *Dicis fratri
tuo, sine* id est, permitte & sta *Eiiciam festucam de oculo tuo* id
est, paruum peccatum tollam à te, teque mundabo per infor-
mationem, increpationem, vel correptionem, Et *ecce trabs*, C
hoc est, magnum peccatum *In oculo tuo est* imò tua præsum-
ptione auges vitia tua priora. *Hypocrita* i. simulator sancti-
tatis, qui tuam malitiam pallias, nam aliorum parua mala re-
arguendo ostendis te immunem à vitiis, quod tamen non
est. *Eiice* per confessionem & pœnitentiam, *Primum* an-
tequam aliũ increpes *Trabem de oculo tuo* id est, magna pec-
cata à corde tuo, quemadmodum scriptum est, Quasi à facie
colubri, fuge peccatum, Et *tunc videbis eiicere* id est, illumi-
natus eris ad eiiciendum *Festucam de oculo fratris tui* tunc e-
nim non poterit tibi dicere, Medice cura teipsum. ¶ Circa
hanc literam dicit Chrysostomus, ✠ omnis sacerdos qui vult
docere populum, prius doceat seipsum: alioquin nec alium
reprehendat aut doceat, vt si iudicium dei nõ euadit, oppro-

Universidad de Navarra Biblioteca

D brium hominum non patiatur. Quemadmodum enim me-
cus ægrotus, argumentum suæ imperitiæ in proprio gesti-
corpore: sic prælatus iniquus seipsum non curans suæ stult-
tiæ iudiciū secum portat. *Nolite sanctum* hoc est, pura &
maculata mysteria fidei, profunda & secretissima Christian-
sapiētiæ vel sacramenta ecclesiæ *Dare* i. propalare seu u-
dere *Canibus* i. irrationabilibus & insanis hæreticis, vel e-
teris infidelibus, aut indoctis, impœnitētibus, & passionā-
hominibus, de quibus dicit apostolus, Videte canes, v. de-
malos operarios, videte concisionem, *Neque mittatis mar-*
garitas vestras hoc est, cœlestissima dona gratiarum vobis
cessa, *Ante porcos* id est, homines carnales, de quibus Pa-
lus, Malæ bestiæ (inquit) ventres pingues. Hinc Dionys-
E primo mysticæ theologiæ capitulo, ait ad Timotheum,
de ne quis indoctorum hæc videat, qui in sensibilibus de-
nentur. Isti omnino indigni & incapaces sunt prædictor-
bonorum. Quoniam teste Apost. Carnalis homo non per-
pit ea quæ sunt spiritus dei, stultitia enim est illi: Hoc
quod in Esaia habetur, Quem docebit dominus scientiam,
quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auul-
ab vbere. Hinc & Apostolus, Sapientiam (inquit) loqui-
inter perfectos, *Ne forte cōculcent eos pedibus suis* hoc est,
tellectu & affectu prædicta bona contemnant, irrideant,
condemnent *Et conuersi* non à malo ad bonum, sed à m-
in peius, vel corporaliter ad vos conuersi *Dirumpant* id
persequantur, impugnent vel occidant *Vos* Quoniam v-
F rò præinducta Christi præcepta ac hortamenta supern-
ralia sunt, & difficilia, quæ humana virtute obseruari nō p-
sunt, idcirco saluator inuitat ad fiduciam deprecādi pro
iutorio gratiæ per quam faciliter adimplentur. *Petite* à d-
quæ decēt, & verè salubria sunt, *Et dabitur uobis* quod p-
tis, si instanter petieritis, & pro vobis: quēadmodum ait S-
uator, Quicquid petieritis patrē in nomine meo hoc faci-
Quærite hoc est, diligenter inuestigate, & agite ea per qu-
oratio redditur exaudibilis, quæ sunt facere quod in se e-
disponendo se ad gratiæ postulatæ susceptionem, declina-
do, videlicet à propositio peccandi, & dando se ad obseru-
da præcepta. Vnde scriptum est, Si omnipotentem deprec-
tus fueris, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit
te. Et Christus ait, Scimus quoniam peccatores deus non a-
dit,

dit, sed si quis cultor est dei. Hoc est quod Salomon dicit, A
Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit Iohan. 9.
execrabilis. Et Iohannes, Charissimi, si cor nostrum, non re- Prou. 28.
prehendit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid pe- 1. Ioh. 2.
terimus, accipiemus. Ideo subditur: *Et inuenietis*. *Pulsate*,
hoc est misericordiam dei clamore sanctæ dilectionis, id est,
alto desiderio inuocate *Et aperietur uobis* ianua vitæ, the-
saurus pietatis diuinæ, id est, bonitas dei effundet se super
vos, & vestram precem admittet. Vel sic: Petite desiderādo,
quærite vocaliter exorando, pulsate bene viuendo. *Omnis*
enim qui petit à deo, modo prædicto *Accipit* quod precatur
vel aliquid melius *Et qui quærit, inuenit, & pulsanti aperietur*,
hoc est perseueranter & lachrymose aures diuinæ misericor
diæ flagitanti, tribuetur ingressus ad bona gratiæ in hoc se- B
culo, & ad bona gloriæ in futuro. Vnde Marci vndecimo le-
gitur, Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia acci-
pietis, & euenient vobis. In Ecclesiastico quoque legitur,
Quis inuocauit eum & despexit eum? Sed videtur contrariū, Eccle. 2.
quod ait de seipso beatus Iob, Clamo & non audis me, sto & Iob. 30.
non respicis me, mutatus es mihi in crudelem. Dicendum
quod hoc ideo dicitur, quoniam deus interdum dispensati-
uè differt exaudire preces fidelium, tuncque afflicto appa-
ret, quòd deus non attendat, neque exaudiat eum, & tali affe
ctu loquitur Iob. ¶ Tria autem requiruntur, vt oratio sit ex-
audibilis. Primò, vt petantur quæ ad salutem pertinent. Ideo
Paulus pro stimulo carnis auferendo, ter supplicauit & ex- C
auditus non est, quoniam magis erat ei expediens stimulum
illum manere in ipso, eo quod virtus perfectorum in infirmi
tate perficiatur. Secundò, vt perseueranter oretur. Tertiò,
vt pro seipso. Deus tamen quandoq; cito exaudit etiam pro
aliis. Quod autem deus neminem exaudire contemnat, pro 1. Co. 12.
bat Christus per locum à minori, & per exemplū patris ter-
reni. *Aut quis est ex vobis* hoc est, de numero vestro *Homo*
pater Quem si petierit filius suus famelicus. *Panem, nunquid*
lapidem porriget ei? pro pane, non vtique. Pater enim proui-
det filio de alimento, & sustentaculo vitæ *Aut si piscem petie*
rit filius Nunquid serpentem porriget ei? Pater, palam quod
non *Si ergo uos cum sitis mali* id est, non obstante quòd estis
peccatores, & ad peccata procliues. *Nostis* per operis exhi-
bitionem *Bona data* id est, vtilia pro sustentatione vitæ

Dare

D *Dare filiis vestis* carnalibus *Quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit* bona spiritualia & honesta, videlicet virtutes & gratiam *Petentibus se.* Ipse enim naturaliter bonus est, & omnino misericors, à quo plus habemus, quàm à patre carnali, videlicet animam immediatè. Idcirco incomparabiliter plus amat nos, & diligentius prouidet nobis, quàm pater carnalis. Et quoniam dictum est orationis effectum impetrari per impiam conuersationem, ideo Christus docet hoc impedimentum esse vitandum. *Omnia ergo quæcunque vultis* voluntate rationabili & discreta, *Vt faciant vobis homines* proximi vestri *Et vos facite eis* id est, Quemadmodum vultis vt vobis impendatur à proximis vestris consilium, auxilium & omne quod expedit: sic facite illis pro viribus vestris: hoc E est quod Tobias docet, Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne aliquando aliis facias. Aliqua autem irrationabiliter & contra legem diuinam volunt homines, de talibus non est nunc sermo. Cur verò Christus hoc dixerit, subditur *Hæc est enim lex & prophetæ* hoc est, Doctrinale moralis Mosaicæ legis ac prophetarum ordinatur, & tendit ad hoc, vt faciamus proximis, quod fieri nobis ab illis peroptamus. At quod reducitur illud. Non facere illis, quod nobis optamus non fieri ordinata voluntate. Istud est enim vnum primum principium naturaliter totum in agibilibus, ad quod naturaliter inclinat synderesis, ex quo deducuntur & eliciuntur reliqua præcepta ad proximum ordinantia hominem. Omnia ergo virtualiter, in ipso includuntur. ¶ Præterea Christus ostendit F rectam viam perducentem ad patriam *Intrate* id est, ad veram beatitudinem pergite *Per angustam portam* hoc est, per opera pœnitentialia, laboriosa, ac ardua, vt sunt ieiunia, abstinentiæ, disciplinæ, vigiliæ, & per cæterarum actus virtutum, videlicet per humiliationem, obeditionem, inimicorum dilectionem, continuam cordis custodiam: quæ omnia sunt angusta itinera, quoniam virtus est circa bonum difficile, & consistit in medio quod difficile est attingere. Nonne angusta via est nec ad dextram nec ad sinistram diuertere, regia via incedere, concupiscentias refrenare, passiones animi superare, odientem diligere, aduersanti benefacere? Hæc tamen est via perducens ad finem beatum. Ideo dicit Psalmista, Propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. ¶ Denique porta angusta Christus intelligi potest, qui asserit

Pſal. 83.

asserit, Ego sum ostium, per me si quis introierit. Per hanc A portam intrare, est Christi vestigia imitari, iuxta quod dicit, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Ioan. 10. crucem suam quotidie, & sequatur me. Sed & lex euangelica appellari potest porta angusta, & tanto angustior quanto perfectior, tãquam omnium vitiorum prohibitiua, supernaturalia iubens credi & fieri *Quia lata porta & spatiosa, via est quæ ducit ad perditionem* hoc est, æternam demnationẽ. Hæc lata porta spaciosaque via est in desideriis carnis ambulare, per vitiorum abrupta incedere, mundi vanitatibus inhærere, sine timore peccare, *Et multi sunt qui intrant per eam* id Matt. 23. est, qui taliter conuersantur. Multi enim vocati, & pauci electi. Stultorum quoque secundum Salomonem infinitus est Eccles. 1. numerus. Vnde in Osea habetur, Non est veritas, non est B misericordia, non est scientia dei in terra. Maledictum & homicidium, mendacium, furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. *Quam angusta* hoc est, multum stricta, & laboriosa est *Porta & arcta via* iam dicta *Quæ ducit ad vitam* æternam *Et pauci sunt qui inueniunt eam* Nam quanuis eis ostendatur, nolunt tamen per eam incedere. Quanuis autem per portam, & viam idem possit intelligi, possumus tamen per portam intelligere actus virtutum theologicarum: præsertim charitatis, cui directè correspondet præmium essentiale. De qua legitur, Hæc por- Psal. 117. ta domini, iusti intrabunt in eam. Per viam verò aliarum seu inferiorum virtutum operationes, quæ disponũt ad perfectum charitatis, per hoc quod auferunt passionum vitiorumque impetus. Itaque arcta dicitur via hæc, quoniam omnis qui vult deo placere, oportet in omnibus diuinæ voluntati, matri ecclesiæ & rectæ rationi obtemperare: quod non est parum difficile homini fragili ac mortali, in carne viuenti, quemadmodum Ecclesiastes inquit, Quid est homo Eccle. 2. vt sequi possit regem factorem suum? tamen dicitur nobis, Si quis totam legem seruauerit: offendat autem in vno, factus est omnium reus. Et, Nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit. ¶ Porrò, quoniam teste scriptura, Cum Iacob. 2. peruerso peruerteris, & qui tetigerit picem, inquinatur, ideo 2. Thim. 2. Christus docet societatem fallacium atque prauorum vitare, ne impediamur ab introitu regni. *Attendite* hoc est, vos- Psal. 18. ipsos custodite. *A falsis prohetis.* i. peruersis doctoribus,

hypo

D hypocritis, & fictis sanctis, *Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium*, hoc est, cum apparenti religione, & ficta maturitate seu vestibus abiectis ac religiosis. Vt enim decipiant simplices, 1. Cor. 11, simulant se iustos ac veros. Vnde Apostolus ait, ipse Satanans transfigurat se in angelum lucis, nō est ergo magnū, si ministri eius tranformentur velut ministri iustitiæ. De talibus Prophetis scriptum est, Visionē mendacē & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetāt vobis. Hier. 14. Vestimenta itaque ouium intelligi possunt corporaliter, ipsa corporis indumenta decentia, & spiritualiter opera virtuosa, vt sunt, ieiunia, orationes, quibus animæ adornantur, quorum imaginem simulatā assumunt isti prophetæ: atq; hæretici, *Intrinsecus autem*, id est, in anima, *Sunt lupi rapaces*, Actu. 10. E id est: rapacibus lupis similes, quia sub pelle seu veste ouina abscondunt, ac deferunt cor lupinum, desiderantes animas fidelium strangulare, inducendo eos ad suos errores. De talibus dicit Paulus, Scio quod post discessionem meam, intrabunt in vos lupi graues non parcentes gregi, A *fructibus* id est, ex operibus *eorū cognoscetis eos*, quales intrinsecus sint, quia si diligenter considerentur, inueniuntur vanè gloriosi, non humiles, sapientes in oculis suis, & proprii sensus nō veraciter patientes, sed pleni priuato amore, & aliquibus singularibus vitiis deformati. Hoc in omnibus hæreticis clarius. Operatio igitur arguit formam, quoniā qualis quisquis est, talia operatur. Nec diu potest quis ferre personam fictā, secundum Senecam, sed cito in suam naturam incidūt, quibus Seneca. F non subest veritas. Quod autem isti peruersi, non possunt opera veraciter bona producere, probat Christus per similem, *Nunquid colligunt* homines *De spinis vuas, aut de tribulis ficus?* Non vtique. Sic nec de cordibus prædictorum fallacium (qui propter suam crudelitatem, & passionū suarū aculeos, spinis ac tribulis comparātur) possunt boni fructus procedere: quibus & ficubus assimilantur, quoniam animam inebriāt atq; delectant. Huic similitudini consonat illud Iacobi, Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid potest ficus vuas facere, aut vitis ficus? *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit*, si tamen ordinetur ad fructificandum, & non potius ad alios vsus. Vel per fructum intelligitur omnis vtilitas ex arbore prouenies. *Mala autem arbor fructus malos facit*, Hæc principaliter de hominibus asseruntur

seruntur intelligendo per arborem bonam, rectam voluntatem, seu hominem iustum: per arborem malam, voluntatem peruersam seu hominem vitiosum. Bonus itaque homo inquantum huiusmodi, facit fructus bonos. & malus malos. A *Non potest arbor bona fructus malos facere*, inquantum bona, sic nec homo virtuosus vt talis, facere potest opera mala Potest tamen malus fieri & peccare, *Neque arbor mala* vt talis *Fructus bonos facere potest*, sic homo iniquus secundum quod talis, facere opera bona nō potest, quāuis possit fieri bonus, Loquitur ergo Saluator de arbore bona & mala formaliter, non materialiter. Vnde huiusmodi propositiones veræ sunt in sensu composito, & non in sensu diuiso. *Omnis arbor* hoc est, quilibet homo adultus, rationisq; compos, *Quæ non fa-* B *cit fructum bonum*, obseruando præcepta *Excidetur*. à consortio electorum, iuxta illud, Tollatur impius, ne videat gloriam dei, *Et in ignem* infernalem *Mittetur*. in iudicio particulari, quantum ad animam: in iudicio verò vniuersali, cum anima & corpore. Si ergo peccatū omissionis meretur ignē inferni, peccatum commissionis q̄ horribiliter punietur. Vn- Ioan. 15. de dicit Saluator, Omnem palmitem in me non ferentē fructum, tollet eum, & in ignem mittet. Ex his infertur intenta conclusio, Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Quod autem sine fructibus bonis nemo queat saluari, pandit Saluator subiungēs: *Non omnis qui dicit mihi* ex fide informi. *Domine, domine* sicut fatuæ virgines, *Intrabit in regnum cœlorum*, quia non sufficit nuda confessio oris. ¶ Sed videtur cō- C trariū illud Apostoli, Nemo potest dicere dominū Iesum, ni si in spiritu sancto. Et rursus, Corde creditur ad iustitiā, ore autem fit confessio ad salutem. Dicendum, quod Apostolus sumit dicere propriè, pro enūciatione intenta ac affectuosa, quæ exigit charitatem. Loquitur etiam de confessione oris, procedēte ex fide formata. Fides autem sine operibus informis ac mortua est, ideo eius confessio non sufficit ad salutē, *Sed qui facit voluntatem* hoc est, præceptū voluntatis *Patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit* post huius exilij incolatū, omniumq; peccatorum plenam satisfactionem, *In regnum cœlorum*. ¶ Denique ne fideles vanitate seducti, desiderent gratias gratis datas ad excellentiam quandam ac admirationem pertinētes, cuiusmodi sunt prophetia, eiectio dæmonum, operatio miraculorū, quę omnia bonis & malis sunt cōmunia:

sed

D sed potius cupiāt gratiā gratū faciētē, & veras virtutes, adiecit, *Multi dicent mihi in die illa* Hoc est, in die iudicij: quæ est dies famosissima, ideo intelligitur, quāuis non exprimatur, distinctè dicent, aut potius verbo mentali quàm vocali: quia iudicium illud celerrime fiet, ac finietur, quemadmodū infra asseritur, Sicut fulgur exit ab oriēte, & apparet vsq; in occidentem, sic erit aduentus filij hominis. *Domine, domine, nonne in nomine tuo,* hoc est, in te, & in virtute, & gratia tua *Prophetauimus? & in nomine tuo dæmonia eiecimus?* Videlicet inuocando nomen tuum, & per illud dæmones adiurando. *Et in nomine tuo virtutes multas fecimus* Hoc est, multa miracula. Hæc non sufficiunt, quoniam Balam diuinitus prophetauit, & in Actibus quidam de circumeuntibus exorcistis Iudæorum leguntur eiecisse dæmonia, dicentes, Adiuro vos per Iesum, quem Paulus annuntiat. Miracula quoque, interdum fiunt, non merito operantis, sed recipientis, ad declarationem potentiæ Christi. Et *tunc confitebor* hoc est, per inspirationem internam, vel sententiæ contra eos prolationē, respondebo eis: *Quia nunquam noui vos,* per absolutam approbationem, æternamque prædestinationē, *Discedite à me* in infernum, *Qui operamini,* Etiam nunc quantum ad effectum peccandi *Iniquitatem.* ¶ Quod enim in angelis ecclisus, hoc in hominibus agit mors secūdū Damascenū. Quēadmodum ergo angeli æternaliter manent in illo affectu malitiæ, in quo erant quando cadebant: sic anima æternaliter manet in illo affectu, in quo recedit à corpore. Ideo reprobi iugiter erunt in affectu peccandi & in die iudicij, & in inferno erit in eis desideriū peccandi, quanuis non poterunt exequi. Vnde Hieronymus & Chrysostomus dicunt: Non dicit quia operati estis, ne videatur tollere pœnitentiam, sed qui operamini, id est, qui vsq; in præsentem horam cum iudicij tempus aduenit, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen adhuc habetis affectum. ¶ Sed opponi posset, quod in Sapientia de impiis legitur, Videntes turbabuntur timore horribili, intra se pœnitentiam agentes. Dicendum, q̄ pœnitebit de peccato non inquantum est malum, sed inquantū est pœnæ meritoriū. *Omnis ergo* hoc est, quia confessio oris sine opere bono nō sufficit, ideo omnis *Qui audit* aure carnis & mētis *Verba mea hæc,* quæ in isto sermone disserui, in quo euangelicam legē proposui *Et facit* ea bene viuendo. *Assimilabitur*

Num. 22.

E

F

Chrysost.

similabitur viro sapienti, qui ædificauit domū suam materialē *Super petram,* id est, stabile fundamentum. *Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domū illam, & non cecidit: fundata enim erat supra petrā.* Hoc enim totum literaliter accipi potest de domo materiali, firmo fundamento subnixa, quā flumina, venti, & similia deiicere nequeunt, propter suæ constructionis stabilitatem. Tali igitur viro similis est omnis bonus Christianus, qui ædificat domū suam, hoc est, conscientiam, vel operum suorum structuram, supra petram, videlicet Christum. De quo Apostolus, Petra (inquit) erat Christus. Et, fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Descendit pluuia, hoc est malarum suggestionum ac cogitationum tumultus seu copia. Et venerunt flumina, id est, persecutionum abundantia: & flauerunt venti, hoc est, rumores elationis ac vanitatis: & irruerunt, id est, tentando impugnauerunt, domum illam, hoc est, conscientiam piam, vel operationum bonorum congeriem, sibilante & inuadente diabolo: & non cecidit, à via iustitiæ. Fundata enim erat supra petram, id est, Christo fortiter adhæsit, eius gratiæ & adiutorio iugiter innitendo. Omnes enim qui sperant in eo, non infirmantur. Mysticè per virum sapientem intelligitur Christus, qui ædificauit per charitatem, fidem, & gratiam, domum suam, id est, ecclesiam, quæ sumus nos supra petram, id est, in deo patre, de quo dicitur, Dominus petra mea, vel supra petram, hoc est, fidei firmitatem. Propter quam & de qua dictū est Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram, ædificabo ecclesiam meam. Itemque in Psalmo, Statuit supra petram pedes meos. In hanc domum irruunt pluuiæ aduersitatum: flumina, id est, hominum persequentium agmina: venti, id est, inuisibiles hostes, spirituales nequitiæ in cœlestibus, contra quos est nobis præcipua colluctatio: & non cadit nec vincitur, quoad se totam, quoniam in Christo extat fundata. Huic igitur sapienti viro, imò & sapientiæ dei pro viribus assimilemur, fidēdo, & conseruādo corda ac opera nostra in Christo cum timore sancto & diligenti custodia: quia veraciter scriptum est, Si non instanter seruaueris te in timore domini, cito subuertetur domus tua. *Et omnis qui audit verba mea hæc,* auribus corporis solum. *Et non facit* ea, obediendo præceptis meis iam introductis *Similis erit viro stulto, qui ædifica-*

A

B

Psal. 25.

C

Matth. 16.

Ephes. 6.

Universidad de Navarra Biblioteca

D *ædificauit domum suam supra arenam*, hoc est, debile fundamentum. Et *descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna*, id est, funditus euersa est, quia non habuit stabile fundamentum. Ad literam planum est totum hoc. Taliq́ue stulto ædificatori parificatur homo sciens seu audiés verba dei, nec tamen obediens. Aedificat enim domũ suam, id est, mentem, conscientiam, seu operationem supra arenam, id est, supra bonum creatam, variabile & caducum, videlicet supra humanam laudem, vanam gloriam, propriam adinuentionem. idcirco à prædictis pluuiis, ventis, ac fluminibus in ipsum eiusq́ue domum irruentibus, cadit totaliter domus ipsius. Potest quoque per virum stultum dæmon intelligi. De quo in Euangelio dicitur, Inimicus homo hoc fecit: qui domum suam, hoc est, ecclesiam malignantium supra prædictã arenam ædificat. Et *factum est cum consummasset* id est, prædicando finiuisset Ie*sus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius*, quoniam talia aut similia nunquam audierunt à suis doctoribus. Er*at enim docens eos, sicut potestatem habens*, hoc est, gratiam efficacissimæ sermocinationis sortitus, quæ corda audientium fortiter mouit & excitauit, sicut de ipso Iudæi dixerunt, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Vnde de ipso in Psalmo prædictum est, Diffusa est gratia in labijs tuis. Et Propheta, Posuit (ait) os meum, quasi gladium acutum. Vel sic: Sicut potestatem habens nõ solum ministerialiter quasi seruus, sed propria authoritate, vt dominus legis ac prophetarum: ideo non ea docuit solum quæ habentur in lege, sed legem exposuit & suppleuit, atque pro suo libito addidit & subtraxit. Et *non sicut scribæ eorum, & pharisæi* qui tam efficaciter & authoritatiue prædicare non poterant, sed tenebantur ad id quod Moyses in Deuteronomio iussit, Non adiicies ad verbum quod ego propono in conspectu tuo, nec detrahas.

Lucæ. i. Psal. 44. Esaiæ. 40.

E

F

CAPVT VIII.

Cum autem descendisset Iesus de monte.

ARTICVLVS XVI.

Q Voniam præinducta Christi doctrina supernaturalis est humanæ rationis facultatem transcendens, neq; argumẽtis humanis probabilis, ideo oportuit eam supernaturalibus argumentis, hoc est, diuinis miraculis cõfirmari, vt sciretur esse à deo qui falsitatis assertor, aut cõfirmator esse non valet. Hinc ergo post euangelicæ doctrinæ descriptionem, describit beatissimus Euangelista Christi miracula, de quibus alibi Christus testatur, Opera quæ dedit mihi pater, testimoniũ perhibent de me. Et rursus, Si non venissem, & opera non fecissem, quæ nullus alius facere potest, peccatum non haberent, videlicet, infideles Iudæi. Hæc sunt diuinæ veritatis. veriq́ue dei sigilla, Euangelio Christi appensa, quibus certissimè scimus euangelicum librũ esse velut epistolam, nobis à deo per Christum transmissam, sicut & ipse fatetur, Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Ait itaque sanctus Matthæus: *Cum autem descendisset* Iesus De *monte*, In quo præscriptũ fecit sermonẽ: qui non erat mons Olineti, quãuis hoc dicat Chrysosto. sed mons quidam in Galilæa, in quo fecit sermonem hunc, vnde & statim fertur ingressus Capharnaum, quæ erat principalis vrbs Galilææ, & hoc etiam dicit Hieronymus: *Sequutæ sunt eum turbæ multæ*, propter diuersas rationes, vt tactum est supra. Et *ecce leprosus veniens, adorauit eum*, Si credidit eum esse verum deum, quod vtique Christus de seipso in sermone præscripto insinuauit, dicẽdo, Multi dicent mihi in die illa: Domine, domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? quæ fieri non possunt, nisi in nomine dei. Si ergo leprosus hoc intellexit, & Iesum deum esse credidit, tunc dicendum q̃ adorauit eum adoratione latriæ. Si autem credidit eum esse prophetam tantũ & hominem purum, quanuis sanctum, adorauit eum veneratione duliæ, quæ creaturis impenditur: sicut & Iosue adorauit angelum, & Salomon matrem suam, illaq́; Dauid regem. Adorauit ergo Iesum prostratus in terrã vel genibus flexis, *Dicens, Domine, si vis potes me mundare* Quàm fiducialis, certa, ac reuerentialis petitio. Non enim de potẽtia subuenien di dubitauit, qui voluntatis pietatẽ implorauit. Certissimus fuit iste leprosus hominem illum amantissimum esse deo, &

Chrysost. Hierony. Matth. 7.

A B C

D omnia posse impetrare ab eo, cuius doctrinã tam potestatem
uam efficacissimãq; esse aduertit. Et quoniã plena fide
Chrysost. uit, exaudiri mox meruit. Omnia nanque possibilia sunt
denti, ideo subditur, *Et extendens Iesus manum* suam, vi
Marci. 2. deitatis organum *Tetigit eum dicens Volo: Mundare*, hoc
volo vt mũderis, vt legantur hæc verba diuisim. In lege
hibitum erat tangere leprosum, sed hoc intelligẽdũ erat
his qui maculari poterant à leproso, non de his qui suo
poterant purgare leprosum. Potuit verò saluator sanare
prosum sine manus suæ extensione & tactu: sed quia hu
nitatem assumpsit, per eam operatus est, & in agendo hu
no modo se habuit, vt sciamus totam salutem nostram
E assumptam Christi humanitatem esse completam. ¶ De
Ghristus dicendo, Volo: Mundare, ostendit se esse de
dictum est, Ipse dixit & facta sunt. *Et confestim mundata*
est, repulsa seu ablata, *Est lepra eius* in quo patet quã
berè ac imperialiter operatus sit Christus, magisque mi
dus est modus agendi, quàm actio. *Et ait illi Iesus*, V
i. perpende quod tibi iniungo, videlicet, *Nemini dixeris*
curauerim te. ¶ Nonne in præsentia multorum Christus
rauit hunc languidum etiam ad suæ doctrinæ confirma
nem? Cur ergo iussit eum tacere? imò si voluit miracula
se occultum, cur non potius curauit eum silenter, solo
seu voluntate, quàm verbo & tactu? Et respondendum,
iussit eum tacere. Primò, vt instrueret nos vanã gloriam
F uitare, & in mirificis actibus malle abscondi quantum in
bis est, quàm propalari: quanuis interdum propter alios
Hiero. profectum oporteat talia manifestari. Secũdò, vt ait Hie
Chryso. nymus, quia necesse non erat, vt voce iactaret, quod co
re præferebat. Tertiò, secundum Chrysostomum, ne si
sanationis eius ad sacerdotes peruenirent, recusarent eum
inuidia Christi, tanquam mundatum admittere. *Sed vade*
ostende te sacerdotibus, vt illi iudicent te mundatum, sic
inter homines conuersaris, Et *offer munus tuum*, id est
bitam oblationem d eo pro gratiarum actione beneficio
impensi, & pro emundatione tua, hoc est, pro manifesta
ne tuæ purgationis, *Quod præcepit Moyses* à leprosis m
datis offerri *In testimonium illis*. i. ad hoc vt testimoniũ
perhibeatur à sacerdote q; sint verè à lepra purgati, que
modũ in Leuitico legitur: Iusserat Moyses, vt leprosus m

datus offerret tortã panis, duos turtures, atq; sextariũ olei, A
sexta ritum qui predicto loco describitur. Christus qui non
venit legẽ soluere, nec cerimonialia reprobare ante suã pas
sionem, misit leprosum mundatum, vt legalem hostiam im- Matt. 5.
molaret, quoniam cerimonialia legis vsque ad Christi pas
sionem durabant, & vim obligãdi habebãt. ¶ Porrò secun
dum Hieronymum multis de causis mittit Christus lepro
sum ad sacerdotes. Primò, ex hũmilitate, vt sacerdotibus vi- Hieron.
deatur deferre. Secũdò, ne legem videatur infringere. Ter
tiò, vt sacerdotes vel credendo propter tantum miraculum
saluarentur, vel non credendo inexcusabiles fierẽt. Est etiã
alia ratio, scilicet figura futuri. Misit enim eum ad sacerdo
tem, ad figurandum quod Christianus quanuis sit per con
fessionem & gratiæ infusionem à lepra animæ, seu peccato B
mundatus, tenetur tamen congruo tẽpore (si adsit facultas)
se sacerdoti nouæ legis ostendere, aperiendo ei cor suũ, per
veram confessionem, quia nec dimittit peccatũ, nisi sub hac Lucæ. 5.
conditione, videlicet, vt pœnitens proponat confiteri secũ
dum Christi præceptum. In luca legitur iste leprosus mun
datus à Christo in vna ciuitatũ, puta Capharnaũ. *Cum autẽ*
introisset Capharnaũ, accessit ad eũ Centurio, rogans eum, & di
cens, Domine, Puer meus iacet in domo paraliticus. Sciendum,
quod iste Centurio, id est, princeps centum militum seu ho- Lucæ. 7.
minum armatorum, non accessit ad Christum in propria Ioan. 4.
persona, sed per alios à se missos, secundum quod Lucas di
cit: Misit ad Iesum seniores Iudæorum, At illi cum venissent
ad Iesum, rogabant eum solicitè, dicentes ei: Quia dignus C
est, vt illi hoc præstes. Diligit enim gẽtem nostram, & syna
gogã ipse ædificauit nobis. Et post pauca, Meipsum (inquit)
non fui dignum arbitratus vt venirem ad te. Sed quia ho
mo dicitur facere quod facit per alios, maximè per amicos
egemadmodum dicimus regem aliquẽ obsidere ciuitatem,
eo quòd populus eius eo iubente eã obsideat, idcirco Mat
heus asserit Centurionẽ, accessisse ad Iesum: Domine, puer
meus iacet in domo paralyticus, id est paralysim vtpote re
solutionem ac immobilitatem membrorum & sensuum su
stinens, Et *male torquetur*, hoc est, grauissimè infirmatur,
quia (vt dicit Lucas) moriturus erat præ infirmitate. Et *ait*
illi Iesus, Hoc est, Per alios respondit. Non immediate dixit
ad Centurionem verba sequentia. *Ego veniam, & curabo eum.* Lucæ. 7.

D Queritur, quomodo hoc verum sit quod ait. Ego veniam
Non enim venit vsque Centurionis domum, vt patet ex
sequentib⁹. Ad hoc respõderi potest dupliciter. Primò, quo
Lucæ. 7. (vt Lucas dicit) Iesus cœpit ire ad domum Centurionis,
appropinquauit domui eius. ideo ait, Veniam, scilicet vsq;
locum domui tuæ propinquũ. Secundò, vt intelligatur co
ditionaliter, scilicet ego veniam ad paralyticum, domum
tuã, si desideraueris hoc, vt sit promissio benevolentiæ, no
assertio operis. ¶ Denique propter magnam fidẽ. humi
tatem, charitatem, ac sapientiam Centurionis, Christus tan
prompte promisit, Ego veniam & curabo eum, Fides
Centurionis apparuit in hoc, quod credidit Christum po
curare lætaliter infirmantem, quod nõ fuit multominus
E raculum q̃ suscitare defũctum. Humilitas, quod indignum
æstimauit in propria persona coram Christo apparere, vt
Lucæ. 5. eũ in domo sua recipere, sicut & Petrus dixit. Exi à me
mine, quia peccator sum: Charitas, quo pro seruo suo
Lucæ. 7. instanter rogauit, quem etiam puerũ nominat, propter
Eccle. 27. lectionẽ ad eum. Vnde Lucas scribit, quod fuerat ei prec
sus, id est, charus. Sicque Centurio impleuit illud Sapien
Seruus fidelis sit tibi quasi filius. Est quoque cõsuetudo
pturæ, ministros pueros appellare. Vnde in libris Regũ
betur, quod Helias venit in Bethsabee, & dimisit ibi puer
suum. Sapientia autẽ Centurionis patet in hoc, quod Chr
sti diuinitatem cognouit, eumque solo verbo vel angelo
F ministerio posse dare sospitatem pensauit. ¶ Deniq; ad
Ioan. 4. dum humilitatis exemplum, promisit se ad paralyticum
uum iturum. Vt enim in Ioanne habetur, Rogatus visitare
filium reguli, non acquieuit, sed rogatus visitare seruũ C
turionis, statim assensit, ne dedignemur abiectas & pau
visitare personas. in quo facto secundum Gregoriũ, sup
bia nostra retunditur, qui in hominibus non naturam
ad imaginem dei facti sunt, sed honores & diuitias ven
mur. Hinc ait Bernardus, Ad sanandum filium reguli ire
luit, ne diuitias honorare videretur, ad seruũ pergit, ne
lem conditionem contemnere putaretur. Et *respondens* C
turio, *ait*, *Domine non sum dignus* istam responsionẽ fecit C
turio per nuntios intermedios. Cum enim aliqui retulisse
ei verba Christi, Ego veniam, remisit nuntios ex parte
Lucæ. 7. dicentes, Domine non sum dignus, prout Lucas plenius

citat. Itaque non sum dignus. Vt *intres sub tectum meum*, hoc A
est, in domum meam tecto opertam. Cum tu sis genere Iu-
dæus, ego Gentilis. Tu saluator, ego peccator Tu deus, ego
homo. Quæ enim cõuentio luci ad tenebras? Et quid tritico
cũ paleis? Agnouit Centurio q̃ abominabile erat Iudeis a-
benigenam accedere, vel cum gentilibus mãducare, bibere,
ingredi, vel misceri. Quidam dicunt, quod ideo dixit Centu
rio, Domine, nõ sum dignus vt intres sub tectum meũ, quia
fortasis habuit idola in domo sua: sed hoc nõ videtur pro-
babile, quia (vt dictum est) ipse ædificauit synagogam Iu-
dæit, propter quod certum est, quod fuerat ferues cultor v-
nius veri dei, sicut Cornelius Centurio. Quis enim nũc spõ-
te constrnet Christianis ecclesiam, nisi coleret Christũ?
Sed tantũ dic verbo imperiali, id est dicendo præcipe, vt puer
meus sanetur, Et *sanabitur* à paralysi *Puer meus* Non e- B
nim est tibi difficile omne verbum. ¶ Vnde habebat Cẽtu-
rioiste tantam fidem de Christi potentia? Dicendum, quòd
partim ex fama, qua audierat prædictum leprosum tam po-
tenter ac imperiosè à Christo curatum, partim ex inspira-
tione diuina. ¶ Præterea, quod non exigeretur corporalis
præsentia Christi, probat per locum à minori. *Nam & ego*
homo sum Videlicet homo purus non deus, & homo vt tu,
sub potestate constitutus, id est, superiori principi subditus,
vt pote imperatori ac præsidi. Ex parte enim Romanorum
positus fuit Centurio in vrbe Capharnaum, vt eam secundũ
legem Romanorum gubernaret & custodiret, *Habens sub*
me milites centum mihi obedientes, Et *dico*, imperando
Hæc militi, *Vade* quo mitto te, Et *vadit* vt iubeo. Et
alio secundum antiquam grammaticam, id est, alteri militi C
dico, *Veni* ad me Et *venit*: *& seruo meo* dico *Fac hoc*,
quod tibi iniungo, Et *facit* per hæc verba dedit Centurio
intelligere quod Christus solo præcepto, atq; angelorũ ob-
sequio, sine sua corporali præsentia poterat facere omne qd
voluit, nec indigeret ad curandũ paralyticum corpore præ-
sens esse. *Audiens autem Iesus* verba hæc ab ore nuntiorum
Miratus est. vel verè vel secundum apparatum, vt plenius
inquireretur. Miratus est ergo de tam insolita fide, eximia
humilitate, ingenti sapientia viri gentilis. Et *sequentibus se*
turbis Dixit *Amen* id est, veraciter, *Dico vobis, non inue-*
ni tantam fidem in Israel. id est in populo Iudeorum, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

D in isto Centurione. Non est hoc intelligendum de fide omnium Israelitarum simul accepta, sed de fide cuiusque seorsum. Secundum Hieronymum Christus loquitur de præsentibus, non de præteritis prophetis ac patriarchis. ¶ Sed nunquid fides Centurionis maior erat fide beatæ virginis Ioseph, Zachariæ, Elisabeth, Symeonis & Annæ? Nō vtique. Quomodo ergo intelligenda sunt hæc? Et respondendum quod modicum pro nihilo reputatur, secūdū philosophum. Quoniam ergo Iudæi in Christum perfectè credentes, pessimi erant respectu aliorum. Nondum enim fratres eos in eum credebant, vt apud Iohannem dicitur: Ideo ait, Non inueni tantam fidem in Israel. Simili sensu ait in psalmo, Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, cum tamē factum sit quod multæ mulieres sequentes plangebant eum, & discipuli eius vehemētissimè cōtristabantur. Per Israel ergo intelligit maiorem partem Iudæorū & principes eorum, vel dicendum, quod ideo asserit se non inuenisse tantam fidem, id est, tam manifestam & excellentem fidei confessionem in Israel, quoniam nemo Iudæorum tempore conuersationis Christi in mundo tam publicè ac præclarè confessus est eius maiestatem sicut Cēturio, nisi forte paucissimis quibusdam exceptis, vt Iohanne Bap. &c. Potest insuper de eodem mysticè intelligendum esse hoc dictum, videlicet de ecclesia, respectu synagogæ: non de persona Centurionis & quicunque Iudæo, vt sit sensus, Non inueni tantam fidem in Israel, id est, in synagoga veteris test. sicut in Centurione, in ecclesia nouæ legis, per Centurionē designata, qui fuit dum doctores figura fuit ecclesiæ ex gentibus congregandæ. ¶ Sed tunc rursus dubium oritur, quomodo fides ecclesiæ præferatur synagogæ, cum virgo benedicta, apostoli (& quasi tota pene ecclesia primitiua, cuius fides perfectissima erat) prodierint ex populo Iudæorum? Et respondendum, quòd nomine ecclesiæ intelligi possunt omnes renati fōte baptismatis, & sic fides ecclesiæ maior est fide synagogæ pfectione ac nō numero. Si autem per ecclesiam intelligatur sola gentilitas vniuersa seu ecclesia ex gentibus adunata, sic fides ecclesiæ maior est fide sinagogæ numero, id est, credentium multitudine. Nam plures ex gentibus quàm ex Iudæis crediderunt in Christū. Aliqui etiam dicunt, quod fides Cēturionis præfertur fidei Israel & apostolorum discipulorumque Christi

E Lucæ. 17.

F

non quantum ad deuotionem, sed quantum ad facilitatē credendi. Quod autem per Centurionē figuretur fides ecclesiæ ex gentilitate collectæ, hinc constat, quod Christus ad occasionem fidei Centurionis, de gentium conuersione prædixit. *Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente*, ac cēteris partibus terræ, quæ per duas principales partes mundi significantur, puta gentiles ex omnibus finibus mundi, *Venient* ad fidem & gratiam per prædicationem Apostolorum, de quibus prædictum est: In omnem terram exiuit sonus eorum: quibus & dixit, Eritis mihi testes vsque ad vltimum terræ. Hoc est quod Esaias inquit, Cantate domino canticū nouum, laus eius ab extremis terræ. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi. *Et recumbent*, id est, feliciter requiescent, & spiritualiter edent & bibent *Cum Abrahā Isaac & Iacob cæterisq;* electis Iudæis, *In regno cœlorum*. Nominat autem Christus specialiter hos tres, quia inter patriarchas præcipui, primi ac famosissimi fuisse videntur, saltem in multis, & quoniam principaliter facta est eis promissio terræ repromissionis: per quam cœlestis figuratur hæreditas seu regnum cœlorum. *Filii autem regni*, id est Iudæi increduli, qui dicuntur filij regni cœlestis, quia ad illud specialiter inuitabantur, & quia in eis olim deus reguauit cum crederēt in futurum, in quem non credebāt prēsentialiter apparentem, & inter eos conuersantem. Isti ergo sunt filij vocatione & nomine, suaque præsumptuosa reputatione, non prædestinatione & vera consequutione: de quibus scriptum est, prouocauerunt eum filij sui & filiæ. Et Esai as, Filios (inquit) enutriui, ipsi autem spreuerunt me. Hi ergo eiicientur à consortio electorum, *In tenebras exteriores*, id est corporales atque palpabiles tenebras carceris inferna lis, statim cum moriuntur quo ad animam in die autem nouissimō quo ad corpus & animam. Tenebræ aliud non sunt nisi priuatio luminis. Lumen verò est duplex, videlicet spirituale, sicut est sapiētia, gratia, veritas: & huius priuatio sunt tenebræ interiores existentes in spiritu. Aliud est lumen sensibile seu corporale, cuius priuatio sunt tenebræ exteriores, quæ sequuntur per priuationem, sicut silentium dicitur auditi. Quanuis enim in inferno sit ignis, ille tamen obscurus est atque fumosus, non lucidus, nisi forsitan in tantum, vt damnati possint se mutuo videre ad cumulum suæ miseriæ, secundū

A

Psal. 18. Matt. 28. Esaiæ. 42. Gen. 17. & 18.

B

C Esa. 1.

Dcundum Thomam. Potest quoq; per tenebras istas infernas tenebrosus intelligi, qui propter suæ obscuritatis horribilem densitatem, nomine tenebrarum exprimitur, de quo ait beatus Iob, Dimitte me antequam vadam ad terrā tenebrosam & opertam mortis caligine. *Ibi* videlicet, in inferno seu tenebris eius, *Erit fletus & stridor dentium.* Certum est quod fletus & stridor dentium non sint corporaliter in substantijs spiritualibus, scilicet animabus separatis atque dæmonibus, sed ante diem iudicij est in eis fletus interior, id est, summa tristitia, ex qua corporalis fletus solet causari, & dentiū stridor, id est, interiorum viscerum horrenda cōcussio. Post diē vero iudicij erit in hominibus condemnatis stridor dentium corporalis ex frigore infernali, quoniam ibunt à calore nimio ad aquas niuium. ¶ In fletu autem corporali duo pensantur, videlicet, oculorum ac cerebri conturbatio, & resolutio lachrymarum. Quantum ad primum, erit in eis fletus: nō quantum ad secundum, quia cessante motu primi mobilis, omnis generatio atque corruptio finem habebit. Talis enim fluxus seu resolutio lachrymarum tandem finiretur, nisi deus miraculosam multiplicaret in illis materiā lachrymarū, puta humorē in corpore. Et *dixit Iesus Cēturioni* per internuncios *Vade*, id est, ab hac tua solicitudine & timore, recede, securusque esto, Et *sicut credidisti* puerum tuum posse sanari solo verbo meo, me absente, *Fiat tibi*, vt ille curetur. Et *sanatus est puer in illa hora* imò eodem vt puto momento, quo Christus verba hæc protulit, vel quo Centurio ea audiuit.

¶ Quæritur circa prædicta quomodo in Christo fuit admiratio? Ad quod aliqui dicunt, quòd in Christo non fuit vera admiratio, quia vt asserit Damascenus admiratio ex subita imaginatione alicuius noui procedit, videlicet ex noua & repentina apprehēsione alicuius insoliti prius incogniti, vel non considerati. Christus autem vt homo à primo suæ conceptionis instanti vidit actualiterq; cognouit in verbo visione beatifica, omnia quæ cognoscit verbum notitia visionis, hoc est, omnia quæ vnquā fuerunt, sunt vel erunt, ideo nil de nouo apprehendit, vnde ad admirationē inductus sit: sed in eo fuit admiratio secundū exteriorem apparentiā, quæ non fuit deceptoria, sed ordinata ad nostram instructionē, videlicet, vt fidē Centurionis aliorumq; mirificam conuersionē, & Iudæorum perfidiā admiremur. Sic nempe & deus per modum mirantis

mirātis se habuit, cū de Sodomitis loqueretur in Genesi, Descendam & videbo si iuxta clamorē qui venit ad me faciant. Alij dicunt, quòd in Christo fuit vera admiratio, non quantum ad scientiam beatificæ visionis, nec quantum ad scientiam habitualem infusam, qua cognouit res in proprio genere: sed quantū ad scientiam acquisitā & experimentalem, quā isti ponunt in anima Christi. Sic ergo secundū istos fuit in Christo aliquid de nouo cognitū, prius ignotum, quo ad istū sciendi modum seu habitū, ex cuius inspectione admirabatur. ¶ Postremò moralitatē breuiter tangēdo, sicut p Cēturionē figuratur ecclesia, ita per seruū eius paralyticū figuratur ecclesia quilibet spiritualiter lāguidus, & maximè accidiosus, more paralytici ad diuina piger, & quasi immobilis, pro tali orat ecclesia Christum, vt puerū huiusmodi curet, & ad diuina feruidū, agilemq; efficiat: cuius precibus Christus frequēter annuit. & sicut Cēturio ex humilitate misit seniores Iudæorū intercessores, sic ecclesia per sacerdotes tanquā per mediatores implorat Christi clementiā, quorū fide, precē, ac merito, peccatores frequēter sanātur, quēadmodū fide Cēturionis sanatus est puer eius. Per Centurionē quoq; qui dixit humillimè: Domine, non sum dignus vt intres sub tectū meū, figurati sunt timorati ac humiles Christiani, qui Christi opē desiderant, sed eū intra se communicando vel celebrā do recipere vehemēter verētur, vnde cum spirituali receptione sacramēti multoties contentantur. Et quanuis hoc interdum sit bonum, melius tamē est ex feruore & spe pietatis diuinæ sacramētum recipere. Semper enim expedit cum Centurione, Christi dignitatem, propriamq; vilitatem perpende re, & intimo corde fateri, Domine, non sum dignus, &c. Per puerū quoq; seu seruum paralyticū conueniēter intelligitur appetitus sensitiuus, totus infectus, & ad mala procliuus, qui iacet in domo nostra videlicet corpore fragili, in quo secūdū Apostolum non habitat bonum. Hunc ergo petamus sanari à Christo, vt sine rebellione seruiat rationi ac deo.

¶ Prosecutio capit. Et *cum ingressus esset.*

ARTICVLVS XVII.

REcitatis duobus miraculis in sexu virili peractis, describitur tertiū factum in sexu fœmineo. Vtrūq; etenim sexum venit Christus corporaliter, spiritualiterque sanare, congruo ordine Et *cum venisset Iesus in domū*

Petri

D *Petri* Apostoli, qui erat in ciuitate Capharnaum, quanuis P
trus esset de ciuitate Bethsaida, vt legitur in Iohãne. Soleba
Ioan. 1. enim Christus diuertere ad domus familiariũ suorũ & amo
corum, ad quiescendum atq; vescendũ nõ ex necessitate, s
ex dignatione, *Vidit socrum eius*, hoc est, matrẽ vxoris Petri
Iacentem & febricitantem vt habetur in Luca, quòd tenebatur
magnis febribus. Erat enim vetula, quæ multũ debilitabatur
ex febribus, propter defectum naturalis caloris, *Et tetigit*
Marci. 1. *sus manum eius* vt habetur in Marco: Quod accedẽs eleuau
eam tenens manum eius, *Et dimisit eam*, id est, recessit ab e
Lucæ. 4. *Febris* repente, quia (vt Lucas ait) imperauit febri, & con
nuò surrexit. In quo signo magis mirandus est modus agen
di, quàm actio. Quanuis enim naturaliter posset quis sanari
E febribus, non tamẽ in instanti, sed hoc supernaturale est. B
surrexit socrus sanata, Et *ministrabat eis* ad mensam, vel i
aliis, v, potè Christo & eius discipulis in quo aliud signũ co
sideratur, quia (vt dicit Hieronymus) natura febricitantiu
est, vt post febrem corpora magis lassescant, & incipiente fe
nitate, mala pristinæ ægritudinis sentiant. Quod ergo hæ
mulier subito vires perfectè recepit, certum est supernatura
le fuisse. *Vespere autem facto*, videlicet die isto ad occasũ
tendente, *Obtulerunt ei*, videlicet Christo, *Multos dæmon*
Psal. 8. *habentes*, id est, dæmoniacos, Et *eiiciebat spiritus* malignos
Esa. 45. ab obsessis corporibus, *Verbo*, id est, solo vocis suæ impe
rio, non longa adiuratione, vt exorcistæ Iudæorum. Ab
stanti enim quo Christi humanitas vnita fuit verbo pers
F nali vnione, subiecta est ei omnis creatura, ideo eius impe
1. Cor. 15. rio omnia creata obediunt, propter quod ait Saluator, Pater
Hebræ. 2. diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Et *omnes male ha*
Iohan. 5. *bentes*, id est, infirmos *Curauit*, Vicini nanque percepto
præscriptis miraculis, adduxerunt ad Iesum omnes langu
dos suos curauitq; vniuersos, Ita *vt impleretur quod dictu*
Esa. 53. *per prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægr*
tationes portauit. Nostra translatio continet sic, Verè lãgu
res nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & re
dit in idem, vt sit sensus, Ipse Christus infirmitates, id est pœ
nalitates nostras ex originali peccato consequutas, videlicet
mortalitem, famem, sitim, lassitudinem, cæterosque inde
Psal. 68. trahibiles defectus accepit in seipso & habuit eas, sicut ait in
Psal. Infirmata est in paupertate virtus mea. Et rursus, Ego

sum pauper & dolẽs, Itemque, Repleta est malis anima mea, A
& ægrotationes portauit, id est, nostros lãguores piè in aliis
supportauit, & condolendo curauit, sicut Apostolus dicit, Al
ter alterius onera portate. Non tamen fuit in Christo infir-
mitas corporalis ex indispositione complexionis proueniẽs
secundum Damascenũ. Non ergo assumpsit omnes defectus
nostros, sed eos duntaxat, qui integritati & perfectioni natu
ræ non repugnant. *Videns autem Iesus turbas multas circa se*,
quia (vt dicit Marcus) tota ciuitas erat congregata ad ianu-
am, *Iussit ire* secum discipulos suos *Transfretum*, id est, vl-
tra mare Galilææ, quod iuxta Capharnaũ decurrebat. Abiit
ergo nauigio à Capharnaum in locum desertum, vt Lucas
& Marcus commemorant. vt doceret nos humanam laudem Marci. 1.
& gloriam fugere, tunc præsertim, quando magnum aliquid B
egimus, & magis ab vniuersis cum admiratione inspicimur.
Cum enim prædicta miracula faceret, omnes in eius præco-
nium proruperunt. Dæmones quoque copiosè clamabant, di Lucæ. 8.
centes, Tu es Christus & filius dei, sicut alij referunt Euan- Marci. 1.
gelistæ. Alia ratio fuit, vt daret prædicatoribus ac prælatis Lucæ. 9.
exemplum sæpius recedendi, à strepitu populi ad locum se- Lucæ. 8.
cretum, ad vacandum contemplationi ac orationi, vt sic re-
pleantur gratia illustrationis diuinæ: & quæ diuinitus perce-
perũt, aliis affectuosè eructent. Et *accedens ad Iesum vnus scri*
barum, id est, eruditus in lege, *Ait illi: Magister, sequar te*
quocunque ieris, id est, tibi inseparabiliter adhærebo. Qua in-
tentione hoc dixerit, ex subsequenti Christi responsione eli
citur. Et *dixit ei Iesus: Vulpes foueas habent*, id est, latibula C
sua sub terra Et *volucres cœli* aerẽi in quo volant, habent
Nidos in quibus quiescunt & pullos enutriunt. *Filius autem*
hominis non habet vbi caput reclinet, id est, propriam domum.
¶ Sed nõnne Maria, quæ erat vnica suis parẽtibus, ex parte
patris habuit domũ parentum suorũ? & Ioseph (qui adhuc vi-
xit secundũ quosdam) propriã habuit domum? Et respondẽ-
dum, probabile esse quòd virgo beata omnia sua vendidit, e-
genisq; contulit, similiter Ioseph, aliter nõ implessent quòd
Christus edocuit alios, & apostoli perfecerũt, qui relictis om Mat. 19.
nibus sequuti sunt Christũ. Christus ergo in summa vixit in- Lucæ. 18.
opia, proprio carẽs hospitio. Propter quod Hieremias vehe- Mar. 10.
menter admirãs, ait ad eũ, Quare quasi colonus venturus es in Actu. 2.
terra, & quasi viator declinãs ad manendũ? Quare vẽturus es

quasi

D quasi vir vagus? ¶ Quæritur, cur Christus paupere vitā elegit. Dicendū primò, vt scripturas prophetarum impleret. Sic enim primus Christi aduētus in paupertate describitur: Exulta satis filia Sion, Ecce rex tuus venit tibi iustus, & Saluator ipse pauper. Et in Psalmo: Pauper sum ego, & in laboribus inuentute mea. Vnde patet cæcitas Iudæorum expectātium Pſal. 85. regem Messiam in primo suo aduentu temporaliter regnaturum, & omnia regna seculi possessurum. Secundò, vt faceret quod docere volebat. Venit enim vt mundi ac diuitiarū prædicaret contemptum, non ergo debuit eas habere. Tertiò, vt non solum verbis, sed etiam rebus futuri sæculi vitam doceret. Per hoc enim quod omnia temporalia contemnūtur, maximè declaratur esse vita alia post præsertem. Quartò, ne pa-
E taretur collatione diuitiarum attraxisse sibi discipulos. Quinto, vt meritò suæ paupertatis, veras diuitias consequantur, 2. Cor. 8. quemadmodum dicit Apostolus, Propter nos egenus factus est, cum diues esset, vt illius inopia diuites efficeremur. Et prædicta Christi responsione elicitur, quòd scriba perueri intentione dixit, Sequar te, vtpote quatenus conuerlando ad Christo congregaret sibi diuitias. Quoniam enim literatus fuit, cogitauit multis infirmis vanitatem à Christo acquire, inducendo Christum ad sanationem illorum, sicque vt bat, pecuniam multam à sanatis colligere. Simili intentione Simon Magus dixit Petro & Iohanni, Date mihi hanc potestatem, vt cuicunque manum imposuero, recipiat spiritū sanctum. Iesus itaque videns mentem illius, repulit eum, dicens Act. 8.
F do, vulpes foueas habent, id est, cum ego tantam paupertatem elegerim, quid quæris mecum conuersando congregare divitias? *Alius autem de discipulis suis* scilicet Iesu Christi *Aitli, Domine permitte me primùm* id est, antequam te inseparabiliter sequar, Ire & *sepelire patrem meum* Quidam dicunt Lucæ. 9. istud non esse intelligendum, quasi pater huius discipuli iam defunctus fuisset, & ipse ad sepeliendum patrem ire rogasset, quia hoc ei negatum nō esset, cum sit opus pietatis: sed quod discipulus iste tenebatur carnali amore parentum, cum quibus vsque ad mortem eorum voluit permanere, eisque sepultis Christo adhærere. Veruntamen Ambrosius, Isidorus, glosa super Lucam dicunt, quod pater discipuli huius mortuus fuit, & ipse ad patris sepulturam ire optauit, quod magis consonat literæ. Nec ratio illa concludit, videlicet, quia

sepelitio patris non fuisset negata discipulo, cum sit opus pie A
tatis. Nam apud diuum Lucam, vbi factum istud narratur, alius legitur Christo dixisse, Sequar te domine, sed primùm permitte mihi renunciare his quę domus sunt: quod quanuis bonum sit, tamen Christus ei id negauit, propter periculum Lucæ. 8.
moræ. Similiter negauit huic patris sepelitionem, non quia mala, sed quia maioris boni impeditiua. Dicit itaque Ambrosius, Docet Christus minora bona pro vtilitate esse prætermittenda. Maius est enim animas mortuas prædicando suscitare, quàm corpus mortui in terra absc̄odere. Vnde elicitur, quòd quando parentes aliunde habere possunt sustētaculum vitæ vel sepulturam, filij non impediūtur à religionis ingressu. *Iesus autem ait illi, sequere me* mentis affectu, operis imi-
tatione, & corporis gressu. Nec obuiat quod secundū Lucam Lucæ. 9.
Christus dixit, Vade & & annūtia regnum dei, quia hoc erat B
Christum sequi operis imitatione, corporaliter verò sequebatur eum sæpe seu congruis horis. Et *dimitte mortuos* scilicet morte culpę, sicut de vidua delitiosa dicit Apostolus, Viuens mortua est. Et Ioannes in Apocalypsi, Nomen (inquit) habes quod viuas, sed mortuus es, *Sepelire mortuos suos* mortes naturæ. ¶ Et *ascendente eo* videlicet Christo, *In nauiculam*. Nunquam legitur Christus intrasse nauim cortinarum, negotiatorum aut piratorum, sed nauiculam aut nauim piscatorum, in qua eius humilitas commendatur. *Secuti sunt eum discipuli eius* quia cum eo ingressi sunt nauim, vt legitur in Luca, Secundum originem, Christus cum multa & magna Marci. 4.
fecisset in terra, perrexit ad mare, vt ibidem excellētiora o- Lucæ. 8.
perā demonstraret, quatenus terræ, marisque dominū se ostenderet. Ascendit autem in nauiculam, vt pergeret ad locū C
secretiorem, & populum fugeret, ptopter causas paulòante prætactas. ¶ Secundum Hieronymum, iste ascensus Christi in nauiculam fuit, quando exiuit Capharnaum, sed hoc intelligendum non est de exitu facto statim post sanationem socrus Petri. De nauigatione nanque seu trāsfretatione post illam exitum immediate prædictum est, postquam rursus introiuit Capharnaū post dies octo, vt habet Marcus, Et postea egressus Capharnaum cum fecisset sermonem de parabola seminis; eodem die, videlicet tempore vespertino ingrediebatur nauiculam istam, vt patet in Marco. Et *ecce motus magnus factus est in mari* i. in stagno Genezareth vltra quod

trans

D trāsfretauit, quod dicitur mare iuxta proprietatem idiomatis Hebræorum, hi quamlibet magnam collectionem aquarum nominant mare, eò quòd in Genesi legitur, Congregationes aquarū appellauit deus maria. Motus hic maris creatur suscitatus magis virtute diuina, seu miraculosè, quā naturaliter, vt Christi potentia atque diuinitas panderētur per motionis huiusmodi sedationē. Naturaliter autem motus maris generatur ex vaporibus inferioribus aquarum ascēdentibus & vēto flante ac accurrente in aere. *Ita vt nauicula operiretur fluctibus* maris, nam aquæ eā abundāter ingrediebātur, *Ipse verò* Iesus *Dormiebat* in puppi super cariuical, vt Marcus habet. ¶ Dormiebat autem secundum assumptā humanitatem, vt eius veritatem ostenderet, & futurum miraculum gloriosius exhiberet, non secundum diuinitatē, iuxta illud in Psalmo, Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Denique secundum partem sensitiuam, non rōcūdum portionem intellectiuam dormiuit, iuxta illud, Ego dormio, & cor meum vigilat. *Et accesserunt discipuli, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine salua nos.* id est, à tēpestate hac libera. *Perimus* hoc est, mergi incipimus, *Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis?* inordinato timore qui ex defectu fidei oritur, non solum timore naturali, qui ex imminentia periculi nascitur, *Modicæ fidei* id est, vos qui adhuc paruam, sed tamen aliquantulam fidē habetis. Quod enim dixerūt, Domine, salua nos, ex fide manauit, qua crediderunt eū esse dei filium, & ad saluandū potentē: quod verò dixerunt, perimus, ex timore & pusillanimitate processit: quod autē suscitauerunt eū, ex ignorātia & fidei imperfectione descēdit. Putabant enim quòd Christo dormienti minus innotesceret omnia, quam vigilanti, quasi somnus actū rationis impediret in ipso, vnde increpari & audire meruerunt, Quid timidi estis modicæ fidei? Nēpe si magnæ fidei extitissent, imperassent, & ipsi tēpestati, moxq; cessasset, prout alibi ait saluator, Si habueris fidem sicut granū synapis, dicetis huic monti, tollere, & mitte te in mare, & obediet vobis. *Tunc surgens Iesus* à somno & puppi seu loco dormitionis *Imperauit* i. per modum imperantis potēter iniunxit *Mari* i. cōmotioni, tēpestati maris *Et vēto* vt cessarent *Et facta est tranquillitas magna*, plena quies à procella præfata in instanti, quoniam virtus diuinitatis Christi cum sit infinita, agit in instāti, in quo operatur. Christus suæ diuinitatis omnipotentiā demonstrauit. Nam A vēto & mari imperare, & imperialiter subiecta habere ad nutum, nō cōuenit nisi vero deo. Propter quod Marcus, vt istud miraculum gloriosius cōmendaret, sic ait, Surgens cōminatus est vēto, & dixit mari, Tace & obmutesce. In isto fundatur positio Theologorū, ponentiū in omni natura creata potentiā obedientialē, qua suo creatori ad nutum obedit in omnibus. *Porrò homines* existētes in naui *Mirati sunt* viso tanto prodigio *Dicentes: Qualis est hic?* quasi dicant. Aliquid supra hominem apparet in eo, videlicet quod sit deus, vel deo charissimus, ac summe familiaris, *Quia venti & mare obediūt ei* de quo scriptū est, Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuū eius tu mitigas. Inanimata autem propriè nō obediunt, nisi deo per authoritatē. Si cæteris obedire dicantur in his quæ sunt supra naturā, intelligendum est, per ministerium, secundū Hieronymū & Bedam. Quod dicitur, Porrò homines mirati sunt, nō de discipulis Christi, sed de nautis, & aliis qui aderant, intelligendū est. Aliis verò satis probabiliter videtur quòd de discipulis quoque hoc ipsum dicatur, quod ex verbis Marci & Lucæ sequi putatur. Miratio enim cōsurgit ex inspectione effectus & ignorātia causæ, quēadmodū homines videntes lunam eclypsari & causam eclypsis ignorantes, mirari cœperūt. cum ergo causa perfectè cognoscitur, cessat miratio, idcirco astrologus eclypsim nō admiratur vt rusticus. Discipuli autem nondum cognouerunt Christi diuinitatē, cuius virtute facta sunt hæc. Ipsi ergo mirati sunt, quanuis minus quàm alij, quoniā magis soliti erant videre miracula Christi. ¶ Præterea per nauiculam quidam mysticè intelligunt crucem, in qua Saluator moriēdo dormiuit, quam secum ascenderunt discipuli postmodum tollentes crucem suā quotidie: quo pendente in cruce, facta est magna in mundo tempestas: quia à sexta hora vsque ad nonam tenebræ factæ sunt, & terra mota est, Apostoli quoq; turbati fuerunt, suscitaueruntq; Christum, eius resurrectionem optādo. Quo resurgente. magna cordis tranquillitas data est Christi discipulis. Chrysostomus per nauem intelligit ecclesiam, id est, congregationem fideliū, ad quam Christus descendit per incarnationem & conuersationem cum ea. Ipsa quoque portauit Christum, prædicando eum per totum mūdum, qui est mare magnum, de quo ait Saluator in Psalmo, Veni in altitudinem

Marci. 3. Lucæ. 8. Marci. 4. Gen. 1. Marc. 4.

B C

dinem maris. Christo autem hanc nauem ingresso, tentatio-
num & aduersitatum commotio irruit super discipulos, qui
clamando ad Christum euaserunt. Nauis enim Petri concus-
potest, non mergi. Sic & nos in omni graui tribulatione cla-
memus ad Christum: dicentes: Domine, salua nos, perimi-
Et cum venisset Iesus cum discipulis suis, *Trans fretum* id est,
vltra stagnum seu mare prædictum, *In regionem Gerasenorum*
quæ erat ex alio littore huius maris. Et dicitur regio Gera-
norum à principali ciuitate terræ illius, quæ dicitur Gera
vel Geneser, *Occurrerunt ei duo* homines *Habentes dæmo-*
nia, quia quilibet eorum vel saltem vnus à multis dæmo-
bus fuit obsessus, Lucas enim refert, quòd legio demonũ fuit
E in eo. Marcus verò & Lucas non loquuntur, nisi de vno ha-
bẽte dæmonia, sed nõ est contradictio inter eos & Matthæ-
quoniam numerus minor non excludit maiorem, neq; ecco
tra, *De monumentis exeuntes* quia non habitabant in domi-
bus, sed in fossis factis pro sepultura, *Sæui nimis*, id est, va-
de feroces in se, & in alios, quoniam à dæmonibus obsessi
erant, quibus data fuit à deo licentia exercẽdi crudelitatem
magnam per homines istos ab ipsis obsessos, & tam sæui ere
Ita vt nemo posset illæsus atque securus *Transire per viã illã*.
Et ecce clamauerunt, Viso enim Iesu, dæmones loquebantur
per vascula à se impleta, dicentes: *Quid nobis, & tibi Iesu fili*
dei? id est, quæ conuentio vel similitudo inter nos infames
atq; obsessos, & te sapientem ac sanctũ? Quasi dicãt, Non de-
F buisti venire ad nos. Hæc verba homines isti loquebãtur, sed
dæmonibus eos ad loquendũ mouẽtibus adscribũtur. Quod
autem nominant Iesum filiũ dei nõ ex certa cognitione, sed
coniectura & suspitione procedit, secundum Hieronymum.
Hæc quoque confessio ex necessitate potius quàm ex volun-
tate processit, velut si serui fugitiui verbera metuẽtes, verba
blanda suo domino loquantur vt eis parcatur. *Venisti ante*
tempus id est, valde cito & ante tẽpus à nobis præsumptum,
vel ante diem iudicij, in quo erit plena & finalis reproborũ
damnatio, *Torquere nos*, quoniam tua præsentia nobis pœ-
nalis est, & timemus eiici à te, quod nobis graue est valde.
Dæmones enim cum maximè odiant homines, delectantur
eos torquendo, & dolent dum expelluntur. Ideo autem pœ-
tissimum dixerũt (vt reor) venisti ante tempus torquere nos,
quoniam verebantur in infernum retrudi, in quem moneban-
se in

die iudicij retrudendos. Veruntamen vbiq; ferunt igne A
suum secum Erat *autem nõ longe ab illis* dæmoniacis *Grex por-*
corũ multorum vsque ad duo milia, secundũ Marcũ *Pascens*. i. Marci. 5.
nutrimentum sumens, *In monte* de herbis atque gramini- Lucæ. 8.
bus. *Dæmones autem rogabant eum*, videlicet Iesum, dicen-
tes: *Si eicis nos* ab istis duobus obsessis, *Mitte* id est, ire per-
mitte *Nos in gregem porcorum* id est, in porcos. Talis fuit
ista petitio, velut si reus timens patibulum, quærat gladium:
quia inter duo mala minus malum eligitur. *Et ait illis Iesus*:
Ite in porcos. Hæc Christus concessit, non ad instantiam dæ-
monum, sed propter alias causas. Primò, vt ostenderetur
hominibus quantus sit rancor dæmonum contra eos, pro-
pter hoc quærunt nocere iumentis, & pecoribus hominum.
Secundò, vt miraculum istud eiectionis dæmonum hac oc-
casione amplius diuulgaretur ad hominum informationem,
quod & factum est, vt statim subiungitur. Tertiò, quoniam B
homines regionis Gerasenorum suis peccatis, hoc damnum
meruerunt. Erant quippè gentiles, vt fertur. *At illi* dæmo-
nes *Exeuntes* ab obsessis, *Abierunt in porcos*, imò in vnum Marci. 5.
porcum plures dæmones intrauerunt, secundum quod nu- Lucæ. 8.
merus dæmonum numerum porcorum excessit. In vno si-
quidem obsesso fuerat legio demonum. *Et ecce impetu*. i. cum
impetu veloci ac vehementi, seu motu celerrimo & rapido
cursũ, *Abiit totus grex porcorum per præceps* id est, præcipitan-
ter, seu per locum præcipitem & tortuosum, *In mare* Ge-
nezareth, dæmonibus porcos impellentibus. Porci nanque
potius agebãtur, q̃ agebant, *Et mortui sunt* porci *In aquis* id
est, submersi & suffocati, *Pastores autem* porcorum *Fugerunt*,
territi tam insolito, horrendoq; facto. Et ne damnum ipsis
imputaretur, & ne ipsi quoque à dæmonibus inuaderentur.
Et venientes in ciuitatem Genesser metropolim huius prouin
ciæ, quæ fuit ex opposito Galilææ, vt Lucas commemorat.
Nuntiauerunt omnia ciuibus, scilicet de submersione porco- C
rum, & de his duobus qui dæmonia habuerant, quomodo cu
rati essent à Christo, de cuius licentia dæmones ingressi sunt
porcos. *Et ecce tota ciuitas* id est, populus ciuitatis pro magna
vel principaliori parte, *Exiit obuiam Iesu* vt eum honora- Marci. 5.
rent, vel signa facta viderent, vt asserit Marcus. *Et viso eo, ro-*
gabant eum, vt transiret a finibus eorum id est, ab ipsis, & ter-
ra eorũ recederet, vel quia se indignos reputabant eius præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

D sentia, sicut Cęturio: vel ne talia dãna amplius paterentur. Christus plures dæmoniacos in terra ipsorũ curaret. Ve tamen si sapientes fuissent, potius Christum rogassent manere, quam omnino terram eorum exire, ¶ Mystice hoc quod Christus post maris trãsfretationem, dormitio & suscitationem ingressus est terram Gerasenorum gen significatur, quod post cõuersãtionem suã in hoc seculo, bulętissimo mari, post dormitionę in cruce ac monumen & resurrectionę, intrauit terras gętilium, mittendo ad apostolos, & introeundo corda eorum per fidem & gra

E Per sanationem quoque sæuissimorum dæmoniacorũ, de

Eccle. 8. Prou. 2. gnatur conuersio habituatorum & obstinatorum in vitiis qui cum in profundum peccatorum venerint, contemn qui sine vllo timore perpetrant mala, super quos clauste teus os suum, de quibus ait Psalmista, Prodiit quasi ex adi iniquitas eorum. Et Salomon, Lætantur cum malè fecer Tales sæpius sanantur & conuertuntur à Christo, ita ve nes qui viderint, obstupescant.

¶ CAPIT V. IX. Et *ascendens in naviculam, transfretauit.*

ARTICVLVS XVIII.

T *ascendens* id est, ingrediens, *Iesus in navi*

E *lam* forte in eadem, in qua venit ad terram Ge rasenorum, *Transfretauit* hoc est, naviga

F per mare prædictum reuersus est cum sua comitiua. Et *in ciuitatem suam* Per hanc ciuitatem Hieronymus intelligi

Mar. 8. Lucæ. 1. Lucæ. 5. Nazareth, à qua Iesus dictus est Nazarenus. Augustinus re rò intelligit per eam Capharnaum, & hoc cõmunius tenetur, quoniam apud Marcum manifestè describitur sequest raculum in vrbe Capharnaum perpetratum. Quemadmo ergo Nazareth dicitur ciuitas Christi, quia in ea concepe & Behleem, quia in ea natus: Sic Capharnaum, quia in moratus, frequẽter cõuersatus, & multa miracula operatus *Et ecce* habitantes vel existentes, in Capharnaum *Offerebant* hoc est præsentabant, Ei videlicet Christo, *Paraliticum iacentem in lecto* qui secundum Marcum à quatuor po tabantur, quia per se ingredi non valebat. Denique secund Lucam, cum domum in qua Iesus fuerat, introireviri isti n possent, ascenderũt tectũ, & illo nudato per tegulas subm serunt ęgrotum in lecto ante Iesum per fines vt puto. *Et*

dens Iesus oculo interiori, *Fidem illorum* offerentium paraly- A
ticum, atq; ipsius paralytici, qui etiam fidem habuit recipiendæ sanitatis, & potentiæ Christi, quãuis forte minorem quã illi, *Dixit paralytico, Confide fili* hoc est, spera te adepturum quod optas, imò maiora recipies. Nam *Remittuntur tibi peccata tua* propter quę hanc sustines infirmitatem. anteq̃ Christus paralytico peccata sua indulsit, infudit ei quandam displicentiam seu contritionem culparum. *Et ecce quidã de scribæ* quorum multi tunc aderant, Vt Lucas Euangelista refert, qui magis venerunt ex curiositate, vel animo calumniandi, quàm desiderio proficiẽdi. *Dixerunt intra se, Hic blasphemat,* Marci. 2.
vsurpãdo sibi, quod soli deo possibile est, scilicet peccata re- Lucæ. 5.
mittere. Dixerunt enim in cordibus suis, Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus. Quoniã ergo putabãt Iesum esse B
hominem purum, imposuerunt sibi crimen blasphemiæ, eò quòd præsumpsit alicui peccata dimittere. Iesus verò probat se non blasphemasse, verumq; deum esse, aperiendo secreta cordis illorum, & paralyticum solo imperio, propria virtute & authoritate curando, quorum vtrumq; deo est proprium. Quis enim nouit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? *Et cum vidisset* oculo intellectuali *Iesus cogitationes illo-* 1. Cor. 2.
rum scribarum, quas tunc videre non cœpit, sed à principio creationis animę suæ eas cognouit, sicut & cętera futura: sed nunc ostendit se eas vidisse, vt sit sensus, cum vidisset, id est, vidisse se ostẽdere vellet Iesus cogitatus illorum peruersos. C
Vnde Iohannes in suo Euangelio protestatur, Necessarium Ioan. 1.
Christo non erat, vt quis ei testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. *Dixit eis,* Vt Iohan. 8.
quid cogitatis mala? id est, falsa *In cordibus vestris* hoc est cum cordis consensu imputando mihi blasphemiam, qui non quæro gloriam meam, sed honorifico patrem meum. Hoc idem ait Christus apud Hieremiam, Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ: deinde probat per experientiam, se esse Hier. 1.
deum, & posse relaxare peccata. *Quid est facilius dicere* hoc est, dicendo efficere, *Remittuntur tibi peccata tua, an dicere* id est dicẽdo peragere, *Surge* ò paralytice Et *ambula* omnino sanatus? Vt *sciatis autem, quoniam filius hominis* Nouerant turbæ quod per filium hominis intellexit seipsum Habet potestatem *in terra*. i. in hominibus qui demorantur in terra, Di*mittendi peccata* secundum quod deus est, per authoritatẽ, ita

D quòd operari posit in anima, maculam culpæ per nitore
fusæ gratiæ auferendo. Loquitur autem Christus iam de p
testate sua increata, diuina ac infinita, non humana: aliter
tio sua nõ videretur concludere *Tunc ait paralytico.* Hoc
bum interponit Euangelista. Christus nempe adiecit,
dico paralytice, *Surge* sanus à lecto ægritudinis. *Tolle*
tuum in quo iaces, Et *vade in domum tuam* quæ forsan
tra Capharnaum fuerat sita. ¶ Sed quæritur, quomodo
argumentatio valeat, cum maius sit animam à languore
cati curare, quàm corporalem infirmitatem sanare? Dicen-
dum quod Christus intendit probare vtrumque soli di
posse conuenire potentiæ. Nam licet paralysim curare, p
sit naturaliter fieri, tamen tã imperialiter, subito & authori-
tatiue eam curare, nõ cõpetit nisi potentiæ infinitæ. Ideo
E ostendendo se taliter posse sanare paralysim, demonstra-
quoq; se posse dimittere culpam. Et *surrexit paralyticus* (
senatus) & *abiit in domum suam* proprium portans lecti
ad declarandum, quod nec vestigium pristinæ infirmitatis
eo permansit *Videntes autem turbæ* tantum prodigium
muerunt Obiectum timoris est malum. Nam timoris se
lis obiectum est malum pœnæ, timoris verò filialis obiec-
est malum culpæ, videlicet separatio à deo vel dei offen-
Quid ergo vel cur timuerunt hæ turbæ, cum potius exul-
re, & amare debuerant? Et respondendum, quod ex tam
miraculo perpenderunt sanctitatem, dignitatemq; Chri-
F quem licet nondum putarent deum, certissimè tamen te-
bant eum esse virũ sanctissimum, diuina potestate agen-
sicq; considerata sanctitate ipsius propriam prauitatem d
rius attenderunt, quia opposita iuxta se posita clarius im
testcunt, sicq; vltionẽ diuinæ iustitiæ metuebant, seipsos
horruerunt, & Christi præsentia reputabãt indignos, eum
offendere verebantur Et *glorificauerunt deum*, id est, g
rioſum, pium & omnipotentem esse professi sunt, *Qui*
Marc. 2. *potestatem talem hominibus* scilicet potestatem faciẽdi mira-
cula. Cur non dixerunt, qui dedit talem potestatem huic h
mini, singulariter, præsertim cum secundum Marcũ dixe
legantur, quia nunquã sic vidimus? Dicendum, ꝙ forte inte
debant ponere plurale pro singulari, vel nondum putaba
ampliorem potestatem collatam Christo, quàm Moysi, &
prophetis. Consequẽter glorioſus Euãgelista Mat. ſuſpi
conuer-

conuersionem describit, Et *cum transisset inde*, hoc est, à Ca- A
pharnaum, seu domo, vbi sanauit hunc paralyticũ, *Vidit ho-*
minem sedentem in teloneo i. aucupatũ in colligẽdo vectigalia
seu tributa: & forte ad literã tunc sedebat quantum ad situm
corporis in teloneo, id est, in domo publica, vbi soluebãtur
prædicta. vel teloneum est mensa in qua computantur vecti
galia. Hic Matthæus alio nomine appellatus est Leui, sicq; Lucæ. 5.
vocant eum Lucas & Marcus, dum eius conuersionẽ descri- Marci. 2.
bunt. Nam propter reuerentiã nolunt eum vsitato nomine
designare, dum inhonestum eius officium exprimunt, Et *ait*
illi Iesus, Sequere me Respexit Iesus Matthæũ oculo corpo-
rali, sed multo profundius oculo pietatis internæ seu cõpas-
sionis affectu, quemadmodum respexit & Petrũ, post trinam
negationem. Similiter vocat Matthæũ verbo vocali ad ex- B
tra corporales aures pulsando, sed multo virtuosius vocauit Matth. 27.
eum verbo inspirationis occultæ, exhortationisq; intimæ,
de quo ait propheta, Audiam quid loquatur in me dominus
deus. Porro verba Christi operatiua erãt, & penetratiua cor
dis, Et *surgens* à pristina conuersatione iniusta à loco telo Psal. 84.
nii, & ab omni affectu terreno, *Secutus est eum* videlicet
Christũ mentis religiosa deuotione, & corporis gressu prõ-
ptissimo. Et *factum est, discumbente eo* id est, Christo mandu-
cante *In domo* Matthæi qui fecit Christo magnum conui-
uium secundum Lucam, non tamen immediate post conuer Lucæ. 5.
sionẽ suam, sed postea, imò ꝙ hic dicitur de vocatione Mat-
thæi, per recapitulationem dicitur, non secundũ historiæ or
dinem, vt habetur in Luca. Quod Iesus ascendens in monte C
antequã illic sermocinaretur, vocauit ad se discipulos suos, Lucæ. 6.
elegitque ex eis duodecim Apostolos, quorũ Matthę⁹, ex-
stitit vnus, sermo autẽ in monte diu factus fuit ante prædi-
ti paralytici curationem: post quam hic describitur vocatio
Matthæi. Sed forte conuiuiũ factum est statim post curatio-
nem paralytici huius. Quamuis enim Matthæus primò mox
sequutus sit Christum, postea tamen de licentia Christi vnà
cum Christo & eius discipulis rediit ad domum suam, forsi-
tan dispositur⁹ de negotiis suis, quia telonearius fuit, & do
minis suis rationẽ reddere debebat. Glosa tamen videtur ali
ter dicere. Ecce *multi publicani* id est, publici transgressores,
Et *peccatores* minus famosi in vitiis, *Venientes* ad domum
Matthæi ab eo inuitati, quoniam socij eius fuerunt, & exem

D plo Matthæi Christum sequi ac pœnitere cœperũt: quem-
modum in libris Regum Helisæus ab Helia vocatus fecit co-
uiuium sociis suis, mactans boues duos *Discumbebant cum*
su & discipulis eius in domo Matthæi. ¶ Porrò si Matthæus
in sua vocatione omnia sua penitus reliquisset quasi non re-
uersurus nec dispositur? de eis, nõ redisset ad propriã domũ
neq; de suis facultatibus exhibuisset Christo & cæteris
solenne conuiuium. *Et videntes pharisæi* Christum & co-
discipulos cum publicanis comedere, *Dicebant discipulis eius*
Secundum Lucam & Marcum etiam scribæ murmurabant
dicentes, *Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat ma-*
gister vester? Quasi dicat. Hoc indecens est, cum dicat Hie-
mias, Quid tritico cũ paleis? Et Dauid, superbo oculo &
satiabili corde, cum hoc nõ edebam. Et rursus scriptura hor-
tatur, Viri iusti sint tibi cõmensales. Et Salomon in Prouer-
biis, Ne comedas (inquit) cum homine inuido. *At Iesus au-*
diens adminus aure cordis verba pharisæorum qui ista dix-
runt, vt quasi non audirentur à Christo *Ait eis* efficaciter re-
spondendo, atque illorum præsumptionem ac elationem re-
darguendo. *Non est opus* id est, necessarius non est *Valen-*
tibus id est, sanis *Medicus* loquendo de vtrisque formaliter.
Medicus enim ordinatur ad vulnerum atque morborum cu-
nationem, quæ in hominibus sanis non sunt. vnde nec in-
gent medico quàmdiu sunt tales, quod de spirituali & corp-
rali sano ac medico verum est. *Sed malè habentibus* id est, in-
firmis opus est medicus. Nam spiritualiter vulneratis seu a-
piis necessarius est medicus spiritualis, qui possit animã p-
catricem ad statum gratiæ reuocare, & illud Apostoli imp-
re, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipi-
infirmos, patientes estote ad omnes. Talis fuerat Christus
qui in Esaia testatur, Dominus inquiens, dedit mihi linguam
eruditam, vt sciam sustẽtare eum qui lapsus est verbo. Ita
misericordia miseris necessaria est, quod Christus consequ-
ter probat authoritate Oseæ prophetæ dicens, *Euntes autem*
id est, eorporaliter à me recedentes vel spiritualiter à pec-
sumptione, crudelitate & ignorantia abeuntes. Nam dupli-
citer peccatis. Primò, quod vosipsos iustificatis. Secũdò, quod
alios spernitis, iudicatis & condemnare auderis. *Discite quid*
est i. quomodo intelligi debeat & obseruari, *Misericordiam*
volo, hoc est, compassionem & subuentionem ad proximum
indigen-

indigentem, Et *non sacrificium* legale, quasi illud sit per se A
acceptum ac meritorium sicut misericordia. Vel, non sacri-
ficium legale pro tempore euangelicæ legis, in quo miseri-
cordia maximè prædicatur. Simili modo scriptum est apud
Esaiam prophetam, dicentem, Holocausta arietũ, & adipem
pinguium nolui. Quid autem velit deus subiungitur illico: s.
subuenire oppresso. Vnde Micheas propheta hoc ipsum cla-
rius introducit, dicens, Nunquid offeram domino holocau-
stomata? Nũquid placari potest deus in milib⁹ arietũ? Qua-
si dicat nequaquam. In quo ergo placatur adiecit, Indicabo
tibi homo quid sit bonum, aut quid dominus requirat à te:
Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam. Conse-
quenter subditur causa vel potius signũ, quod deus vult mi-
sericordiã potius q̃ sacrificiũ. *Non enim veni vocare iustos, sed* B
peccatores. Hoc est, quod alibi ait Saluator, Venit filius ho-
minis quærere & saluũ facere qđ perierat. Et Apostolus, Fi-
delis sermo & omni acceptione dignus, quoniam Christus
Iesus venit in hũc mundũ peccatores saluos facere. Sed nón-
ne Christus vocauit Iacobum iustũ, Petrũ, qui nunq̃ come-
dit omne immundum, Andream, Iohannem, & alios quosdã
iustissimos? Et nónne Apostolus veraciter asserit, Quos præ
destinauit, hos & vocauit. Quomodo ergo non venit Chri-
stus vocare iustos? Et respõdendũ dupliciter. Primò, quia se-
cundũ Ambrosium per iustos intelligit scribas & pharisæos,
de sua iustitia præsumẽtes, qui tamen veraciter iusti non e-
rant, sed vani atq; elati. Per peccatores verò intelligũtur hu
militer pœnitentes, qui veraciter iusti sunt. Illos ergo iustos C
Christus nõ venit vocare per salutarẽ effectũ seu efficientiã,
& cõsecutionẽ salutis: iuxta quẽ modũ Christus non est cru-
cifixus pro reprobis, sed electis, quia de taliter iustis dicit
Apostolus, Ignorantes dei iustitiam, & suam volẽtes statue-
re, iustitiæ dei non sunt subiecti. Istos verò peccatores venit
vocare efficienter atq; finaliter, de quibus infra testatur, lo-
quens ad pharisæos, Cum videritis publicanos & peccato-
res præcedere vos in regnum dei. Secundò dicendum, quòd
Christus loquitur hic de vocatione ad pœnitentiã, quæ pec-
catoribus conuenit, non iustis, secundũ quod tales sunt. Vn-
de apud Lucam sic legitur respondisse, Non veni vocare iu-
stos, sed peccatores in pœnitentiam. Iustos verò vocant &
vocat ad gratiæ incrementum, & vitæ spiritualis perfectio-

D nem. Denique authoritates inductæ ad hoc quod cum pecc
toribus vescendum nō sit, intelligi possunt de peccatoribu
penitus obstinatis, de quorum conuersione non est spes:
de iustis imperfectis, quibus obesse valet conuersatio cū
iustis, iuxta quod scriptum est, cū peruerso peruerteris. Vn
Apost. Cum huiusmodi (ait) nec cibum sumere: Christo
nocere non potuit conuersatio cū peruersis. Publicani qo
que & peccatores cum eo vescentes non erant inconuer
biles, ideo vt illuminarentur & conuerterentur, Christus
humanè ac affabiliter habuit. Interea per corporale con
uium quod Christo Matthæus exhibuit, mysticè intelligi
tur spirituale conuiuiū quod ei in anima sua parauit, præ
do Christo delitias cordis, per hoc ꝙ eum in anima toto re
E cepit affectu, aperiens ei ostium mentis de quo conuiuio
Prou. 8. Saluator in prouerbiis Salomonis, Delitiæ meæ esse cū fi
hominum. Et in Apocalypsi, Ego sto ad ostium & pulso,
quis aperuerit mihi, intrabo ad illū, & cœnabo cū eo, & ip
mecum. Præterea, per corporale illud conuiuiū designat
spirituale conuiuiū, quod Christo facit Matthæus, quod
in tota ecclesia, vbicunq; eius euāgelium legitur & audit
ex cuius auditione corda hominum proficiunt, Christo
offerunt, eū recipiunt, & cum eo spiritualiter epulantur. Se
& dum exemplo Matthæi graues transgressores conuerte
tur & corriguntur, facit Matthæus Christo solenne conu
uium. In vocatione quippè publicani & telonearij ad discip
pulatum, & Euangelistæ officiū, proponitur omnibus quan
F tumcunque peruersis, grandis fiducia pœnitendi ac venia
Tunc id est, postquam Saluator sua responsione confudit,
obturauit ora pharisæorum vt dictum est, *Accesserunt ad eu*
discipuli Iohannis Baptistæ dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiu
namus frequenter videlicet sæpius quàm in lege præcipitur
ex speciali deuotione *Discipuli autem tui non ieiunant*, Tum
sæpe, quāuis ieiunia præcepta seruauerint. ¶ In hac inten
gatione multipliciter peccant Iohannis discipuli. Primò, q
se de suo iactant ieiunio, quod potius fuerat occultandum
maximè quo ad illud quod superrogationis extiterat. Secū
dò, ꝙ se pharisæis coniūxerant, quos à Iohāne nouerant re
probatos. Tertiò, quòd Christi discipulos, imò & Christum
redarguere præsumpserunt, quem à Iohanne laudatum sci
bant. Et *ait illis Iesus, Nunquid possunt filii sponsi*, id est, spi

rituales filij & discipuli mei, qui sum spōsus ecclesiæ, de quo A
legitur, Tanquam sponsus procedēs de thalamo suo: de quo Psal. 18.
dicit Apostolus, Despondi vos vni viro virginē castam exhi-
bere Christo. *Lugere*, id est, affligi & contristari ieiunan-
do frequenter, & alia rigorosa exercitia prosequendo? Tan-
quam dicat, hoc nō decet. Amicus autem & filius sponsi: qui
stat & audit, cum gaudio gaudet propter vocem sponsi. *Ve-*
niet autem tempus, cum auferetur ab eis sponsus, videlicet, dies
passionis & ascensionis, quando Christus ablatus est à suis,
quantum ad corporalem præsentiam, quemadmodū ait, Pau-
peres semper habebitis vobiscum, me autem non semper ha
bebitis. Et iterum, Exiui à patre & veni in mundum: iterum B
relinquo mundum, & vado ad patrem. Quantum verò ad di
uinæ maiestatis naturam & gratiosam ac spiritualem inhabi
tationē, semper erat & est cum suis fidelibus, iuxta illud, Ec- Esa. 53.
ce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consumma-
tionem seculi. Et *tunc ieiunabunt* corporaliter abstinendo,
sicut & Iacobus qui vouit se non comesturum, donec vidis-
set filium hominis resurrexisse à mortuis. Et Petrus, Qui e- Luc. 22.
gressus fleuit amarè, quousque Christum resurrexisse audi-
uit. Certum est autem apostolos, & totam primitiuam eccle
siam, post Christi passionē in magna sobrietate vixisse. Insu-
per probat Christus per quasdam similitudines, quod disci-
pulis suis adhuc non congruebat frequens vel magnum ieiu
nium. *Nemo autē* prudenter agens *Immittit*, id est, suen- Marci. 2.
do transfert & inserit, *commissuram* i. iuncturam seu parti- Lucæ 5.
culam *Panni rudis* i. noui, pilosi, ac spissi. *In vestimentū ve-* C
tus illud reformando cum tali particula à nouo panno, seu
vestimento abrupta. *Tollit enim plenitudinē eius à vestimēto*.
i. si quis partem panni noui, à noua veste acceptā, adiungat
& consuat veteri vestimēto. *Aufert plenitudinem eius*, i. per-
fectionē noui panni, à vestimēto nouo, quod deformatur &
partim corrūpitur, si ei pars sua abstrahatur, vt veteri vesti
iungatur. Et *peior scissura* id est, dānosior corruptio. *Fit* in
nouo panno seu vestimēto, quàm fuerat in antiquo. Per hoc
innuit Christus, quod sicut tam differentium pannorū con-
iunctio, improportionata est & deformis, sic status ieiunan-
tium, non potest subito transferri in eos, qui vsitati sunt mā
ducare frequenter, quales fuerunt discipuli Christi. Idcirco
oportuit eos primò spiritualiter innouari, per spiritum san-

ctum,

ctum, tuncq; abstinere, sicut & factum est. Nam statim post resurrectionem, receperūt spiritum sanctum, insufflante eos Christo, quem in die pentecostes plenius receperunt: extunc ieiunauerūt. Istud videmus quotidie verificari quod homines quamuis pœniteant multū, tamē ieiunare non valent, nisi per gratiam confortentur ac renouētur. Aliud exemplum subiungitur, *Neque mittunt* id est, homines nō solent *Vinum nouum* videlicet mustum *In vtres veteres*, id est, in vasa antiqua *Alioquin* i. si mustū in veteres vtres non fundatur, *Rumpuntur vtres* tales, cum sint debiles, vini vim lentam ebulitionem non potentes sufferre, *Et vinum effunditur, & vtres* tales *pereunt*, i. destruuntur, *Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt* homines, *Et ambo conseruantur*, vinum & vasa manēt in esse. Per hoc Saluator insinuat, quod cut debilia vasa ferre nequeunt noua vina: sic rudes & fragiles discipuli sui nondū dispositi erant ad sustinendū magnum rigorē ieiunij, sed innouādi erant per infusionē spiritus sancti, quatenus feruorē perfectionis, abstinentiæq; rigorē valeant & fructuosē possent sufferre, quia Iohānis & pharisæorum discipuli, quanuis corporaliter ieiunabant, parum tamen interius profecerunt, quoniā gratia innouationis prædictæ, non erant repleti. Tali ergo infructuoso ieiunio noluit Christus suos vexari, præsertim cum corporalis exercitio ad modica prosit. Per vinum igitur nouum, rigor abstinentiæ, & feruor perfectionis designantur: per vtres veteres, homines fragiles, nōdū spiritualiter renouati, roborati, accēsi. Idcirco ferre nō possunt rigorē iustitiæ, & perfectionis laborē: sed rūpuntur, quia sub onere cadūt, nisi mirabiliter præueniātur à spiritu sancto, propterea paulatim ad perfectionem ducendi sunt sicut nouitiis in religione conceditur annus probationis, in quo vires proprias experiantur, & pedetentim ad perfectiora exercitia extēdantur. Nā & paulatim lōgius itur. Et Bernadus ait, Nolo subito summus fieri, succesiue proficere volo. *Hæc verba* iam prænunciante *Illo* videlicet Christo *Loquente* ad illos discipulos Iohannis Baptistæ. *Ecce princeps vnus accessit* ad Iesum corde fideli, & corpore celeri. Secundum Lucam & Marcū princeps iste fuit archisynagogus seu princeps synagogæ cuiusdam, vocabaturq; Iairus, Habebant enim Iudæi certas domos seu tēpla, non ad sacrificia offerenda, sed ad vacādum orationi, lectioni

lectioni, consilio ac laudibus dei: & hæ domus vocatæ sunt synagogæ. Qui verò præerant synagogis & eis qui ad synagogas confluxerunt, nominabantur archisynagogi, quorum vnus extitit Iairus iste. *Et adorauit eum* videlicet Christum non adoratione latriæ, quia non putauit Iesum esse deum. Nam vt ex subditis innotescit, non putauit eum posse facere quod rogabatur, nisi corporaliter esset præsens. Adorauit igitur eum, id est, magnam ei reuerentiam exhibebat: cecidit enim ad pedes eius, vt Lucas refert, iuxta q̄ scriptum est, Quanto maior es, humilia te in omnibus. ¶ Sed quæritur, si non credidit Iesum esse deum, quomodo mente fideli accessit? Et respondendum, quòd credidit eum posse facere quod rogabatur, nec Iairus tenebatur adhuc ad tam explicitā fidē, vt ideo dicatur nō fuisse fidelis, quia non credidit Iesum esse deum. Accessit ergo, dicens, *Domine, filia mea, modo defuncta est.* Videtur huic contrarium, quod in Marco legitur Christo dixisse, Filia mea in extremis est. Dicendū duplicitер. Primò, q̄ Iairus loquitur secundum cōmunē modum loquendi quo de agonizante, cuius vita desperatur, communiter dicimus, q̄ sit mortuus homo. Iairo autē recedente à domo, cœpit filia eius se ad mortē disponere. Vnde apud Lucā habetur, quod moriebatur: idcirco asseruit eam defunctam. Secundò, q̄ Matthæus narrat verba Iairi quæ dixit Christo, postq̄ à seruis suis percepit filiā suā iam esse mortuam. *Sed veni* corporaliter, *Impone manum tuā super eam, & viuet.* i. resuscitabitur. Nō ergo Iairus tā perfectæ fidei fuit sicut Cēturio, sed corporalē præsentiam Christi necessariā existimauit. Tantam verò virtutē ac sanctitatem credidit inesse animæ Christi: vt corporali tactu suæ manus, filia eius suscitaretur vtique virtute, prece ac merito animæ Christi. Nō enim ignorauit hic Iairus quemadmodum in libris Regum legitur defunctus quidam suscitatus, ex contactu ossiū Helisæi. *Et surgens Iesus* à domo Matthæi, in qua cum publicanis comedit, suosq; (vt dictum est) discipulos excusauit. *Sequebatur eum*, videlicet Iairū. Cōpatiebatur etenim Iairo, quia secundū Lucā, filia ista vnica erat parētibus suis, habens annos fere xij. Videtur itaq; Iairus præcessisse, quia nūc dicitur q̄d Christus sequebatur eum. Vnde in Marco scriptū est, quod abiit cū eo, nec in hoc est dissonantia. Quāuis enim itineranti vnus ante alium vadat, nihilominus simul ire dicuntur: &forte

A

B

C

Lucæ 8.

Ecclc. 3.

Marci 5.

Lucæ 8.

Matt. 8.

4. reg. 13.

Lucæ. 8.

Marci 5.

1. Tim. 4.

Lucæ 8.

Marci 5.

D & forte Iairus parum præcessit, quasi dispositurus domū suā
ad recipiendum Christum condignè Et *discipuli eius*, videlicet Christi simul cum suo magistro secuti sunt Christū, im-
Marci.6. & turba magna secundum Marcum. Et *ecce mulier* cum
diuinis scripturis præmittitur, Ecce innuitur notabile
quod sequitur *Quæ sanguinis fluxum patiebatur* forte in
ribus *Duodecim annis* & cum vita animalis cōsistat in sangui-
ne, patet ꝙ talis infirmitas sit periculosa atque letalis Accessit *retro*, quia præ verecundia voluit occulte facere quod fecit, præsertim cum secundū legem esset immunda Et tetigit *fimbriam vestimenti eius*, hoc est inferiorē partem vestimenti. Hoc loco asserunt expositores: ẽstq; probabile, ꝙ Christus
E portauerit vestimentum iuxta consuetudinem Iudæorum,
Num.15. videlicet, cum quatuor fimbris. Legitur quippè in Numeri quod cum dominus præcepisset hominē sabbato ligna colligentem lapidari, eò quòd præceptum de sabbati celebratione fuisset transgressus, iussit dominus, vt filij Israel facerent sibi fimbrias quatuor, per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderent recordarentur omnium præceptorum domini. Hoc ad præcepta cæremonialia pertinebat, idcirco Christus factus sub lege, id observauit, sicut & alia quædam legalia, vsq; ad tēpus passionis, in quo cæremonialium obligatio prorsus cessauit. Hanc mulierem dicit Ambrosius Martham fuisse, sed videtur obstare
Lucæ. 8. re, quòd apud Lucam mulier hæc fertur omnem substantiam suam in medicos erogasse. Martha verò post huius miraculi perpetrationem diues fuit, aliter Christum & eius comitiuā frequēter ac liberaliter aluisse ac hospitasse non valuisset. Eusebius ergo in Ecclesiastica historia ait, quòd fuit mulier ciuis Cæsarææ Philippi, in cuius testimoniū dicit, Ante fores domus eius erectam imaginem æream genib⁹ prouolutam, iuxta quam est imago saluatoris ad dexteram protēdentis manum, ad statuam mulieris. Dicit Eusebius se ista vidisse. *Dicebat enim intra se*, id est, in corde *Si tetigero tantum vestimentum eius, sanabor* ab isto sanguinis diuturno profluuio. In quo magnitudo deuotionis ac fidei huius fœminæ declarat, quæ non solum per tactum manus vt archisynagogus, sed etiam per tactum vestis Christi credidit omnem infirmitatem, quanuis naturaliter incurabilem, posse curari. Nam & iste sanguinis fluxus naturaliter incurabilis fuit, vt patet ex eius diuturnitate & im-

& impotentia medicorum, in quos dum mulier omnia bona sua expendisset, nihil profecit secundum Lucā, Tantā igitur A
Lucæ.8. credidit Christo sanctitatem ac potestatem inesse, vt diffunderetur per vestē, quæ licet in se virtutem sanandi nō haberet, tamen inquantū erat operimentū corporis Christi virtuosum & efficax fuit instrumentū curandi, interiori virtute redundāte ad exteriora At *Iesus conuersus* id est, retro seu poste aspiciēs, & videns eam oculo corporali, & notitia approbationis *Dixit*, *Confide filia* magis quā ante, id est, firmiter spera te obtinere quod cupis atq; maiora. Inuitat ergo eam potius ad robur, augmentūq; spei quam ad ipsam spē: nā & ante confidebat, aliter nō tetigisset. Lucas & Marcus plenius recitant istud miraculum, quia secundū eos Christus Lucæ.8.
interrogauit, quis me tetigit? & Petro respōdēte, Præceptor, Marci.5.
turbæ te comprimūt & affligunt, & tu dicis quis me tetigit? Christus repetiuit, tetigit me aliquis, Nā & ego noui virtutem de me exisse. Quo dicto, videns mulier quia non latuit, B
venit, procidit, & corā omnibus profitebatur quid fecit, & quomodo ei acciderit *Fides tua* id est actio fidei *Te saluam fecit* ab isto languore per modum causæ instrumentalis ac meritoriæ, id est merito fidei tuæ curata es à me, tanquam à causa principali & efficienti. Et *salua facta est mulier* à profluuio sanguinis, & à peccatis *Ex illa hora* qua tetigit fimbriā Deute.22.
eius, Christus equidē (cuius perfecta sunt opera) saluauit in anima, quos saluauit in corpore, quāuis quidā eorū recidiuum inciderint, redeundo ad vitia. Moraliter per mulierē sanguine profluētem intelligitur quælibet anima peccatrix, fluxu peccati atq; immūditiæ contabescēs, quæ à nullo via- C
tore curari potest, sed tangendo fimbriā vestimenti Christi, id est, sacramenta saluatoris recipiendo curatur. Et *cum uenisset Iesus in domū principis*, scilicet, Iairi archisynagogi. Omittit Matthæus quod alij Euangelistæ pronuntiant, videlicet quod Iesu existente in via quidam venerunt dicentes ad Iairum, filia tua defuncta est, quid vltra vexas magistrū? Putabant enim Iesum non posse suscitare defunctā, quāuis potuerit agonizantē sanare. Propter quod Iesus dixit ad Iairū, Noli timere. Tātummodo crede, & salua erit Et *cum uidisset* Marci.5.
tibicines Hoc est, quosdam homines lugubre carmē canētes ad prouocandum fletum in aliis. Tales adducebantur antiquitus in funere magnarū personarū. Quemadmodum enim quædam

D quædam symphoniæ melodiæ, seu cantus prouocant ad ali-
daciam, sicut in bellis, quædam ad lætitiam, quædam ad de-
uotionē: sic quedam inducunt ad planctum. Et *turbam tumul-*
tantem hoc est, confusum sonū, & magnum strepitum facie-
tem, loquendo, lamentando, & funeri necessaria preparādo.
Dicebat ad eos *Recedite* domum exeundo, & ab ista affli-
ctione & tumultu cessando, *Non enim est puella mortua* quā
ad me, quanuis naturali ordine mortua sit, *Sed dormit* mihi,
qui eam valeo facilius suscitare à morte, quàm Vos dormi-
tem à sommo. Itaq; nō est mortua, id est, irreparabiliter de-
stituta à vita, sed dormit, dormitione mortis, simili dormitio-
ne somni. Et *deridebant eum scientes quod mortua esset* labora-
bant enim in æquiuocis, & non intellexerunt profundiora
E verborum Christi: & fortè puella ista nō fuit mortua morte
culpæ, quanuis fuerit mortua morte naturæ: vt ideo quoq;
dictum sit, Non est mortua. sed dormit Et *cum eiecta* hoc est
de domo expulsa esset, *Turba* tumultuans, quæ propter in-
credulitatem & derisionem Christi, digna non erat conspi-
Lucæ. 8. cere tantum miraculum. *Intrauit* cubiculum Et *tenuit manum*
eius videlicet defunctæ puellæ *Dicens* imò secundum Lu-
cam clamans *Puella surge*, cui hoc dixit, iam nō erat puella,
sed cadauer, seu corpus exanime. Anima quoque non surre-
xit localiter, nisi per accidens. Ponitur ergo pars pro toto.
Corpori enim præcipitur vt resurgat. Et *surrexit puella* &
quo pensandum quòd non orando sed imperando Christus
puellā resuscitat, in quo eius omnipotētia atq; diuinitas de-
3. Re. 4. clarātur. ¶ Recolam⁹ qualiter Helias & Helisæus mortuos
4. Re. 4. F suscitarunt, moxq; sciemus quanta sit differētia in modo a-
gendi illorū, & Christi: quanuis in facto conuenientia quæ-
dam consistat. Illi ad deū clamando, & super corpora extē-
cta sæpius incumbendo, tandem impetrant quod deposcūt.
iste solo imperio operatur quod placet. Quanta ergo differē-
tia est inter dominū imperantem, & seruum orātem? mi-
tū iste illos excedit. Porrò secūdū Lucam nemo suscitatorū
puellæ interfuit, nisi Petrus, Iacobus & Iohānes Christo fa-
Lucæ. 8. miliarissimi, parentes quoq; puellæ Quanuis autē Saluator
sine cotactu potuerit illam reduxisse ad vitam, tenuit tamē
manū eius, ad ostendendū quod sua caro seu humanitas es-
tit instrumentum vnitæ ac operātis deitatis. Secundū Mar-
Marci. 5. cū puella resuscitata protin⁹ ambulauit, quo viso, qui ode-

obstupuerūt stupore maximo. Iesus verò vehemēter eis præ A
cepit, vt nemo hæc sciret, iussitq; puellæ dari cibaria, & co-
medit, vt veraciter suscitata probaretur. Quanuis autē Apo
stoli & parentes puellæ tacuerunt, non vulgando miraculū
illud, turba tamen eiecta, quæ nouerat puellā verè defunctā
percepto quod reuixisset, nō tacuit, ideo subditur, *Et exit fa-*
ma hæc, id est, rumor tanti ꝓdigij *in vniuersam terrā illā*, hoc
est, ad omnes habitatores Galilææ, in qua facta sunt hæc.

¶ Deniq; tres mortuos legitur suscitasse Saluator, per quos
spiritualis suscitatio trium generum hominū impiorū my- Lucæ. 7.
stice figuratur. Suscitauit nanq; filiā Iairi in domo per quod Matth. 9.
designatur spiritualis suscitatio eorū qui ꝓpter peccatū in-
cenoris cōsensus spiritualiter mortui sunt. Alium suscitauit
in via ad tumulū, scilicet vnicum filiū viduæ: quo designatur B
spiritualiter suscitatio impiorū, ꝓpter peccatū operationis,
vitæ gratiæ destitutorū. Tertium suscitauit de monumēto, vt Lucæ. 7.
pote Lazarū: per quod figuratur spiritualis suscitatio habi- Ioan. 11.
tatorū in malo, qui pessima cōsuetudine velut lapide gra-
di præmuntur. Specialiter verò per Iairū, qui interpretatur
illuminans, quilibet bonus ac doctus prælatus, omnisq; dili-
gēs propriæ animæ custos exprimitur. Cū ergo prælatus ta-
lis seu homo timoratus, cōspicit filiā suā, id est cōgregatio-
nē sibi commissam seu propriā animā grauiter infirmantem,
pergat per desideria sancta ad Christum, eiq; procidēs oret
pro spirituali sanatione huiusmodi filiæ, quatenus Christus
per gratiæ infusionē, eā visitare, viuificare: & saluare digne
tur. *Et transeunte inde Iesu*, id est, à domo archisynagogi eō
recedente, & patriam suam intrante secundum Marcum, vi-
delicet Nazareth secūdum Hieronymum, *Secuti sunt eū duo* C
cæci ducti ab aliis *Clamantes & dicentes* tamen clamor & di Marci. 5.
uisio idē fuit in re, scilicet dictio seu locutio clamorosa ex ma Hierony.
gno affectu procedens, *Miserere nostri fili Dauid* nostrā cæ-
citatem tollendo, & nostræ miseriæ condolendo. Vocāt au-
tem eum filium Dauid, quoniam crediderunt eū esse Chri-
stum, quem Iudæi cōmuniter nouerāt de semine Dauid na-
scituru. *Cum autem Iesus venisset domum*, id est, ad suum ho-
spitium. non enim habuit propriam domum, quia nō habuit
vbi caput reclinaret, *Accesserūt ad eum cæci*. Et *dicit eis Iesus*, Lucæ. 9.
Creditis quia, id est, quod *Hoc* vtpote lumē & visum oculorū
Possum facere i. tribuere *Vobis* Non ex ignorantia sciscita- Marci. 9.
tur,

tur, sed vt illi fideli oris cõfessione amplius mereantur, & manifestetur, omnia possibilia esse perfectè credenti. Dicit *ei*, *Vtique domine* credimus hoc, aliter non te essemus secuti. *Tunc tetigit oculos eorum dicens, Secundum fidem uestrã* id est prout credidistis, & iuxta exigentiã meriti fidei vestræ. *Fiat uobis* hoc est, recipiatis quod creditis vobis posse conferri me. Et *apperti sunt oculi eorum* corporales proprio actu vtrumdo. Et *comminatus* id est, cum mina locutus, *Est eis dicens* cum imperio, quoniã mala eis minabatur, nisi obedirẽt suo præcepto, quo ait *Videte* quantum in vobis est, cauete, Nemo *quis* absentium *Sciat* istud miraculum. *Illi autem exeuntes* de domo in qua visum receperunt, *Diffamauerunt* id est, de uersimode atq; celebriter famquerũt seu famosum fecerunt. *Eum* à quo tantum beneficium erant sortiti *In tota terra* Galileæ ¶ Queritur an hoc agendo benefecerunt? Videtur quod imò, quoniã ex magnitudine deuotionis & gratitudinis hoc fecerant: apparet tamẽ quòd non, eò quòd Christus non obedierũt Et respondendum, quòd omnis Christi actio nostra est instructio. Interdum ergo Christus præcepit vel permisit miracula sua manifestari ad gloriã dei, & hominũ ædificationẽ seu fidei confirmationẽ: vt instrueret nos, quos vicissim debeamus simili ratione propria bona aliis propalare: Iuxta illud, Luceat lux vestra corã hominibus. Vnde & Paulus virtutes suas & signa diligẽter describit, intantum vt dicat, Nihilominus feci ab his, qui supra modũ apostoli. Aliquãdo verò Saluator iussit sua miracula ocultari, vt docens nos hominũ laudes & admirationes omnemq; vanitatẽ abhorrere ac fugere. Illi verò qui nihilominꝰ eius miracula dei gloriã prædicauerũt, dicuntur non fecisse contra Christi præceptũ, quia præceptum eius intelligebatur secundũ vtilem considerationem, videlicet ne talia signa pãderentur ex vanitate propter iactantiã & etiam vt per tale præceptum docerentur vanam gloriam abiicere. Voluit tamẽ ea manifestari propter alias rationes iam introductas. Idem autem secundum diuersos respectus est volitum, & non volitum: sic ergo cæci illustrati, mente magis quàm corpore, impleuerunt secundum quosdam Christi præceptum, quoad verũ intellectũ ipsius. *Egressis autem illis* duobus cæcis iam illuminatis de domo in qua illuminati sunt, lumine luminum, *Ecce* quidam *adderant Obtulerunt ei* videlicet Christo, *Hominem mutum* *dæmonium*

dæmonium habentem, id est, possessum à dæmone ipsum mutificante. Nõ enim hic homo mutus erat ex naturali defectu, sed dæmonis operatione, vsum linguæ in eo impedientis. Quemadmodũ nanq; dæmones loqui possunt per homines à se obsessos idiomata talibꝰ hominibus prorsus ignota, mouendo linguas eorum ad talium prolationem verborum, eò quòd natura corporalis obediat spirituali substantiæ quãtũ ad motum localẽ, vt Thomas pulchrè declarat: sic impedire possunt organa corporis humani ab actibus suis, videlicet linguam à loquela, sicque efficiunt hominem mutum. Et *ejecto dæmonio*, quod Christus ab homine expulit, potenti imperio, quoniam omnia subiecta erant pedibus suis Lo- Psal. 8. *cutus est mutus*, id est, qui mutus extiterat. Cessante enim causa, cessat effectus. Et ideo sicut dæmon per suam presentiam fecit hominem mutum: sic per suam expulsionem, restitutus est homo pristinę facultati loquendi. Et *admiratæ sunt turbæ* propter insolitũ opus. Imò duo signa in eodem peracta sunt videlicet dæmonis eiectio & linguæ relaxatio, multoq; amplius admirabilis, virtuosus & glorioſus fuit modus agendi, quàm opus, scilicet quod tam imperialiter atque faciliter, & tantam tam frequẽter & quasi innumerabiliter Christus signa illa peregit, ideo admiratę sunt turbæ *Dicentes nunquam apparuit sic in Israel*, id est Nunquam aliquis Israelita, patriarcha siue propheta, tam glorioſe operatus est, vt iste. Quãuis enim multi eorum fecerint signa maiora, quàm sit dæmonem mutum expellere, sicut Iosue & Esaias, ad quorũ instantiam sol à naturali cursu cessauit: nullus tamen in veteri testamẽto, tot & tanta fecit miracula, tamq; potenter & imperialiter sicut Christus, Propter quod Iohannes dicit, Si- Iohan. 15. opera (inquit) non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent *Pharisæi autem* qui erant ambitiosi, auari & inuidi, maximè cõtra Christum, quia eorum vitia increpabat libertime. *Dicebant* ex inuididia rationis iudiciũ obtenebrãte. Amor enim priuatus & odium, peruertũt iudicii iuxta illud prophetæ, Nunquid vestrũ est scire iudicium qui odio habetis bonũ? *In principe dæmoniorũ*, id est, virtute & cooperatione pessimi dæmonis, huic seductori familiaris cum quo pactũ habet *Eiicit dæmones* ab obsessis, ita quod eiectio dæmonũ est obediẽtia in suum superiorẽ, ad cuius inuocationem iste dæmonia eiicit. Dicẽbãt itaq; qꝺ Iesus principi

D dæmoniorũ, videlicet Beelzebub esset concors & familiaris & quòd dæmõ ille superior præciperet dæmonibus inferioribus exire ab hominibus ad inuocationẽ seu imperiũ, Iesu quatenus homines existimãtes talia fieri potestate diuina ducerẽtur, putando Iesum esse Christum siue propheta. Sic quoq; dicebant miracula saluatoris fieri magicis artibus. Fe sitatẽ verò huius dicti Christus infra euidenter ostẽdit, ficu patebit, Et *circuibat* Iesus cum discipulis suis *Ciuitates omn*

Marci. 6. Lucæ. 9. *& castella* Galiææ & aliarum terrarum vicinarũ, & simpli citer omnes ciuitates & castella, vel quasdã de omnibus, q sit distributio pro generibus singulorum. Vel forte est lo tio hyperbolyca, id est, per excessum prolata, ad infinuã quòd valde multa loca circuiuit, *Docens in synagogis eorũ*

E videlicet Iudæorum, ad quas conuenire solebant vt audiret verbum dei. ¶ Porrò per hoc quod Christus non solũ ciu tates, sed & castella circuiuit, docentur prælati, & prædi tores non postponere curam paucorum, & eorũ qui in pau uis locis morantur, sed omnibus & singulis pro viribus pro uidere, Et *prædicans euangelium regni*, id est, euangelicã leg atque doctrinam, in qua regnum cœleste promittitur, & p cuius obseruantiam ad illud directè ac immediate perrin gitur Et *curans omnem languorem* grauiorem Et *omnem infir*

F *tatem* minorem vel languor refertur ad vitia animæ infir mitas autem ad incommoda corporis. Nam quos curauit corpore, & sanauit quoq; in anima. Primò itaque prædicau & docuit: deinde egritudines repulit, quatenus operatio raculorũ supernaturalem doctrinam commendaret, atq toribusque vehementer infigeret, & vt eos quos sermo emendauit, signa conuerterent. Frequẽter Euangelistæ de scribunt Christi miracula in communi: nam tot, tanta, & ta lia extiterunt, quòd sigillatim & plenè recitari nõ potera in quo euidenter ostenditur virtus & veritas Christi, præ tim cum nil tale legatur, de aliquo sancto veteris testam quãuis Helias & Helisæus plurima fecerint signa. Hinc Io hannes ait, Multa quidem alia fecit Iesus, quæ si scribant per singula, neq; ipsum arbitror mũdũ capere posse, eos q scribendi sunt libros. *Videns autem* Iesus turbas ipsum i quentes, *Misertus est eis*, tanquam misericordissimus & mator præcipuus. *Quia erant vexati* lassitudine, fame, & etiã dolore cordis, ppter commissa mala, & bona omis

de quib⁹ cordialiter multi eorũ pœnitebant, ex verbis Chri- A sti ad compunctionem inducti, Et *iacentes* præ fatigatione, & forte iacebant in terra sub dio, carentes hospitio, quoniam plures eorum pauperes erant, nec poterant præ multitudine facilitèr hospitari, & illum sequebantur qui personaliter nõ habebat reclinatorium capitis. Erant ergo afflicti, *Sicut oues non habentes pastorem* quoniam sicut oues tales non habent alentem, & eas in stabulum colligentem ne deuorentur à lu pis: sic isti carebant bonis doctoribus ac prælatis, excepto Christo & eius discipulis. Sacerdotes quippè & scribæ pasce bant & quærebant seipsos, non gregem sibi commissum: de talibus enim dominus dicit per prophetam. Qui comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt. Et per Hieremiam, Sacerdotes (inquit) non dixerunt, vbi est domi nus, & tenentes legem nescierunt me, & pastores preuaricã- B ti sunt in me. ¶ Sed cum Christus sit pastor bon⁹, quomodo gregem se sequentem cõparat ouibus sine pastore? Et respõ dendum, q excepit semetipsum. Vel ideo dicit eum similem ouibus sine pastore, quoniam licet ipse in spiritualibus pasce ret se sequentes, non tamen semper in temporalibus, seu cor poralibus, sed erant sæpe in magna penuria. *Tunc* Christus prouidus pastor *Dicit discipulis suis. Messis quidem multa*, id est multi sunt parati audire & facere verba dei, qui messi cõ- parantur, quia dispositi sunt congregari ac recipi in horreum Lucæ. 3. Christi, tanquã boni fructus, & in virtute maturi. De talibus enim ait Iohannes Bap. loquens de Christo, Triticũ colliget in horreum suum, videlicet in ecclesiam militantem & trium C gliam, *Operarii autem*, id est, boni & efficaces pastores, do ctores ac prædicatores sunt pauci, imò pauciss imi: & tanto pauciores, quanto maior perfectio requiritur ad bonũ pasto rem, qui verbo & opere congreget populum in domum seu horreũ dei. Nã & si sint qui audiant, desunt qui dicant. *Roga te ergo dominũ messis*, videlicet Christũ omnium hominũ do minatorẽ, seu deum trinitatẽ, dominũ vniuersorum maxime electorum, in quib⁹ actualiter dominatur, dum ei obediunt. *Vt mittat operarios*. i. fructuosos atq; idoneos doctores & prę latos. *In messem suã*. i. ad plebẽ ecclesiæ instruendã ac guber nandã. Maximum etenim dei beneficiũ est, habere bonũ pa storẽ quoniã verè ait scriptura, Qualis est rector ciuitatis, ta les & habitãtes ĩ ea. Hoc moyses orauit, dicẽs, Prouideat do

D minus deus spirituum vniuersę carnis hominem, qui sit super
Nume. 7. multitudinem hanc, ne sit populus domini sicut oues sine p
Hiere. 3. store. Tales operarios promittit se domin⁹ præstit urum
2. Cor. 3. Hieremiam prophetam, dicens, Dabo vobis pastores iux
Esa. 6. cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. Ecclesia eq
quæ (secundum Apostolum) est dei agricultura, & secundu
Esaiam dicitur vinea domini, ipsa quoque nunc dicitur mu
sis domini.

¶ Caput Decimum. *Et conuocatis duodecim discipulis suis dedit.*

ARTICVLVS XIX.

Ostquam Christus docuit se rogandum, vt mitte
P operarios in messem suam, statim nondum rog
saltem condigne, ex abundãtia suæ clementiæ
tit operarios sanctos apostolos, in messem suam, de qua
asserit loco, Non sum missus, nisi ad oues, quæ perie
domus Israel. Itaque postquam instruxit apostolos de eius
E gelicæ legis doctrina, multisq; miraculis eos confirmauit,
fide, mittit eos vt alios doceant. Vt enim Dionysius
testatur, non est aptus alios ad deum reducere, purgat
illuminando, perficiẽdoq; eos, nisi qui in seipso excellen
purgatus, illuminatus, perfectusq; fuerit, quatenus de ple
tudine eius accipiant alij. *Et conuocatis duodecim discipulis su*
puta apostolis ad se, *Dedit illis* Iesus *Potestatem spirituum im*
dorum, i. virtutem supra & contra dæmones impuritate po
cati repletos, *Vt eiicerent eos* ab hominibus obsessis, in no
ne Christi. Dedit quoque eis potestatem, *Vt & curarent o*
nem languorem difficulter sanabilem, inueteratum, latenc
Et omnem infirmitatem facilius curabilem, hoc est, omne g
F nus cuiuscunque morbi. Vel per languorem inualitudo
mæ seu peccatũ: per infirmitatem verò morbus corporis
signatur. Nam & corporũ curatio ordinabatur ad animæ
nationẽ, de qua Hieremias, Sana me (ĩquit) & sanabor. M
Hiere. 17. sunt ergo Apostoli ad animas reparandas. Data prætere
apostolis tanta miraculorum potestas, quatenus veritas e
gelicæ prædicationis diuino testimonio fulciret: & quia
aliter crederetur illiteratis ac idiotis. *Duodecim autẽ apost*
rum nomina sunt hæc. Ponit Euangelista nomina apostolo
ne alij pseudo Apostoli reciperẽtur quasi veri Apostoli.
enim in epistolis Pauli frequenter ostenditur, tempore Ap
stoloru

stolorum, multi falsi apostoli surrexerunt, dicentes se veros A
Christi apostolos. *Primus* dignitate non vocatione, est *Si-*
mon, qui alio nomine dicitur *Petrus*, & etiam Cæphas.
Simon autem fuit primum nomẽ ipsius: alia duo nomina im-
posuit illi Christus. Simon interpretatur, obediens: Petrus,
firmus: Cæphas, caput, vel principalis. Petrus tamen & Cæ-
phas idem significant: ita quod Petrus interpretatur firmus
& principalis, similiter Cæphas. Vnde alio in loco ait Sal- Marci. 5.
uator, Tu vocaberis Petrus, quod interpretatur Cæphas,
Et Andreas frater eius, Videlicet Petri. Quamuis autem Pe-
trus & Andreas primò simul à Christo vocati sint ad Apo-
stolatum (vt dictum est supra) Andreas tamen primò à Chri- B
sto vocatus est ad sui cognitionem: & cognito Christo, An-
dreas duxit fratrem suum Petrum ipso seniorem, ad Chri-
stum, *Iacobus maior*, id est, vocatione prior, & Christo fa-
miliarior, qui interfuit resuscitationi puellæ, transfiguratio-
ni, & trinæ orationi Christi tempore passionis, *Zebedæi* fi-
lius, Et *Iohannes* Euangelista *Frater eius*, vtpote Iacobi.
Hos duos (vt Marcus refert) Christus vocauit Boanerges, id
est, filios tonitrui, propter altisonam & inuictam Euangelij
prædicationem, *Philippus* quem Christus legitur apud Io-
annem statim post suam baptizationem vocasse. Eratque
Philippus à Bethsaida, & frater Nathanaelis, de quo testatus
est Christus, Ecce verè Israelita, in quo dolus non est, Et
Bartholomæus, *Thomas*, & *Matthæus publicanus*, Lucas & Mar C
cus nominant Matthæum ante Thomam, nec addunt publi-
canus. Matthæus verò sicut verè humilis, Thomam sibi præ-
ponit, seque publicanum appellat, Et *Iacobus* minor, filius
Alphæi qui dictus est frater domini, tanquam vultu & conuer
satione ei conformis: & fuit primus Hierosolimorum Chri
stianorum antistes, Et *Thaddæus*, qui aliis in locis vocatur
Iudas Iacobi, id est, frater Iacobi minoris, qui etiam (teste
Hieronymo) dicebatur Lebbæus, quod interpretatur cor-
dialis, id est, cordis sui diligens custos. Fuit ergo trinomius,
Simon Cananæus, qui dicitur Cananæus, non quia de gene-
re populi Chanaan, sed à vico Cana, vbi Christus conuertit
aquam in vinum. Hunc Lucas vocat Simonem Zelotem,
quoniam Cana interpretatur zelus secũdum Hieronymum.
Et *Iudas Ischariotes*, id est, natus à vico Iudææ nomine Is-
chariot, *Qui & tradidit eum*, videlicet Iesum, dicens,

Universidad de Deusto Biblioteca

D Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Qui velut alter lucifer cecidit de cœlo, & tanquã alter Satan adfuit inter filios dei. *Hos duodecim misit Iesus* ad prædicãdũ binos & binos, seu combinatos secundum Marcum. Vnde quod Matthæus & Lucas exprimunt eos combinatos, putant nonnulli ideo factum, quia illi pariter missi sunt, qui cõbinãtur. Deniq; post hanc missionẽ apostolorũ, designauit dominus Iesus & alios septuaginta duos discipulos, & misit illos binos & binos ante faciem suam, vt Lucas refert, *Præcipiens eis* putà apostolis, Et *dicens*, *In viam gentium*, id est, ducentem ad gentiles. Ne *abieritis*, Illas visitando seu instruendo, Et *in ciuitates Samaritanorum*, qui receperunt quinque libros Moysi, sed non prophetas, erantque natione gentiles, & à rege Assyriorum adducti, filiis Israel captis, prout in libris Regũ plenius edo-
4. Reg. 18. cetur, Ne *intraueritis*, gratia prædicandi, nec in villas aut ci-
E stella eorum, *Sed potius ite ad oues quæ perierunt*, id est perditas, seu propter peccatum damnationi obnoxias, *Domus*, id est, populi seu familiæ *Israel*, potest autem per Israel intelligi Iacob patriarcha, de quo Iudæi exorti sunt, qui alio nomine nuncupatus est Israel, vel populus Israeliticus. Quemadmodum ergo Christus ait, Nõ sum missus, nisi ad oues quæ perierunt, domꝰ Israel: sic & apostolos mittit solum ad illas, non quod ipse nullo modo missus sit ad gẽtes, præsertim cũ
Act. 28. in actis apostolorum dicat Apostolus, Notum vobis sit, quia
Lucæ. 2. gentibus missum est hoc salutare dei. Et Simeon iustus, Videruntque (inquit) oculi mei salutare tuum, quod parasti ante fa-
F ciem omnium populorum. Sed quoniam primò ac principaliter missus est ad conuertendos Iudæos, deinde gentiles, ideo nunc iubentur apostoli solis prædicare Iudæis, quoniam primò eis prædicari decebat tanquam populo peculiari, quorum patres, ex quibus Christus, ad quos facta fuit de Christi aduentu promissio: & etiam vt Iudæi inexcusabiles fierent de sua incredulitate. Si enim Christus suos discipulos ad infideles primò misisset, habuissent occasionem calumniandi atque dicendi, quod ipse nõ esset Christus in lege promissus populo Iudæorum. Itaq; quoniã Christus & eius discipuli ante passionem eius modico tẽpore prædicauerunt, idcirco ante passionem nõ prædicauerũt, nisi Iudæis. Porro post resurrectionem. Dixit eis Saluator, Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euãgeliũ omni creaturę. Et tamẽ nec hoc exequuti sunt apostoli, nisi post prædicationem Iudæis copiosę & diu impensam: quibus pro maiori parte induratis, ad gentes profecti sunt. Propter quod Paulus & Barnabas dixerunt Iudęis, Act. 13.
A Vobis oportebat primùm loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes, *Euntes autem prædicate*, *dicentes*, *Quia appropinquauit regnum dei* i. gloriam regni cœlestis, quia per Christi incarnationem ac meritum, ingressus regni patescit. Homines nempe elõgantur ac distant à regno cæleſti, & vera fœlicitate per culpam, Quoniam ergo Christus venit tollere peccata mundi, idcirco à tempore Marci. 2.
sui adductus appropinquauit hoc regnum, & homines ad eius Lucæ 5.
adeptionem disponi cœperunt. Nemo tamen ante passionẽ illud ingredi potuit. Consequenter Saluator donat apostolis
B congrua, proportionataq; argumenta probandi doctrinam euangelicam. *Infirmos curate*. miraculosę & instrumentaliter, diuinam potentiam, atque clementiam inuocando, *Mortuos suscitate*. Non leguntur apostoli ante passionem mortuos suscitasse, sed postea *Leprosos mundate* orando pro curatione eorum. *Gratis* id est, sine prætio vestro ac merito *Accepistis* à me dona spiritus sancti, videlicet gratias gratis datas, & gratiam gratum facientẽ, alioqui gratia nõ esset gratia, *Gratis*, purè propter deum, *Date*, aliis communicate Roma. 11.
spiritualia vobis cõcessa, sacramenta ecclesiæ, beneficia sanitatum, sapientiã & scientiam, & cæteros actus spirituales, pro
C quibus nihil sumendum est per modum pretij, ne spiritualia temporalibus comparentur: quanuis aliquid accipi possit, tãquam stipendium vitæ. Hoc & Petrus in prima sua hortatur 1. Pet. 4.
canonica, dicens. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores, multiformis gratiæ dei. *Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in Zonis vestris* id est, in bursis ad zonas pendentibus. ¶ Quid mirum si hoc dicatur ad discipulos, quibus & Luc. 4.
dixit, Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non Marc. 6.
potest meus esse discipulus? Apostoli nanque esse debuerant, cæteris omnibus maximè prædicatoribus, exemplum perfectionis, videlicet, paupertatis, & plenæ spei in deo, non cogitando de crastino, itemque de libertatis perfectione, sola futuri seculi bona quærendo. Deniquè non solũ prohibuit Christus apostolis nil horum possidere, sed etiã nihil secum portare. Vnde apud Lucam, Nihil (inquit) tuleritis in Marci. 6.

D via, &c. Temporalium nanq; possessio parit solicitudinē, & impedit animi libertatem, sicq; efficit hominem minus expeditum ad infatigabile prædicationis officium, *Non perantem*, id est, repositorium victualium in via prædicationis portatis aut circunferatis. ¶ Videtur contrarium quod ait Saluator, Quando misi vos sine sacculo & pera, nūquid aliquid defuit vobis? Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram. Sed & ipse Saluator aliquid tulit in via, videlicet sacculum, peram, pecuniā, quorum Iudas custos fuit. Nam cum in cœna Christus ei dixisset, Quod facis, fac citius, putabant apostoli quod dixisset ei, Eme nobis quæ ad diē festū necessaria sunt. Discipuli quoq; eius intrauerunt ciuitatē Samaritanorum emere cibos. Et respōdendum ad primum, ꝙ Christus secundū congruentiā loci ac tēporis, conuenientia dedit præcepta. In legatione igitur apostolorū, quæ facta est ante passionē præcepit ne qd tollerēt in via, quia tunc mittebantur ad notos, nec prædicabant mirabilia aut supernaturalia de Christo, sicut post passionem, vnde & tunc persecutionē non passi nō sunt vt postea: sed satis prouisum est eis ab his, quibus prædicauerūt: ideo iussi sunt pro tūc nihil secū portare. Post passionē verò cœperunt mirabilia prædicare de Christo, & hominū vitia ac idola publicè reprobare, idcirco tunc permissi sunt secū ferre necessaria vitæ. Quod autē apostoli post passionē hoc egerint innotescit ex eo, quod ad Corinthios dicit Apostolus, Nunquid nō habemus potestatē, mulierem sororē circunducendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cæphas? Ad secundū dicendum, ꝙ Christus tulit & habuit talia pro communitate sui gregis, & pro necessitate egenorum, nō quasi priuata & propria bona, *Neque duas tunicas* superiores seu tales quarum vna duntaxat necessaria est, i. nō habere vestes superfluas: iuxta quē sensum ait Iohannes Bapt. Qui habet duas tunicas, det non habēti. Hoc ergo intelligendū est, secundū qualitatē locorū ac tēporum: quia in vno loco & tēpore pauciora vestimenta sufficiunt, quam in alio, *Neque calciamenta, neque virgam.* ¶ Marcus refert Christū dixisse, Nihil tuleris in via, nisi virgam tantum, sed calciati sandaliis. Quomodo ergo nunc dicitur, neq; calceāmēta, neq; virgā? Et respōdendū, ꝙ loquitur de integris calciamentis. Sandalia verò sunt incōpleta calciamēta, nec reputantur pro calceis. Quod autē ad Ephesios dicit Apostolus,

las, Calciati pedes in præparatione Euangelij pacis, de spiritualibus calciamētis intelligi potest, de quibus in Canticis scribitur, Quàm pulchri sunt gressus tui in calciamentis. Demic; nō omnia quæ iā iubētur apostolis, existimāda sunt omnibus prædicatoribus ad literam esse præcepta, sed his in quibus eadem ratio inuenitur. ¶ De virga maior est difficultas. Vnde sciendum, ꝙ Christus concessit discipulis portare virgā, sumēdo virgā ad litterā, quoniā Iudeorū cōsuetudo erat, vt doctores & prædicatores eorū ferrēt virgā in signū doctrinæ, & in signū ꝙ hi quibus prædicabāt, tenebantur eis de victualibus prouidere. Sed hoc loco virga accipitur spiritualiter, pro innitētia animi super quācūq; rē tēporalē vel pro re tēporali quātuncūq; parua & vili, vt sit sensus, Neq; virgā. i. adhibere alicui rei tēporali inniti, vel rē tēporalē quantūcunq; minutā, quasi propriū possidere. Cur autē nil horū possidēre siue portandū sit prædicatori, subiūgitur. *Dignus est enim operarius* i. prædicator verbi dei & minister altaris, seu quilibet spiritualis in tēplo ministrās, & spiritualia populo exhibens, *Cibo suo* i. necessariis ad corporis subsistentationem. Imò hoc dictat ratio, lexque diuina & ius humanum: Imò hoc ipsum Apostolus ꝙ modico reputās, sic ait, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est si vestra carnalia metamus? Ideo iterū loquitur, Cōmunicet aūt qui cathecizatur ei qui cathecizat in omnibus bonis. Itēq;, Dominus ordinauit his qui Euangelio deseruiunt, de Euangelio viuere. Mysticè, ꝙ aurū hoc loco prohibitū, intelligitur sapiētia secularis, per argentū sermo coloratus, per pecuniā autē cupiditas, ꝙ duas tunicas, duplicitas animi, vel sanctitas simulata: per virgā rigor vindictæ, ꝙ peram thesauri impietas. Omnia igitur hæc abiicienda sunt prædicatoribus atque doctoribus Christi, quia vt ait Apostolus, Prudentia carnis, mors est. Et rursus, sermo (inquit) meus nō fuit in persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis. Iacobus quoque hortatur, Purificate corda duplicem animo. *In quācunque autē ciuitatem*, id est, locum maiorem, *Vel castellum*, id est, locum minorem, *Intraueritis* gratia prædicandi, vescendi, vel hospitandi, *Interrogate*, id est, ab hominibus locorum illorum diligenter inquirite, *Quis* habitator, *In ea* ciuitate, id est, tali vel tali loco, *Dignus sit* vestro introitu seu hospitatione, id est, Non ad quēlibet indifferenter intretis ad vescendum vel quiescendum,

sed

D sed ad aliquem bonę famæ, ac vitæ laudabilis, ne ex diffamatorum & peccatis hospitis vos recipientis, incurratis diffamiam vestram suspitionem malam, & ne alios scandalizetis, vestraque doctrina villipẽdatur ab aliis. ¶ Sed huic documento videtur Marci. 2. Lucæ. 7. contrarium, quòd ipsemet Christus ad publicanos & peccatores ingressus est, cõuescens cum eis, Porrò apostoli & successores eorum cum sint medici animarum, videntur potius domum ingredi debuisse domus peccatorum, non iustorum. Ad hoc respondendum, quòd peccatores, ad quos Christus declinauit, veraciter pœnituerunt, & tales à prædicatore sunt visitandi: qui verò indurati atque infames sunt, nõ sunt visitandi à prædicatoribus: sicut nec medicus visitat languidos omnino medicinam & sanitatis consilium respuentes, *Et tibi*, id est

E in tali hospitio *Manente, donec exeatis*, id est, tandiu quousque occurrat vobis rationabilis causa egrediendi de domo illa, videlicet vt alibi prædicetis, vel aliquid boni alibi efficatis. Vult itaque Christus ne prædicator more gyrouagi & hominis vani currat de domo ad domum, & locum sine profectu frequenter transmutet: quia vt Salomõ profitetur, sicut auis transuolans de nido suo, sic homo qui relinquit locum suum, sed actu prædicationis & corporalis necessitatis cessante, conuertatur ad deum, orationi, cõpunctioni, & contemplationi vacando, quatenus illic sibi deus infundat, quos aliis postmodum affectuose proponat. Qui autem non valet corpus suum stabilire in loco, quomodo poterit cor suum stabilire in deo? *Intrantes autem domum* talem, *Salutate eã*,

F *centes* id est, veram salutem seu fœlicitatem optate, & dicite Ephes. 2. habitantibus & existentibus in ea. *Pax* exterior, scilicet quies ab hostium impugnatione. Paxque interior, puta tranquillitas mentis, sit *Huic domui*. Quid enim Christus pacis Gene. 3, nostra aptius, quàm pacem mandaret? Est tamen pax quædam Lucæ. 12. carnalis, & vitiósa quam habuit Adam & Eua, quam etiam habet ratio impij cum sensualitate. Hanc Christus non mandat: iuxta illud, Non veni pacem mittere, sed gladium. *Et si quidem fuerit domus illa digna* id est, si existẽtes in ea fuerint capaces pacis, se disponẽdo ad gratiam à vobis petitam, vel si fuerint præordinati ad pacem Christi, quæ omnem sensum exuperat, & prædestinati, *Veniet pax vestra super eam*, id est, pax quam eis optastis præstabitur ipsis, & oratio vestra pro illis exaudietur, *Si autem non fuerit digna* id est, pax

pax seu prædestinata, sed obicem ponens & reproba, *Pax* A *vestra ad vos reuertetur*, id est, sermo quo eis pacem petistis, vobis meritorius erit, & salutarẽ in vobis sortietur effectũ in præsenti & in futuro: iuxta quem sensum ait Psalmista, Oratio mea in sinu meo conuertetur, *Et quicunque non receperit vos*, negando vobis hospitium, *Neque audierit* auribus cordis *Sermones vestros*, vestris exhortationibus obtemperando, *Exeuntes foris de domo vel ciuitate*, non recipientium vos, *Excutite puluerem de pedibus vestris*, id est minutias terræ pedibus vestris adhærentes remouete, & in loca illorum reiicite, in signum damnationis eorum, vt excussio illa significet illos in infernum excutiendos, & item quòd vos nil temporale ab ipsis quæsistis. *Amen dico vo-* B *bis, tolerabilius* id est, minor pœna, *Erit terræ*, id est, populo *Sodomorum & Gomorrhæorum*, & per consequens, aliarum trium vrbium, cum illis mersarum, videlicet Seboim, Adama, & Segor, *In die iudicii, quam illi ciuitati*, id est, populo ciuitatis, vos non hospitanti nec audienti. An hoc intelligendum sit absolutè, ita quod simpliciter omnibus conderatis, maior erit damnatio horum, quàm Sodomitarum, difficilè est determinare. Videtur enim quòd sic, quoniam exteris paribus, maior est damnatio malorum fidelium, quã infidelium: & tanto grauius est peccatum, quo maior gratio offertur ac spernitur. Sodomitæ autem non viderunt miracula, nec prædicationem tam efficacem, vt fuit sermoci- C natio apostolorum. Oppositum verò huius apparet ex eo, quòd in Genesi legitur, quemadmodum homines Sodomi- Gene. 13. tæ pessimi erant, & peccatores nimis coram domino. Lyra ergo respondẽt, quòd comparatio ista intelligẽda sit, solum quantum ad aliquid, hoc est, quò ad peccatum inhospitalitatis & immisericordiæ Sodomorum, non quò ad peccata eorum contra naturam: ita quod Sodomitis remissius erit in die iudicij, quàm istis, non simpliciter: sed quò ad hoc quòd minus peccauerunt, non exercendo opera misericordiæ in eos, quàm isti qui non receperunt apostolos. Sed huic solutioni videtur obstare, quòd Christus simpliciter loquitur. ¶ Item qui non receperunt apostolos, non videtur minus peccasse quã Iudæi tempore Ezechielis, & tamen de illis ait Ezechiel, quòd Sodoma non peccauit dimidium peccatorum illorum. Rursus Sodomitæ trãsgressi sunt legem naturalem

dunta

duntaxat, isti verò legem naturalem atque diuinam seu scr
ptam. Hæc tangendo, sic dixerim: quoniam nil determinare
audeo. Certum est tamen quorundam Iudæorum, eorum
videlicet, qui Christum occiderunt, & fortè eorum qui oc
ciderunt eius discipulos, peccata esse grauiora sceleribus So
domorum.

¶ Residuum Cap. *Ecce ego mitto vos.*

ARTICVLVS XX.

Vbinde Saluator docet discipulos, omnesq; præd
S catores ad veram prudentiam, ad inuictam atque
fortissimam patientiam, ad plenam quoque habend
dam in deo fiduciam. *Ecce ego mitto vos* ad prædicandum
Sicut oues in medio luporum, id est, sicut mittuntur hominu
E pij, innocentes, ac simplices, qui ouibus comparantur, inter
Lucæ. 10. rapaces, voraces, crudelesque homines, qui more luporum
Esaiæ 3. opprimunt innocentes: iuxta illud Esaiæ præphetæ, *Quare*
atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis
Tales fuerunt sacerdotes, scribæ, & pharisæi Iudæorum: qui
Christum & eius discipulos dilaniare conati sunt. *Estote er*
go prudentes, id est, circumspecti, cauti ac prouidi, ne à lu
Psal. 57. pis fallamini, *Sicut serpentes*, qui obturant aures suas, ne au
diant incantantem, & toto corpore caput suum, in quo vi
ta consistit, occultat, & protegit. Sic nos aures obturemus,
ne verba nociua, detractoria, aut deceptoria audiamus, quæ
Prou. 14. admodũ. Sapiens nos hortatur, Sepi aures tuas spinis, & no
li audire linguã nequã, Et *simplices*, id est, sine felle ama
F ritudinis, sine simulatione ac duplicitate estote, *Sicut colum*
bæ. Non enim est sensus, vbi abundat amaritudo, & væ de
plici corde. Ecce ordinata temperies, vt prudentia nostra
Prou. 11. sit simplex, non vulpina, aut versipellis. Callidi nanq; pro
Prou. 3. uocant iram dei, & vir versutus odiosus est, vt in prouerbiis
Prou. 7. dicitur, Simplicitas quoque nostra non sit rudis, indoctaue
indiscreta. De hac sancta simplicitate Salomon ait, Simplici
tas iustorum diriget eos, & iustitia simplicis diriget viam e
ius. Et alibi, Cum simplicibus sermocinatio dei. Qui itaque
inter peruersos & persequutores mittitur, viuit, & conuers
tur, maxima eget prudẽtia, ne aliquo modo peruertatur, aut
mente lædatur ab ipsis. Idcirco Sapiens inquit, Dic sapientiæ
soror mea es, & prudentiã voca amicam. *Cauete autem* id
est, vosipsos obseruate & custodite, *Ab hominibus*, ne decre
mentum

mentum salutis & gratiæ inferant vobis, terrendo aut blan A
diẽdo. Vnde in Ecclesiastico scriptum est. A filiis tuis caue,
& à domesticis tuis attẽde. Et Hieremias, Vnusquisque (ait) Marci. 13.
à proximo se custodiat, & in omni fratre suo nõ habeat fi- Lucæ. 12.
duciam, Et certe multũ perfectus atque beatus est qui se ita Hiere. 2.
ab hominibus cauet, quòd nullus sit sibi peccati occasio.
Tradent enim id est, adducent *Vos in consiliis*, id est, ad lo-
ca secreta consiliorũ, seu inter seipsos cõtra vos cõsilia ce-
lebrantes. Et *in synagogis suis* id est, publicis locis seu con-
gregationibus, *Flagellabunt vos*, Hæc atque sequentia non
leguntur illata apostolis seu discipulis Christi, ante ipsius
passionẽ, sed postea frequenter & copiosè, vt patet in actis
apostolorum. Et *ad præsides*, id est, iudices substitutos, qua-
les fuerunt Festus & Fœlix, ante quos ductus est Paulus, Et B
ad reges qualis fuit Herodes, qui Iacobum occidit, & Petrũ Actu. 25.
incarcerauit, volens post pascha producere eum populo, Du &, 12.
cemini *propter me*, id est, ob constantem prędicationẽ fidei
meæ, & nominis mei cultum atque amorẽ, I*n testimonium*
illis & gentibus, id est, in testimonium damnationis tam re-
gum & iudicum vos condemnatium, quàm gentium eis con
sentientium, vel vos eis præsentantium, ita quòd vestra inno
cens adductio, vera confessio, libera prædicatio, iniustaque
passio testimonium perhibebit & declarabit illos esse dam-
nabiles qui credere noluerunt, & vos persequuti sunt. Vel,
in testimonium illis, id est, vt testimoniũ perhibeatis de me
coram ipsis vel, vt ipsi testimonium ferant aduersum vos, C
Cum autem tradent vos ante conspectum regum & iudicum,
Nolite cogitare, id est, anxiè præmeditari, & cum solicitudi-
ne quadã inquirere. *Quomodo aut quid loquamini*, id est, per
quem modum, vel quam rationem seu respõsionem detis ad
obiecta vel interrogata. Non prohibetur per hoc, quin ho-
mo possit facere quod in se est, sagaciter considerando, quid
& quàm constanter ac sapienter respõderi oporteat, præser 1. Pet. 3.
tim cum princeps apostolorum dicat, Parati semper ad satis-
factionem omni poscenti vos, de ea quæ in vobis est fide &
spe. Sed ne homo in sua præmeditatione, inquisitione, vel
eruditione cõfidat aut turbetur, & metuat si tẽpus præme-
ditandi non habeat. Huius insuper efficax ratio assignatur.
Dabitur enim vobis in illa hora traditionis vestræ, *Quid loqua*
mini, id est, diuinitus mentibus vestris infundetur ac reue-

labitur

Dlabitur apta responsio. Tunc enim potissimum adimplebo quod dominus loquitur, Aperi seu dilata os tuum, & implebo illud, cuius annectitur ratio. *Non enim vos estis qui loquimini* quasi principales loquutores, vel ex proprio ingenio respondentes, *Sed spiritus patris vestri* id est, spiritus sanctus Ioan.14. patre æterno procedens est *Qui loquitur in vobis*, id est, Psal.84. anima vestra, per inspirationē internam, docēdo vos, iuxta illud, Audiam quid loquatur in me dominus deus: propter quod dicit Saluator, Paracletus spiritus sanctus docebit vos Actu.6. omnia, & sugeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis, Vt Loquitur in vobis, id est per os vestrum, tanq̄ principalis loquutor, prout in actis de Stephano scribitur, quod Iudeorum E poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. *Tradet autem frater* infidelis *Fratrem* fidelem *In mortem* martyrij. Et pater infidelis *Filium* fidelem. *Et insurgent* filij infideles *In parentes* fideles *Et morte eos afficient*. Hæc omnia frequenter contigisse in sanctis martyribus, multæ testantur historiæ. *Et eritis odio omnibus* id est, aliquibus de omni Lucæ.12. genere hominū, puta cūctis peruersis, de quibus dicit Apostolus Galat.1. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem, *Propter* Matth.25. *nomen meum*. i. propter me, & propter fidem, spem, & charitatem, conuersationem, & prædicationem, quā habetis de me. Veritas enim generat odiū. Hinc Christus inquit. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego eligi vos de mundo, propterea F odit vos mundus. Et Iohan. Nolite, inquit, mirari si odit vos mundus, *Qui autem perseuerauerit* in fide, charitate, & opere, *Vsque in finē* vitæ præsentis inclusiue, *Saluus erit*, beatitudinem patriæ consequendo. In quacunque enim hora iustus recesserit à iustitia, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, vt ait Ezechiel. Et in ea affectione anima æternaliter Ezech.11. manet, in qua separatur à corpore, prout Salomon asserit. Si Eccle.33. ceciderit (inquit) lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Sola ergo perseuerantia coronatur, nec inchoasse, sed cōsummasse virtutis est. Hanc vero cem (qui perseuerauit) nō audiunt nisi oues. *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista*, in qua principaliter estis Fugite Mat.2. *in aliam*. Sic enim Christus fugit in Aegyptum, & sæpius Acto.5. abiit & abscondit se, Petrus quoque de carcere ab angelo Acto.9. beratus, relicta Hierosolyma, fugit in alium locū. Sic & Paulus Acto.8

à Damasco fugit. Et Stephano lapidato, fideles qui erant A Hierosolymis, dispersi sunt per regiones Iudææ præter apostolos: quæ omnia in Actis recitantur. ¶ Sed videtur huic cō trarium, quod apud Iohannem scriptum est, Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. Et respondendum, quòd ista admonitio de fuga nō est vniuersaliter intelligēda, nec per modum præcepti communiter data. Quando enim ex fuga alicuius alijs grauiter scandalizarentur, fides irrideretur, iustitia opprimeretur, subditi periclitarentur, nequaquam est fugiendum, præsertim prælato, superiori vel doctori, nisi omnes simul fugere possint. Porrò cū ex fuga alicuius nō immineat tale periculū, sed potius aliquod cōmodū. s. quia nō expediret ecclesiæ tali pastore, seu mēbro priuari, propter futurū profectū: & quia qui fugit, potest alibi fructificare, & in loco à quo fugit, alium idoneum loco sui relinquere, tūc B fugere licet; Fugere autē ex timore ruinæ, propter propriā infirmitatē nō semper est illicitū, quāuis sit imperfectū. Sed & multi factorū ex feruore fidei etiā nō requisiti, obtulerūt seipsos ad martyrium. Et quasi Apostoli quærerent, quādiu fugiemus, respondet, *Amen dico vobis, non consummabitis*. i. perfectē non perambulabitis, ne prædicādo circuietis, Ciuitates Israel, id est, populi Iudæorum. *Donec* i. antequam, *Filius hominis veniat*, id est, post resurrectionem ad vos reuertatur, quemadmodum apud Iohannē scriptum est, Non Ioan.14. vos relinquā orphanos, vado & venio ad vos. Et alibi, Iterum autem videbo vos. Tempus quippè prædicationis Apostolorum in Iudæa ante passionem modicum fuit, nec in eo poterant omnes ciuitates Israel cōsummare. Vel sic Nō consummabitis, id est, nō cōuertetis ad fidē, ciuitates Israel, id est, totū populum Iudæorum. vos & successores vestri, donec veniat filius hominis ad iudicium vniuersale. Non enim generaliter conuertentur, nisi in fine seculi, instante secūdo Christi aduentu *Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum*. Si per magistrum & dominum determinate intelligamus Christum, certum est nullum Christianum hoc magistro ac domino esse maiorem vel parem. Si verò per magistrum & dominum intelligatur indeterminate quicunque magister & dominus, intelligendū est verbū hoc formaliter, vt sit sensus, Non est discipulus, inquantum discipulus, super magistrum, id est maior aut doctior eo: nec seruus, Ioan.13.

Universidad de Navarra Biblioteca

D seruus,secundum quod talis est super dominum suum,id est
1.Cor.2. maior ac dignor eo.*Sufficit discipulo,vt sit sicut magister eius*,
id est ei assimiletur,si tamen ille perfectus sit, Alioquin
mulari oportet charissimata meliora , & magis proficere
præsertim cũ dicat propheta,Super omnes docentes me in
tellexi.Si verò per magistrũ Christus specialiter designetur
1.Pet.2. tunc omnino sufficit discipulo, id est cuilibet Christiano
vt sit similis Christo, qui omnis perfectionis ac sanctitatis
exemplar est cui nullus æquari valet seu parificari.Debet
men eius sequi vestigia,iuxta illud, Qui se dicit in Christo
Matt.12. manere,debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare . Et de-
Lucæ.11. bet seruus esse cõtentus.vel, *Seruo* sufficere debet, *Vt sit*
cut dominus eius,id est domino suo cõformetur vt decet. Hac
E Saluator ait,quaten⁹ suiipsius exemplo prouocet discipulos
suos,& omnes fideles ad patientiam incõcussam. Vnde pro
dicta appliquans ad seipsum, adiecit.*Si* pro quia. *Patrem fa-*
milias,id est,me Christum,ecclesiasticæ familiæ patrem.
Beelzebub, id est dæmonem seu demoniacum *Vocauerunt*
Iudæi,dicendo,In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit
dæmonia *Quãto magis*,id est,multo amplius,, *Domesticos eius*
id est discipulos meos,filios dom⁹ meæ,quæ est ecclesia,
apellabunt Beelzebub,ascribẽdo verba,facta,& signa eorũ
principi dæmoniorũ. ¶ Dicitur aliquis dæmon dupliciter
videlicet per naturam & per participationem seu imitationem
diabolicæ prauitatis:& hoc secũdo modo vocauerũt Iudæi
Iohan.6. Christum Beelzebub:sicq; Christus ait de Iuda,Nónne vos
duodecim eligi,& vnus ex vobis diabolus est ? *Ne ergo*
F *timueritis eos*, propter iniurias & cõtumelias,quas vobis pos
sunt imfligere,sed potius exultate in omni aduersitate, quã
ab eis patimini:cõsiderantes quid passus sim ego,& glorio
tes in hoc,quòd domino vestro,ac magistro cõformari me
ruistis,cum hoc sit beneficiũ ingẽs. Quid enim tã glorioſum
est seruo,quàm vt domino suo assimiletur?Sæpe cõtingit
aliquis iniuriã passus doleat,& vlcisci se cupiat.Si verò con
spexerit aliũ multo sublimiorem eadẽ vel grauiora perpe
sum,& tamen seruare patientiam,incipit consolari,& ab
cessare,dicẽs in se,Si ille tãtus talia patit , quãtomagis ego
Ita & nos,si Christi passionẽ,patientiamq; pẽsamus, patien
tiam discimus:& cũ Apostolo in tribulationib⁹ iucũdamur
Cur verò hi impij metuendi non sint, subditur , *Nihil enim*
opertum

opertum id est,nullum opus est iam ita absconditum & igno- A
tum,*Quod non reuellabitur*, id est,manifestũ erit cunctis &
singulis in die iudicij,quatenus omnes sciant iustum esse iu
dicium dei, Et *occultum*. id est,nullum propositum,consi,
lium,desiderium,vel cogitamen est nũc ita secretum, *Quod*
non scietur ab omnibus in die nouissimo, quando (secundum
Apostolum) aduenier dominus, qui illuminabit abscondita 1.Cor.4.
tenebrarum,& manifestabit consilia cordium . Quasi dicat
Non curetis quid nunc patiamini propter me, quoniã venit
hora in qua vestra patientia & illorũ peruersitas dignã ac iu
stam sortietur mercedem.secundum illud Iohannis in Apo-
kalyps.22.cap.Ecce venio cito , & merces mea mecum est, Apoc.22.
dare vnicuiq; secundum opera sua. *Quod dico vobis in tene-*
bris, hoc est,in locis secretis,vel in tenebris , id est in para- B
bolis,mysteriis & figuris,de his quæ euangelicã veritatem
concernunt , *Dicite* aliis *in lumine*, hoc est, publicè co-
ram omnibus. Et *quod in aure*, i. in secreto,& & quasi silen- Esa.18.
ter, *auditis* à me de finali omniũ retributione, & cæteris fi-
dei documentis, *Prædicate super tecta* , hoc est,stando in lo- Esa.40.
cis eleuatis atq; patẽtibus,prout Esaias inquit,Clama quasi
tuba exalta vocem tuam.Et alibi,Super montem excelsum
ascende tu,qui euangelizas Sion.Ad literam per tecta intel-
ligi possunt,deambulatoria templi , super quæ ascendebant
doctores Hebræorũ prædicaturi populo.Vel , tecta domo-
rum in palæstina,que plana erant & apta, vt super ea staret
prædicans populo. Et *nolite timere* Timore carnali & in- C
ordinato,*Eos qui corpus occidunt*, hoc est , tyrãnos & perse- Pou.19.
cutores,*Animam autem* rationalem, *Non possunt occidere* Esa.51.
eam sit immortalis.Non ergo possunt ei auferre vitam natu
ralem,nec etiam vitam gratiæ, compellendo eam ad culpam,
cum libera sit.Ideo dicit scriptura,Qui timet hominẽ,cito
contremuet.Et Esaias,Nolite(inquit) timere opprobriũ homi-
nis,& blasphemias eorũ.Quis tu vt timeas ab homine mor- Psal.19.
talis,& à filio hominis,qui quasi fœnũ arescit?Non itaq; cessent Psal.52.
ab opere bono propter torméta,quæ reprobi infligere
possunt,ne simus de eorum collegio. De quibus fertur in
Psalmo,Deũ non inuocauerunt,illic trepidauerunt,timore,
vbi nõ erat timor.Vnde rursus ait Psalmista,Nõ timebo mil-
lia populi circundantis me,&c.Et,Si cõsistant aduersum me Iob.38.
castra,nõ timebit cor meũ.Et Iob Si expaui(inquit) ad mul

D titudinem nimiã. Si autẽ pensemus huius vitæ breuissimam vmbram, instabilem fluxum, & infinitam calamitatẽ atq; miseriã, & pensat quid pro iustitia sustinetis, reddetq; præmium copiosum. ¶ Ostendit præterea Christus quanta sit merces turę beatitudinis quę pro tẽporali passione momẽtanea redditur merces æternum mansura, non solũ nõ timebimus, sed & affectabimus mori pro Christo, quoniã tamẽ hoc ipsum magna perfectio est, & donum dei, orare debemus cum Psalmista, A timore inimici, eripe animã meã, videlicet, Ne timeat persequentem. Veruntamen naturalis timor mortis qui etiam fuit in Christo, non reprobatur: sed per rationem frenandus est, ne immoderatus cõsistat, quinimò cesset. Sed *potius eum timete: qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*, Hoc est, damnare atque proiicere in infernum. Videlicet deum qui tantò amplius metuendus est omni persecutore, & impio homine, quantò pœnalior ac diuturnior est pœna inferni, q̃ pœna huius mundi temporalisque mortis. Ideo Propheta, Magnus es tu (inquiens) & magnum nomen tuum in fortitudine, quis non timebit, ô rex Gentiũ? Et iustus Iob ait, A facie eius turbatus sum: & considerans eũ solicitor. Salomon quoq; in prouerbiis: In timore domini (quit) domini: esto tota die, & habebis spem in nouissimo. ¶ Denique ad habendum cor tam securum ac imperterritum iuxta illud, Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit, hortatur nos Christus, ex consideratione diuinæ prouidentiæ omnia disponentis ac præmiantis, dicens, *Nonne duo passeres asse veneunt?* Hoc est: pro nummo sic dicto venditur. Est enim as assis genus nummi parui valoris. Et vnus *ex illis*. passeribus venditis *Non cadet super terram*, Magister, id est, non occidetur *Sine patre vestro*, hoc est, natus. Nõne prouidentia patris cœlestis. Vnde in alio loco inquit, Nonne quinque passeres væneunt dipondio? Et vnus illorum non est in obliuione coram deo? est autem dipõdium, duplicem valorem assis habens. *Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt* Quoniam omnia & quantumcunque parua & vilia distinctè & perfectissimè cognoscuntur à deo. Ex his infert Saluator conclusionem intentam, *Nolite ergo timere*. Corporum occisores quasi deus non attendat, nec curet. Ne persequutione & morte vobis inferenda, nec præmium rebuat quod vtique ita non est. *Nam multis passeribus melio-ris estis vos*. Cum sitis rationales creaturæ, illæ verò irrationales. 12. Si ergo illorum prouidentiam habet deus, nec sine eius

nutu vnus illorum occiditur, quanto magis habet curam vestri, A
¶ Ostendit præterea Christus quanta sit merces dicentium deum non homines persequentes. *Omnis ergo qui confitebitur me* Verbo & opere seu confessione fidei formatæ, ac laudis diuinæ, *Coram hominibus*, maximè infidelibus, impiis, & tyrannis, quod se feciisse gloriatur Psalmista, dicens, Et loquebar in testimoniis tuis, in conspectu regum, & non confundebar. *Confitebor* hoc est, approbabo, & ad me pertinere affirmabo *Eum coram patre meo, qui in cælis est*, quia cum fuerit meo tribunali præsentatus, iudicabo pro eo, & eius iustitiam commemorabo, imò Christus indesinenter confiterur tales pertinere ad se. *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum* Nisi pœnitentiam agens, resipuerit. Quemadmodum Petrus, qui post trinam negationem fleuit amarè, & veniam meruit, *Coram patre meo qui in cælis est*. quia cum fuerit mihi ad iudicandum oblatus pronunciabo sententiam contra eum, dicamque, nescio te. ¶ Tripliciter Christus negatur, verbo tantum vt in his qui timore pœnarum Christum negauerunt: Verbo & opere, sed non corde, vt cum malus Christianus dicit & agit confidem, cum tamen non dubitet fidem esse veram: Opere, sed non verbo: iuxta illud Apostoli, Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi. Potest etiam addi quartus modus, videlicet, cum quis corde non credit, & tamen se credere asserit, vel ostendit. Quæliarum negationum est peccatum mortale, saltẽ in casu quo. Vnde dicit Apost. Si negauerimus eum, & ipse negabit nos. Et alibi, Noli (inquit) erubescere testimonium domini nostri Iesu. *Nolite arbitrari quòd venerim mittere pacem* terram, mundanam, & in malo fundatam, *In terram*, hoc est inter homines. Est igitur pax nociua & inordinata, quæ est concordia seu consensus, vel quietatio aliquorum in malo, quam Paulus sciens esse inter Sadducæos & Pharisæos, ex malitia rapit eam, dicens, De spe & resurrectione mortuorum ego iudicor hodie. De qua pace dicit Saluator, Hierusalẽ Hierusalẽ & quidẽ in hac die quæ ad pacẽ tibi. Et Psalmista, Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videns. ¶ Denique alia est pax vera, spiritualis, interna, quæ est tranquillitas mentis, ex ordinatione interiorum (quam charitas

D facit) procedens. De qua fertur in Psalmo, Pax multa diligen-
Psal.36. tibus legem tuam. Et rursus, Mansueti delectabũtur in mul-
Esa.57. titudine pacis. Ista non conuenit prauis, prout in Esaia ser-
Act.10. ptum est. Non est pax impiis, dicit dominus. Hanc Christ-
Mich.5. venit mittere in terram, sicut in Actis loquitur Petrus, Ve-
Zach.9. bum (inquiens) misit deus in Israel, pacem annuntians per I-
sum. Vnde per prophetam de Christo prædictum est, Et ip-
erit pax Assyriis, cum venerit, & cum calcauerit in domib-
vestris. Et Zacharias dixit, Loquetur pacẽ gentibus. ¶ Co-
sequenter ergo Christus, quasi exponens seipsum, adiunx-
Non veni pacem Iam dictam ac vitiosam *Mittere, sed gladium*
hoc est, eradicationem, ac separationem huiuscemodi pac-
Potest quoque per gladium accipi rigor perfectionis, qua-
E docuit Christus: vel sermo euangelicus. de quo Paulus, E-
Ephes.6. gladium (inquiens) spiritus, quod est verbum dei. Et
Psal.44. Psalmo, Accingere gladio tuo, super fœmur tuum pote-
Esa.49. tissime. Hinc in Esaia Christus testatur, Posuit dominus
meũ, quasi gladiũ acutum. Ad literã autẽ loquitur Christ-
potissimũ, de gladio seu discordia, quæ in toto orbe, ex Ap-
stolorum prædicatione secuta est, dum pœnæ in qualibet
mo quidam conuersi sunt, & quidam in infidelitate mans-
runt, inter quos dissensio fuit. Propter quod dictum est, Tr-
det frater fratrem in mortem, & pater filium. Vt enim d-
Matt.10. Hieronymus, nullus fidus affectus inter eos est, quorum
Hiero. uersa est fides. *Veni enim separare hominem aduersus patrem*
Lucæ.12. *suum*, Hoc est, filium à patre diuidere, carnalem eorum p-
cem destruendo, & inordinatam vnionem tollendo, ne v-
F nimes sint in peccato, sed altero eorum auerso à me, a-
conuertatur ad me, Et simili modo, veni *Separare filiam*
aduersus matrem suam, malam amicitiam auferendo, & bo-
nam inimicitiam, seu veram dilectionem inducendo, vt eo-
latur carnalis affectus. Et *nurum* hoc est, coniugem F
Aduersus socrum suam, id est, matrem mariti Et *inimici ho-*
minis patrisfamilias erunt *Domestici eius*, quia commorantes
secum sibi aduersabuntur atque dissentient. Hoc ipsum ap-
Mich.7. Michæam prophetam legitur, Vir fratrem suum venatur a
mortem. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra ori
tui, quia filius contumeliam facit patri, filia consurget adu
sus matrem, nurus aduersus socrum, & inimici hominis d
mestici eius. ¶ Venit igitur Christus homines quantũcum
propinquo

propinquos separare ab inuicem, dupliciter. Primò, auferen- A
do ab eis vnionem carnalis affectionis, & consensum in ma-
lo, & hæc est separatio spiritualis necessaria ad salutem, sine
qua nemo potest esse seruus vel discipulus Christi. Secundò,
auferendo ab eis vnionem conuictus, & cohabitationis tra-
hendo quosdam ad religionis ingressum, & hæc est separatio
localis pertinens ad supererogationem. Qui autem amat pa-
trem aut matrem carnalem *Plus quam me*, maius bonum eis
optando quàm mihi vel magis adficiẽdo ad eos, quàm ad me:
seu magis inhærendo eis q̃ mihi: aut magis appreciendo eos
quàm me, *Non est me*, hoc est, mea fruitione, aut dilectione
Dignus cum non habeat charitatem ordinatam, & per con-
sequens, nec charitatem, cum ordo charitatis sit in precepto.
Et qui amat filium aut filiam super me, hoc est, plus quàm me, B
Non est me dignus. Quoniam bonum creatum, caducum, fi-
nitum, præfert bono diuino, incommutabili, atq; immenso,
Ordo nempe charitatis efflagitat, vt deus summè & incom-
prabiliter, ac sine mensura diligatur, videlicet, toto corde,
tota virtute, &c. Deinde propria anima, deinde proximus,
deinde proprium corpus. Inter proximos verò maximè dili-
gendi sunt parentes, nec propter alicuius rei creatæ fauorẽ,
amorem, siue intuitum recedendum est ab amore & cultu di
uino. ¶ Denique in euangelio secundum Lucam Christus
affirmat, Qui non odit patrem, & matrem, & vxorem, & fi-
lios, non potest meus esse discipulus. Non quod debeamus
odio habere illos, quò ad id quòd sunt, sed quò ad culpam
quam habent, & quantum nobis in via dei obsistunt. Et *qui*
non accipit crucem suam hoc est, pœnitentiæ afflictionem, vi- C
siorum, & concupiscentiarum crucifixionem, Et *sequitur me*
ambulando per arctam viam, & ingrediendo portam angu-
stam, vel etiam mortem corporalem sustinendo pro me, si ra
tio exigat, *Non est me dignus*, quia non habet gratiam gra-
tum facientem. Idcirco hortatur Apostolus, Semper morti-
ficationem Iesu in corpore nostro circunferentes, vt & vita 2. Cor. 4.
Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Rursusque, Si cõ- 2. Tim. 2.
mortui sumus, & conuiuemus: Si sustinebimus, & conregna- Iob. 21.
bimus. Maledicti sunt ergo qui nunc in delitiis, & vanitati-
bus, vel voluptatibus viuunt, qui ducunt in bonis dies suos,
quia in puncto ad inferna descendent. Ex quo certissimè con
stat impossibile esse, nunc gaudere cũ seculo, & post regnare

cum Christo, secundum quod saluator noster asserit, Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis. Væ vobis qui saturati estis. Væ vobis qui habetis consolationem vestram. Totum equidem tempus vitæ præsentis ad gemendum & flendum, ad pœnitentiam peragendam, ad suspirandum ad patriam, ad pugnandum contra vitia nobis indultum est, districtè quoque requirendum est nobis per Christum, quomodo sit expensum. *Qui inuenit*, hoc est, verè cognoscit, & spiritualiter diligit *Animam suam, perdet eam*, id est, præsenti seculo eam afflliget, ac mortificabit, abstrahendo ei delectabilia mundi, exponendoque eam omni propter Christum persecutioni. *Et qui perdiderit animam suam* hoc modo, *Propter me* Hoc est, amore mei, & vt mihi finaliter vniatur: quod tamen non est animam perdere secundum veritatem, sed secundum eam nalium æstimationem. *Inueniet eam*, id est, in futura beatitudine eam possidebit, & saluam reperiet. Hoc est, quod alibi dicit Saluator, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternã custodit eam. Alij sic exponunt, Qui inuenit animam suam, hoc est, præsentem vitã carnaliter inordinatè diligit, perdet eam, hoc est damnationi faciet eam obnoxiam, seu damnationis condignam, cũ præsens vita non sit amanda in se, nec delitiosè fouenda, sed ad futuram vitã ordinanda. *Qui recipit vos* Prædicatores & pauperes meos ad suam mansam, vel domum necessaria ministrando, *Me recipit* hoc est rem mihi tam gratam ac meritoriam facit, ac si meam personam reciperet. Recipit enim membra mea, seu mysticum corpus meum. Hinc Christus ad Paulum, Quid me persequeris? Et ad Samuelem, Non te abiecerunt sed me. Tactus est amor dei ad nos, vt dicat per Zachariam propheta, Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei. *Et qui me recipit* In propria persona dum adhuc in mundo viuo inter homines, vel in membris meis, vel spiritualiter in corde suo per fidem & charitatem. *Recipit eum qui me misit*, id est, deum patrem, vel totam trinitatem, quæ inseparabilis est. A qualibet nanque persona diuina missus est Christus secundum quod homo, quemadmodum in Esaia testatur, dicens, Et nunc dominus misit me, & spiritus eius. Qui autem Christum corporaliter receperunt in mundo, certum est, quòd rem deo patri gratam fecerunt, eumque per gratiæ infusionem spiritualiter susceperunt. Qui verò me receperunt, Christum spiritualiter credendo in ipsum, receperunt & patrem, totamque superbenedictissimam Trinitatem. Vnde Iohannes ait in Epistola, Qui negat filium, nec patrem habet. Et qui non credit in filium, mendacem facit patrem: quia non credit in testimonium quo testificatur est pater de filio. *Qui recipit prophetam* Hoc est, nutum dei de futuris vaticinantem, *In nomine prophetæ*, id est, ob hoc, quia propheta est, & inspiratus ac missus à deo, *Mercedem prophetæ*, id est, beatitudinem prophetæ in cœlo paratam. *Accipiet* à deo, quanuis non tantam sicut propheta, nisi aliunde sit magni præclarique meriti, imò si tantùm receptus vt propheta non esset verus, sed pseudopropheta. Si tamen recipitur, quia putatur propheta, recipiens non punitur mercede veri prophetæ, quoniam deus mentalis intentionis inspector est. *Et qui recipit iustum in nomine iusti* Hoc est, ea ratione quoniam iustus est, & famulus dei, iustificatus à deo, non quia cognatus aut compatriota. *Mercedem iusti accipiet*. à deo in patria pro opere misericordiæ. Talis nanque receptio iusti, cum ex charitate procedat, & actus misericordiæ sit, meritoria est vitæ æternæ. Si verò recipiens non esset in charitate, nil de condigno mereretur. Posset tamen deus ei charitatem infundere occasione receptionis præfatæ. *Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis* Discipulis meis aut famulis, vtpote *Calicem aquæ frigidæ*, id est, aquam frigidam tam modicam, quæ contineri possit in cypho. *Tantum in nomine discipuli*, id est, ideo solum, quia discipulus Christi est, quod est ad Christi honorem conferre. *Amen dico vobis, non perdet mercedem suam* Deus enim nullum bonum dimittit irremuneratum, magisque pensat affectum & intentionem quàm munera vel magnitudinem eius. Nullus ergo adeò pauper est, vt possit se de omissione operum misericordiæ excusare, cũ regnum cœlorum porrectione calicis aquæ frigidæ possit mereari, imò solo affectu, si desit aqua.

Postremò sapienter pensanda est discretio Christi in suis præceptis, quomodo rigorem iustitiæ, clementia temperet. Qui enim præcepit prædicatoribus suis sanctis Apostolis aliisque discipulis nil possidere vel ferre in via, nunc illos ad receptionem & sustentationem illorum tam copiosissimis promissionibus incitat, vt asserat se recipi ab his,

D qui illos receperint, recipientes quoque associandos rec-
ptis in gloria. Et *factum est cum commasset*, id est, termi-
nasset Iesus *sermonem* præhabitum *Præcipiens duodecim d*
pulis suis puta Apostolis nihil possidere, aut ferre in via, &
cætera quæ nunc exposita sunt, *Transiit inde*, id est, à loco
in quo istum sermonem fecit *Vt doceret, & prædicaret in ci-*
tatibus eorum, videlicet Iudæornm & Apostolorum, quia i
eisdem locis ad quæ præmisit eos, & de quibus orti fuerunt
prædicauit Dominus Iesus.

CAPVT XI.

E IOANNES AVTEM CVM
audisset in vinculis opera Christi.

ARTICVLVS XXI.

RECITATA ERVDITIONE, AC
missione Apostolorum, consequenter agitur
R de præcursore, IOANNES *autem* Bap-
Lucæ 7. tista, *cum audisset* à suis discipulis, iam
illud, Nuntiauerunt Ioanni discipuli eius de
omnibus his, videlicet Christi miraculis, quomodo filium
viduæ suscitauit à morte, &c. Vnde iam subditur, *Opera*
Christi miraculosa *In vinculis* positus, hoc est ab Hero-
F de Antipa incarceratus ad instantiam Herodiadis, pro-
Marci 6. Marcus Euangelista describit, *Mittens duos de discipulis su*
ad Christum. Duos misit ad socialis vitæ commendatio-
nem, & ad idoneam testificationem, quia in ore duorum v
trium testium stat omne verbum. *Ait illi* interrogando p
Deut. 17. internuntios, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus*
hannem non dubitasse de Christi persona, videlicet qu
ipse esset rex Messias, mundi Saluator in lege promissus, &
à Prophetis prænuntiatus, omnes sancti catholicique doc
Lucæ. 2. res concorditer protestantur. Quomodo enim de hoc aut
gere potuit, qui nondum natus Christi præsentiã se cogno
scere exultando monstrauit? Qui aliis quoq; Christũ inco
Marci. 1. strando disseruit, Ecce agnus dei. Qui spiritum sanctum
Lucæ. 3. forma columbæ conspexit, super Christum descẽdere, sequ
humilita

humiliando ei dixit, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad A
me? Non ergo dubitãdo interrogauit. ¶ Sed vt breuior fiat
tractatus, exponenda sunt diligenter verba Baptistæ, Tu es
qui venturus es? Quare non ait, Tu es qui venisti? Et si ventu
rus erat, quomodo venit vel quomodo venturus erat. Arbi-
tror ego hæc verba Iohannis, dupliciter posse intelligi. Pri-
mò sic, Tu de quo talia audio es, qui venturus es, hoc est, præ
nuntiatus, seu prophetatus es esse futurus, hoc est, An tu es
Christus quem Prophetæ cecinerunt venturum? an alium ex
pectamus? id est, alium saluatorem præstolari debemus? Quo
niam enim apud Iudæos celeberrima extitit fama Christum
tandem nasciturum, sicut à principio mundi erat prædictum
idcirco per hãc circũlocutionem. Tu es qui vẽturus es, Chri-
sti persona exprimitur, sicut & alio loco scriptum est, Illi ho B
mines cum vidissent quod fecerat signum, dixerũt, Quia hic Actu. 19.
est verè propheta, qui venturus est in mundum. Hoc etiam
patet per id quod in actibus Apostolorum Paulus affirmat,
Iohannes baptizauit populum, dicens in eum qui venturus
est vt crederẽt, hoc est, in Iesum. Si ergo hoc modo exponã-
tur, certissimum est, Iohannem non interrogasse hæc ex ali-
qua sui dubitatione. ¶ Cur ergo interrogauit, imò quomo-
do interrogauit, cũ interrogatio videatur esse dubia ꝓposi-
tio. Et respondendum, quod interrogauit non ob propriam
dubitationem, sed propter discipulorũ suorum ignorantiã,
quos volebat ex Christi responsione doceri, & certificari.
Nondum enim erat in spiritu, qualiter Christus fuerat respon- C
sus. Vt enim ait sanctus Hieronymus, discipuli Iohannis su-
perbierunt, & aliquid mordacitatis habuerunt contra Chri- Matt. 9.
stum. Nam ex liuore atque inuidia scissitabantur à Christo, Ioan. 3.
Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli au-
tem tui manducant & bibunt? Simili mente dixerunt Iohãni
Baptistæ, Magister cui tu testimonium perhibebas, ecce hic
baptizat, & omnes veniũt ad eum. Tanquam dicãt, Nos re-
linquimur, & ad illum confluit turba. ¶ Præterea quod nũ-
tiauerunt Iohanni opera Christi, non fecerunt simplici cor- Lucæ 7.
de, sed inuidia stimulante, vt dicit glossa Lucæ, Volens ergo
Iohannes animas discipulorum suorum sanare, mittit eos ad
Christum, vt visis eius miraculis, credant ac diligant. Quæ-
rit autem non quasi dubitans, sed informationem nũtiorum
desiderans. Vnde & Christus multoties interrogauit, quæ
vtique

D vtique non ignorauit. Vt cum dixit de Lazaro, *Vbi posuistis*
eum? Et ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent
Iohan. 11. hi? Et alias, Cuius est imago hæc & superscriptio? Quando
Iohan. 6. que enim interrogat homo vt instruatur. Interdū vt instruat.
Matth. 21. Interdum vt experiatur, si aliquis sciat, quod quærit. Interdum vt alterius ignorantiam mōstret. Iohannes quæsiuit a
Marc. 12. discipuli sui instruerētur. Hæc dicta sunt secundum eos, qui
Lucæ. 20. exponunt hunc locum modo nunc tacto. Secūdò exponitur sic, Tu Christe fili dei vnigenite, es, qui vēturus es ad passionem & lymbū inferni, an aliū expectamus, qui pro mundi salute passurus sit, & ad infernos descēsurus? Sic exponit Greg. Tanquā dicat Iohannes, Quæro, an sicut natiuitatem tuam
E præcurri nascendo, & tuam baptizationē baptizando: sic tuum descensum ad inferos præcurrā nuntiando patribus inferno te descensurum ad eos. Secundum Gregorium autē Iohannes quæsiuit duo. Primò, an Christus per seipsum descenderet in infernum. Secundò, an mori dignaretur pro humana salute. Et secundum Gregorium hæc interrogauit Iohannes de eis dubitando. Sed hoc cōmuniter non tenetur. Iohannes enim fuit plus quàm propheta, & repletus spiritu sancto ab vtero matris, præcursor Christi, & iudicis præco, ideo magis illuminatus fuit de Christo, & eius mysteriis, quàm prophetæ veteris testamenti. Quòd autē Christus per se pro humanum redēptione moreretur, prophetæ sciuerūt, & apertissimè prædixeruut. Vnde est illud Danielis, Post hebdomodas
Hier. 11. sexaginta duas occidetur Christ⁹. Et Hieremias inquit, Ego
F quasi agnus mānsuetus, qui portatur ad victimam, Elaias quo
Esaiæ 52. que ait, Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras,
Psal. 21. attritus est ꝓpter scelera nostra. Imò in Psalmo qui incipit, Deus deus meus respice in me, passio Christi tam clarè prædicta est, vt potius videatur illuc res gesta narrari, quàm prædicta
Zacha. 9. nuntiari futura. ¶ Insuper quod Christus per se ad inferni descenderet, per Zachariam prophetā prædictū est, Tu quoque in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu,
Osee. 13. in quo non est aqua. Ad quod pertinet illud Osee. Ero mors
Psal. 67. tua ô mors, morsus tuus ero inferne. Et illud in Psalmo, Ascēdisti in altū, cepisti captiuitatē. ¶ Veruntamē cognoscendū, quod expositio Gregorij sumpta est ex verbis Hieronymi vel saltē consonat eis, Sic nanq; exponit Hierony. Tu es qui vēturus es, an aliū expectamus, hoc est Māda mihi, quia ad infer-

ad inferna descēsurus sum: Vtrū te, & inferis debeā nūtiare. A
qui nunciani superis: an nō conueniat filio dei vt gustet mortē, & alium ad sacramenta hæc missurus es, Hoc omnino est quod dicit Gregorius, sed in hoc differunt, quia secundū Hieron. Iohannes nō quasi ignorās interrogat, & hoc melius sonat Et *respondens Iesus* discipulis Iohannis *Ait illis*, E*untes renuntiate* Hoc est, pro nuntio mihi ab eo facto respōdete. *Iohāni quæ audistis & vidistis* hoc est verba & opera mea, vtpote doctrinā meā, & quomodo verbis imperatiuis miracula facio, de quibus subiungitur, *Cæci* Hoc est, qui paulo ante cæci fuerunt, nunc *Vident* miraculose illuminati à me *Claudi* qui vim progressiuā penitus perdiderunt, *Ambulāt* curati à me, *Leprosi mundantur* à lepra, *Surdi audiūt, mortui resurgunt*. Secundum Augustinum incertum est quot mortuos suscitauerit Christus. Tres quippe legitur suscitasse, sed multa alia fecit Iesus in cōspecta discipulorum suorum, quæ non sunt scripta. Quod verò suscitauerit plures quàm tres, videtur ex verbis istis apparentiam quandam habere. Cum enim dixit hæc verba, nondum suscitauerat Lazarum, quandoquidē forsitan suscitauerat filiam archisynagogi, & filium viduæ. Si ergo Christus tempore huius responsionis non suscitasset nisi hos duos, non dixisset forsitan, tam absolute pluraliter, mortui resurgunt, præsertim cum secundum philosophum morale sit in his quæ ad propriam commendationem pertinent, declinare ad minus, salua semper veritate. Sed & omnes tres Euangelistę omiserunt describere suscitationem Lazari, quæ tamen solennissima extitit. Vnde probabile est, B
quòd quorundam aliorū suscitationes referre omiserūt *Pauperes euangelizantur*, hoc est, euangelica lege & gratia instruuntur, vel beati prædicantur: iuxta illud, Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Vnde per Esaiam prophetā ait Christus. Spiritus domini super me, euāgelizare pauperibus misit me. Et istud intelligi potest, tā de pauperibus spiritu, quam de pauperibus opibus, qui cōtemnit terrenas diuitias. Sicque Christus ostēdit nō se esse acceptorem personarum, dum nō præfert diuites pauperibus, sed omnibus indifferenter euangelizat. Prædictorum autem miraculorum multa fecit Iesus in præsentia discipulorum Iohannis secundum quod Lucas scribit, dicens, In ipsa hora curauit multos à languoribus & plagis, & spiritibus malis, & C
Esa. 61.

cæcis

D cæcis multis donauit visum. ¶ Quomodo verò Saluator illa miracula spiritualiter fecerit, facilè est pensare. Spiritualiter enim cæci vident, dum Christo desuper radiante, homines ab ignorantia, errore, vel infidelitate purgantur. Surdi audiunt, dum rebelles verbo dei obediunt. Spiritualiter nâque duritia obstinatæ mentis surditas appellatur. Leprosi mundantur dum à vitiis gulæ atque luxuriæ homines expurgantur. Claudi ambulant, dum pigri & instabiles, ad diuina efficiuntur feruentes. Claudicatio enim obliquitas affectionis, acedia vel nutatio mentis accipitur, iuxta illud Regum, Vsquequo claudicatis in duas partes. Vnde Apostolus admonet, dicens, Rectos facite gressus pedibus vestris, vt nõ claudicans quis erret, magis autem sanetur. Mortui quoq; resurgunt, dum impij pœnitẽt. Sed & pauperes euangelizãtur, dum infirma & abiecta mundi, & ea quæ nõ sunt, prædicãtur deo electa, vt fortia & superba confundantur. *Et beatus est Qui non fuerit scandalizatus in me*, hoc est ad ruinam peccati, seu infidelitatis inductus. *In me*, ex verbis & factis meis, præsertim ex humanitate eorũ quæ in me apparent, vt qđ inter homines ambulo, mãduco, & bibo, & ex acerbitate eorũ quæ patior, & passurus sum, vt qđ more aliorum fatigor, derideor, & morte turpissima occidendus sum. Quẽadmodum autem in Christo erat duplex natura, vna altissima & diuina, alia humilis & humana: sic i Christo fuerunt quẽda altissima, vtpote præmemorata miracula, & alia multa diuinitatis insignia. Fuerunt quoq; in eo quẽdã humillima & abiecta, vt quod esuriit, lassus fuit, irrisiones instinuit, & tandem amarissimã pertulit mortem. Quidam ergo pensantes magnalia Christi, concesserũt ꝙ esset verus filius dei, sed nõ hominis: & isti ex magnificentia Christi sunt scandalizati. Alij cõsiderantes abiecta Christi, vt quod mortalis fuit, quod expauit, tristis fuit & cruci affixus est, concesserunt quòd esset filius hominis, sed non dei: & isti ex humilitate Christi scandalum passi sunt. Sicq; nunc loquitur Christus, tanq̃ dicat, Beatus est, &c. hoc est, ille qui visis miraculis meis credit me esse Christum filium dei, & visis tormentis & tribulationibus meis, non discredit de mea maiestate, sed stabilis manet in fide, & charitate, beatus est. Talis tempore passionis fuit Maria: non Apostoli, quibus dicit Saluator, Omnes vos scãdalum patiemini in me nocte ista. Prædictis verbis tetigit Christus Iohannis discipulos, qui scandalizati fuerunt in Christo. Ex præinductis constat, ꝙ Christus non respondet directè ad verba interrogationis sancti Iohannis, sed opera sua iussit ei referri, quatenus ex illis miraculosis effectibus, Iohannes demonstraret suis discipulis Iesum esse Christum, quoniã talia signa futura esse in Christi aduentu Esaias prædixerat, dicẽs, Tunc apperientur oculi cæcorum, & aures surdorũ patebũt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & apperta erit lingua mutorum. ¶ Insũper Christus cõuertitur ad laudem Iohannis, Quoniam enim turbæ nouerant Iohannem ante suam incarcerationẽ testimonium perhibuisse Iesu, quod esset Christus, & nunc quæsiuit, Tu es qui venturus es, poterant suspicari Iohannem esse leuem, mollẽ, & mobilem, ideo hoc excludens Saluator, laudat Iohannẽ, nõ in præsentia discipulorum suorum, ne illis vel Iohanni videretur adulari, quoniam certum fuit ꝙ discipuli Iohãnis referret ei, quicquid à Christo audissent. Subditur itaque, *Illis autem abeuntibus*, Hoc est, ad Iohannem redire incipientibus. *Cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne*, *Quid* i. qualem *virum Existis* in desertum vbi morabatur Iohanes *Videre?* ante incarcerationem Iohannis *Arundinem vento agitatam*, id est, An existis ad hoc vt videatis hominem leuem atque instabilem, similem arundini seu calamo, quem vẽtus in omnem partem impellit, faciliter mouet: quasi Iohannes ex animi leuitate nũc dubitet de me. De quo dixit, Quia nõ sum dignus vt procumbens soluam corrigiam calciamenti eius. Hoc Christus interrogat, & interrogando innuit talem non esse Iohannem. Quasi dicat, Iohãnes vir iustus & stabilis est, quẽ nulla culpa vel passio à rectitudine deiicit. Quemadmodum scriptũ est, Homo sanctus in sapientia permanet, vt sol: nam stultus sicut luna mutatur. Et Salomõ ait, Iustus quasi fundamentum æternum. Tales sunt omnes qui nec blandimentis, nec minis, nec amore, nec odio, nec pspe vllis, nec aduersis à veritate & æquitate flectuntur. Sed homines vani cum laudantur, extolluntur, cum vituperãntur, irascuntur. quasi propter aliorum laudem aut vituperationẽ ip si meliores essent vel deteriores. *Sed quid existis videre?* Secundum sensum præfatum, *Hominem mollibus* hoc est delitiosis indumentis *Vestitum*, id est, an talem videre existis? Quod si feciſtis, erraſtis, quoniam Iohannes talis non fuit, sicut

Matt. 26.

Esa. 35.

Eccle. 27.

Prou. 10.

D sicut subiungitur. Ecce *qui mollibus vestiuntur*, hoc, est, pr
tiosis & dulcibus vestimentis, *In domibus regum sunt*. i. i
pallatiis principū. Iohānes autē nō in pallatiis, sed in erem
habitauit non mollia indumenta, sed vestem de pillis came
lorum portauit, cibusque eius fuerunt locustæ & mel sylu
stre. *Sed quid existis videre, prophetam?* hoc est, Nunquid
egressi estis ad videndum prophetam. Hoc Christus quæri
sed non negat, quin potius auget & roborat. Iohannes enim
Lucæ. 1. propheta fuit, secundū illud Lucæ, dicentis, Tu puer prophe
ta altissimi vocaberis *Etiam dico vobis, & plus q̄ Prophetam*
existis videre, id est, exeundo ad videndum Iohannem e
gressū estis videre virū, qui est plus quām propheta, hoc est
excellens propheta, & maiori honore ac gratia atq; cogni
E tione de Christo decoratus, quām cæteri prophetarū. Nam
nondū natus signo prophetauit, & spiritu sancto præuentus
vsum rationis accepit & Christum agnouit, Christū quoque
baptizauit, ac digito demōstrauit, & prophetas propheratus
est, atque angelus appellatus, eratq; finis legis ac prophe
tum, & nouæ legis exordiū. Vnde dici potest horizon, ligā
mentum, ac cingulus noui & veteris testamenti. *Hic est enim*
de quo scriptum est per Malachiam prophetam *Ecce ego de*
pater vel trinitas *Mitto angelum* hoc est, nuntiū, vel angelum
Mala. 2. *Meum* i. hominem conuersationis angelicæ. Vel Iohannes
dicitur angelus, quoniam filius sacerdotis, & per consequ
sacerdos fuit, saltem secūdum authoritatem vel potestatem
Sacerdos autem angelus appellatur per Malachiā prophe
tam, dicentē, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legē
F de ore eius requirent, quoniam angelus domini exercituum
est. Quemadmodum enim Dionysius docet, infimum supe
rioris ordinis, & supremum inferioris ordinis, magnā con
uenientiam habēt in natura & appellatione. In ecclesiastica
verō hierarchia sacerdotes sortiuntur primatum & summi
censentur: idcirco nomē eorum qui in celesti hierarchia in
simum ordinem sortiuntur, conuenit eis, ita vt angeli nūcu
pentur: quia sic appellantur cælestes spiritus de infimo ordi
ne spirituum supernorum. Quidam hæretici dixerūt Iohan
nem angelum incarnatum, ita quòd angelus appelletur, nō
tātū ratione officij, sed & veritate ac societate naturæ. Itaq;
Iohan. 1. mitto angelum meum, de quo Iohannes, inquit, Fuit homo
missus à deo cui nomen erat Iohannes. *Ante faciem tuam*
est,

est, ante tuam apparitionē, vel ante te ô Christe. Iohannes A
enim orsus est prædicare ante Christum, & manifestationē
Christi præcessit: imò ipse Christū manifestauit, quēadmodū
apud Iohannē inquit, Vt manifestetur in israel: propterea ve
ni ego in aqua baptizās, *Qui præparabit viam tuam* hoc est,
fidem, doctrinam, & opera virtuosa, per quæ Christus ingre
ditur corda hominum, dispositiue inducet in animas populi
Ante te, id est, antequā tu ô Christe venias ad prædicandum.
Per hoc enim quòd Iohannes disposuit animas Iudæorū ad
recipiendum fidem, doctrināque Christi, & ad pœnitentiam
peragēdam, præparauit Christo ingressum ad corda audien
tium. Vnde scriptum est, Hic venit in testimonium vt testi
monium perhiberet de lumine, vt omnes crederēt per ipsum.
Hoc plenius expositum est supra cap. 3. quo legitur. Vos cla B
mantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas Matth. 3.
eius. Porrò Euangelista hoc loco sensum magis quām verba Mal. 3.
Malachiæ allegat. Sic nanq; continet nostra translatio. Ecce
ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem
meam: sed sentētia vna est, quia sicut Iohannes disposuit ho
mines ad notitiā Christi, sic & ad notitiā patris, Quod autē
Iohānes merito nūcupetur plus quām propheta, subiūgitur.
Amen dico vobis, non surrexit i. ortus non est, nec ad virtutes
ascendit nec fuit *Inter natos mulierum* i. inter eos qui ex fœ
minis à viris imprægnatis geniti sunt, *Maior* i. dignior aut
sanctior *Iohāne Baptista* Mulier ergo hoc loco accipitur pro
fœmina cognita à viro, sicq; Christus natꝰ de virgine, & vir Lucæ, 7.
go mater, quæ fuit inter natas, non inter natos, excipiuntur.
Quāuis ergo nullus prophetarū & patriarcharū vel sāctorū C
naturali ordine genitorū præferatur Iohāni, non tamē Iohā
nes cūctis illis præfertur, sed potest esse æqualis eis. ¶ Hoc
testimonio de Iohāne prolato. Christꝰ ostēdit se esse deū ac
iudicē hominū, aliter nō iudicaret nullū prædictorū Iohan
ne maiorē, quoniā (Salomone teste) spirituū ponderator est
dominꝰ. Propter quod stultum est disputare de cōparatione Prou. 16.
sanctorū, quis maior sit alio, nisi quantū ex scripturis elici
tur *Qui autem minor est in regno cælorum* i. infimus beatorū,
seu cōprehensorum in patria, *Maior*, i. perfectior *Est illo*,
puta Iohāne Baptista, quoniā clarius videt, & ardentius dili
git deū quilibet cōprehēsor, quām aliquis purus viator. Præ
cellit quippè excedit meritū, nec potest perfectio viæ æquari
perfe

D perfectioni patriæ, quia secundū Dionysium, supremum ordinis inferioris non attingit infimū ordinis superioris, quamuis eius perfectioni multū propinquet. Veruntamē Iohannes & multi viatores in dispositione propinqua maiores fuerunt multis beatis, quoniam tanti meriti extiterūt, quod amplior eis fœlicitas debebatur, quàm multis sanctis in patria. Prætерea aduertendum, quod cum Christus verba hæc protulit, nullus hominum adhuc in regno cælorum fuit, nisi ipsemet Christus secundum quòd ait. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo. Quod igitur dicit saluator, qui minor est in regno cælorū non de hominib⁹, sed de angelis rite accipitur, & ita intelligi potest de dignitate naturali: vt sit sensus, Qui minore est in regno
Ioan. 3. cælorū id est, infimus angelorum maior. i. dignoris naturæ,
E seu speciei est illo. Planum est enim quòd natura angelica altior sit quātū ad essentialia, natura humana: sicque iis verbis Christus excludit errorē dicētium, quòd Iohannes sit angelus incarnatus. Vnde veritas quę Iohannem appellauit angelum, volens hoc intelligi ratione officii, non naturę, dicit minimum angelorum maiorē Iohāne. Quocirca vitādus est error Eustachij Greci Episcopi, qui in commentariis suis super librū Ethicorum asserit, nullum viatorē posse pertingere ad æqualitatē beatitudinis cuiuscūq; angelici spiritus: ità quòd post Christum & virginem benedictam, nemo quātumcūq; perfectus perueniat ad aliquem ordinem angelorum, sed ex
F vniuersitate hominum electorum, vnus ac infimus ordo cōstituatur in cælo. Quidam exponunt prædicta hoc modo, Qui minor est in regno cælorum. i. Christus qui in ecclesia
Ibidem. militante, minor fuit Ihoanne, hominum reputatione, & natiuitate posterior, atq; humilitate profūdior, maior est illo, quemadmodum idem fatetur Baptista, Qui (inquiens) de cælo venit, super omnes est. Et rursus, Illum oportet crescere, me autem minui.

¶ Prosequutio cap. A *diebus autem Iohannis Baptistæ.*

ARTICVLVS XXII.

Diebus autem Iohannis Baptistæ vsque nunc, regnum
A *cælorum vim patitur.* Quid est hoc? Quis enim vim inferat regno cælorū? Et si illud vim patitur, cur potius à diebus Iohannis, quàm ante? vel quomodo à diebus Iohannis vsque nunc, id est, hora qua Christus hæc dixit, quasi nec postea passum sit vim? Est igitur sensus, A diebꝰ autem. i. ab exordio prædicationis Iohannis Baptistæ regnum cælorū, id est, vita æterna, seu gloria patriæ, vim patitur, id est, per violentiam quandā acquiri prædicatur. Iohannes enim primò sic legitur prædicasse, Pœnitentiā agite, quia appropinquabit regnū cœlorum. Sed pœnitentiā agere, est sibipsi bonam violentiam facere, affligendo, & reprimendo Matth. 3.
seipsum. Nō ergo sic intelligendum est, quasi ante Iohannis Lucæ. 3.
prædicationē, potuerit aliquis regnū cœlorū mereri sine vi tali, seu pœnitētia, sed quia ante nō docebatur aperte, quòd regnū cœlorū taliter acquireretur. Per hoc quoq;, ꝙ dicitur vsq; nunc, non datur intelligi, quòd post verba hæc Christi, Lucæ. 16.
non patiatur vim. Subditur enim, *Et violenti* i. superantes seipsos, qui cōtra seipsos & cōcupiscētias, cunctaq; vitia efficaciter pugnant, *Rapiunt*, i. cum labore & bona violentia ca- B
piunt illud pro præmio sui certaminis. Violenti sunt ergo qui desiderio patriæ, seipsos quotidie mortificāt, carnē suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigētes: qui dicere possunt 2. Cor. 7.
cum propheta, Propter verba labiorum tuorū ego custodiui vias duras. Et cum Apostolo, Nullā requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus. Foris pugnę, intus timores. Dicitur itaque regnū cœlorū vim pati, quoniā propter ipsum adipiscēdū, infert homo sibiipsi vim bonam, & patitur affligendo seipsum, & ita est prædicatio causalis, Lucæ. 16.
cum dicitur, Regnum cœlorum vim patitur. Vnde Lucas sic Esaiæ. 1.
habet. Omnis in illud vim facit. Vel dicitur vim pati, quia Galat. 5.
per modum patientis se habet, dum homo cum grandi labore illud apprehendit, secundum quem sensum dominus ait, C
Laborani sustinēs, Et alio in loco, Si affiget homo deū, quia vos configitis me & inualuerūt super me verba vestra. Insu per Christus aperit causam, cur dixit à diebus Iohannis regnum cœlorum vim pati. *Omnes enim prophetæ, & lex* moysi *Vsque ad Iohannem prophetauerunt* i. obscure & figuratiue de Christo & regno cœlesti annūciauerūt sub promissionibus temporalium bonorum, intelligendo cœlestia, atque per corporalia bona, desinādo spiritualia beneficia Christi, Iohannes verò de his apertissimè nuntiauit, digito Christum demonstrans, regnumque cœleste proprio nomine exprimēs & promittēs. Et quòd iste sit sensus, patet per illud quod in Luca scriptum est. Lex & prophetæ vsque ad Iohannem, ex

D eo regnum dei euãgelizatur. Sanctus Hieronymus ita exponit, Omnes pphetę, & lex vsq; ad Iohannẽ prophetauerunt, hoc est, de Christo vaticinati sunt, quem Iohannes demonstrauit, & eius tępore fuit. Loquitur ergo de prophetis veteris testamenti, & per legem significat scripturã librorum Mat.16. Iohan.1. Iohan.6. Moysi Et *si vultis recipere* i. cognoscere *Iohannes ipse* Mala.3. *Helias* non per essentiam, sed per magnã assimilationem, secundum quem modum quidam dixerunt Christum esse Heremiã, alij Heliã & Christus vocauit Iudam diabolum. Quia Helias *Venturus est* in fine seculi ad cõuertendos Iudæos, vt præcedat secundũ Christi aduentum sicut Iohannes primum, iuxta illud Malachiæ prophetæ, Ecce ego mittam vobis Heliam Testibẽs, antequã veniat dies domini magnus E & horribilis, Dicitur ergo Iohãnes Helias, quia vterque eremita, vterq; similibus vestibus vtens, vterque præcursor, 3.Re.18, &.19. coq; iudicis, vterq; ardentissimus zelator iustitiæ, rigorosus & strenuus & imperteritus. Nã sicut Helias corripuit Achab & Iesabel, sic Iohannes Herodẽ ac Herodiadẽ. Vnde de Iohanne ptædixerat angelus, Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ. Sed quia hæc verba, quibus dictũ est Lucæ.1. Deut.21. Eccle.3. hannem esse Heliam, prudentem intellectum requirũt, Christus adiecit Q*ui habet aures audiendi* hoc est, aures cordis, videlicet intellectum aduertentẽ ac studiosum, de quibus auribus scriptum est in Deuteronomio, Dixit Moyses filios Israel, Nõ dedit vobis dominus aures, quæ possent dire vsq; in præsentẽ diẽ, *Audiat* i. sapienter aduertat, quasi dixi Iohannẽ esse Heliã, ne incidat in errorem hæreticorum & quorundã Iudæorum Platonẽ sequentium atq; dicentium F Animas transcorporari: vt qui nunc est in isto corpore, idem qui olim fuit in alio corpore. Fideli igitur aure omnia Mat.12. verba dei aduertenda sunt, iuxta illud sapientis, Auris bona Lucæ.7. audiet cũ omni cõcupiscentia sapiẽtiã. *Cui autem similem* ... *mabo* hoc est, iudicabo & pronũtiabo *Generationem ipsã* ... belles atq; peruersos Iudæos. Nõ de omnibus tũc prædicabus dicit hoc Christus, sed de scribis & pharisęis, de quibus sequẽti capitulo scribitur, Generatio praua & adultera signum quærit. Vnde apud Lucã legitur, Omnis populus audiens licet prædictas laudes Iohannis & publicani, iustificauerunt deũ, baptizati baptismo Iohãnis. Pharisæi autẽ & legisperti consilium dei spreuerunt, non baptizati ab eo. De his

que Christus nunc loquitur. ¶ Quæritur quoque vt audientes ad diligentem aduertẽtiam excitet. Et respondet. *Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes*, hoc est cantantes *Coequalibus* i. alijs pueris sibi numero paribus, *Dicunt* cum exprobratione *Cecinimus vobis* i. carmen lætitię cantauimus, Et *non saltastis* id est, nobis congratulati nõ estis, *Lamentauimus*, hoc est, carmen lugubre vobis cecinimus, Et *non planxistis*, id est, ad compassionem moti non estis. Pueris ergo, qui nec gaudentibus congaudent, nec dolẽtibus condolent, isti assimilantur, cuius ratio subditur. *Venit enim Iohannes Baptista neque manducans neque bibens* hoc est, socialiter non conuescens, nec consueto cibo, potuq; vtens, & frequẽter ieiunans, dicunt de eo prædictum est, Vinum & siceram non bibet, Et *dicunt* homines huius pessimæ generationis, *Dæmonium habet*, B id est, dæmoniacus est Iohannes, & dæmonis operatione sic abstinet, abstracteq; viuit. Possessi quippe & arreptitij multa agunt & sustinent, quæ alij agere, & pati non valent. *Venit filius hominis* id est Christus *Manducans & bibens*, hoc est, socia liter viuens, cum hominibus vescens, & filiis suis licentiam manducandi concedens, dicendo. Nunquid ieiunare possunt filij sponsi, quandiu cum illis est sponsus? Et *dicunt* de eo *Ecce homo vorax* instar lupi, seu canis famelici, quasi putaret se non posse saturari, Et *potator vini*, tanquam turco & delicatus, *Publicanorum* i. magnorum & manifestorum prævaricatorum Et *peccatorum* hoc est aliorum minus malorum Amicus quia manducat cum eis, non solum amans eorum naturam, sed etiam culpas. Erat vtique Christus eorum amicus amando naturam, non vitia: nam & animam suam pro talibus posuit: & idcirco cum eis conuersari ac vesci dignatus est, vt sua pietate, charitate, ac mansuetudine eos ad pœnitẽtiam prouocaret. Quoniam enim mediator erat dei & hominum, reconciliator peccatorum, & medicus infirmorum ac miserorum, tales vitare non debuit, sed benignissimè repatare, conuersando cum ipsis. Prædictis itaque pueris assimilantur scribæ & pharisæi, quia nec Iohãni abstinẽti, nec Christo manducanti se conformare vel credere voluerunt. sed resistũt; vitã peruerse interpretati sunt, & in sua obstinatione pertinaciter permanserunt. Referunt quidam q̃ Iudæi volentes filios suos ad virtutes prouehere, assuefecerunt eos ad ludos honestos, ita q̃ pueri conuenerunt in forum, eisque in

Cap.xi. D duas partes æquales diuisis, vna pars cecinit carmen iucun-
dum, alia lugubre. Et quæ cecinit carmen lætitiæ, exprobra-
uit alteri cur sibi non congauderet: similiter pars cantans ca-
ticum triste, exprobrauit alteri parti, cur sibi non cōpateret.
Et ista fiebant ad insinuandum vanitatem lætitiæ, & defectū
cōpassionis ac amicitiæ in hoc mūdo. Aliqui per pueros istos
intelligunt prædicatores & discipulos Christi, de quibus per
Esaiam Christus testatur, Ecce ego, & pueri mei quos dedit
mihi dominus, hi prædicauerunt Iudæis canticum iucunditā-
tis spiritualis, vt delectarentur in deo: canticum quoq; doloro-
ris, vt pœniterent. Iudæi verò nulli cantico cōsenserunt. Se-
nō videtur q̄ prædictis bonis, sanctisq; pueris cōparētur fer-
bæ & pharisæi, imò Christus qui cecinit carmen consolatio-
nis & gratiæ, Iohannes quoq; canens carmen cōminationis
E ac pœnitentiæ eis assimilantur. Scribæ autē, & pharisæi bo-
assimilātur, qui nec flent cū flentib⁹, nec gaudent cū gaudē-
bus. Tales prò dolor adhuc multi sunt qui omnia facta alio-
Roma.12. rum interpretantur in partem dereriorem, facientes sibi de
melle venenum, & bona quæ nequeunt imitari, malunt de-
trahendo & deridendo vituperare, q̄ humiliter venerari. Et
iustificata. i. laudata & vera est cognita *Est sapientia*. i. sapien-
talis Christi doctrina, vel ipsemet Christus, qui est increata
sapientia patris, *A filiis*. i. ab amatoribus & studiosis audito-
ribus eius, puta Apostolis, cæterisq; Iudæis fidelibus, qui (vt
allegatum est) auditis prædictis Christi sermonibus, iustifi-
cauerūt deum, & Christi eloquia approbauerunt. Sruleus au-
Prouer.8. tem (vt Salomon dicit) non recipit verba prudentiæ. Non
1. Cor.2. animalis homo percipit ea quæ dei sunt, teste apostolo. Tan-
F *Iesus cœpit exprobrare* ex cōpassionis affectu vel zelo iustitiæ
nō ex inordinato motiuo, *Ciuitatibus*. i. vrbiū habitatorū
In quibus plurimæ virtutes eius factæ sunt. i. multa miracula
Christo, & fortè etiā ab apostolis, *Quia non egissent pœnitē-*
stabilem visis tot signis. Væ i. æterna damnatio immine-
Tibi Corrosaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone
bibus idololatriæ deditis, *Factæ essent virtutes*. i. miracula, &
efficacissimæ prædicationes, *Quæ factæ sunt in vobis, olim*
cilicio illud induendo, Et *cinere* illum capitibus suis superg-
nendo, vel in cinerem se prosternendo, *Pœnitentiam egissent*
Ionæ.4. quēadmodum Niniuitæ ad prædicationē Ionæ. Quam ve-
Lucæ.11. sit hoc, constat ex actis apostolorū, vbi fides atq; deuotio
rio-

rum describitur, qui crediderūt apostolis, maximè Paulo. A
Huic testimonio Christi omnino simile est quod ad Ezechie- Act.12.
lem dominus ait, Fili hominis non ad populum profundi ser Ezech.3.
monis & ignotæ linguę tu mitteris. Et si ad illos mitteretis,
ipsi audirent te. Domus autem Israel ad quem mitto te, no-
lunt audire te, quia nolunt audire me. *Veruntamen dico vobis*,
Tyro, & Sidoni, i. populo vrbiū harū in gentilitate defuncto,
Remissius erit. i. minor damnatio, *In die Iudicii* quoniam solā
naturalem legē transgressi sunt. *Quam vobis* qui præuaricati
estis legē naturalē, ac scriptā, & insuper signa documētaque
Christi paruipendistis, propter quod tāto grauiora sunt sce-
lera vestra, quanto maiora beneficia contēpsistis, & ingratis-
simi extitistis, Et *tu Capharnaum* principalis vrbs Galilææ,
Nunquid vsq; in cælum exaltaberis sicut præsumis. i. nunquid
ad tantā sublimitatē pertinges sicut elatio tua conatur? Per ta B
lem enim modū loquēdi designatur magnitudo superbiæ, vt
est illud in Psal. Posuerunt in cælū os suū, *Vsque in infernum* Psal.17.
descendens propter pompā & ingratitudinē tuā: iuxta illud, Iob.20.
Si ascenderit vsq; ad cælū superbia eius, & caput eius nubes
tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetē. Simile est quod
et Abdias propheta, Si exaltatus fueris vt aquilla, & si inter
sydera posueris nidum tuum, inde detraham te dicit domin⁹.
Porrò Capharnaū, Corrosain & Bethsaida vrbes Galilææ &
Tyrus in littore laci seu stagni vel maris Genezareth, primò re
ceperunt doctrinā Christi, sed post redierūt ad vomitū, ideo
nō pœnituerunt veraciter ac stabiliter, sicut supra cap.4. ple
nius patuit, *Quia in Sodomis*. i. in pentapoli, propter peccatū
contra naturā submersa, Illorū enim quinq; vrbium principalis
fuerat Sodoma, *Factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te* à me- C
ipso. *Forte permansissent vsque in diē hanc*. i. habitatores pœni- 2.Pet.2.
tentiæ, nec essent vrbes illæ submersæ, vel potius combustę Matth.4.
igne ac sulphure. Dicit autem forte, non quasi dubitans, sed Gen.19.
vt feruet sobrietatem sermonis & libertatem voluntatis de-
signet, *Veruntamen dico vobis, quia terræ* id est, habitatoribus
olim *Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi* & proba
bile est quod absolute loquēdo, minor erit damnatio Sodo-
morum quam istorum, & quod minus grauiter peccauerint
quam isti, prout in præcedenti cap. dictū est, de nō recipien- Psal.33.
tibus ipsos apostolos. Merito ait Psal. Venite & videte opera Psal.35.
dei terribilis in consiliis super filios hominū. Et, Iustitia tua

D sicut montes dei, iudicia tua abyssus multa. Quis enim inue-
stiget vel explicet cur iustus atq; omnipotens deus coram il-
lis miracula fecit, & illos nūtios suos ac prædicatores mi-
quos nouerat nō credituros, & horū nullū fecit his quos sa-
uerat credituros, si vidissent aut audissent quod isti? Vnde ei
Roma. 11. Apostolo exclamare oportet. O altitudo diuitiarū sapienti
& scientiæ dei &c. Præterea ipsemet Christus cū ista dixisse
in vocem confessionis, laudis ac gratiam actionis prorupi
sicut subiungitur, *In illo tempore* cum ista dixisset, *Respondens*
i. ad prædicta proportionatè ac pertinenter adiiciens, *Ita*
dixit, Confitebor tibi, confessionis laudis & gratiarū actionis
hoc est, laudo te & gratias ago, & ad manifestādum iustitiā
tuam, dico ac fateor, *Tibi*. i. ad gloriam tuā, *Pater* mi natura-
E lis, qui es aliorum pater per gratiā adoptionis, qui in Psal. 81
ad me, Ex vtero ante luciferū genui te. Et, Ego hodie genu
te, *Domine cæli & terræ*. i. cælestium atq; terrestrium, visibiliū
Hest. 13. & inuisibilium dominator, de quo Hester ait, Domine rex
Psal. 104. omnipotēs in ditione tua cuncta sunt posita. ¶ Est ergo de-
Esa. 5. plex cōfessio, scilicet propriæ culpæ, de qua Dauid, Dixi con
Esa. 45. fitebor aduersum me iniustitiam meā domino, & laudis diui-
Sapien. 1. næ, de qua Sapiens, Confitebor tibi domine rex, & collaud
bo te deum saluatorē meum, *Quia abscondisti hæc* mysteria &
dei & sacramenta nouæ legis, & prædicationis meæ notitia
A sapientibus & prudentibus, in oculis suis, de qualibus asseri
Esaias, Væ (inquiens) qui sapientes estis in oculis vestris, &
coram vosmetipsis prudētes. Itemq;, Sapientia & scientia
F decepit te. Qui tamen veraciter stulti sunt, quemadmodum
Hieremias fatetur, Sultus factus est omnis homo à scientia
sua. In maliuolam enim animam non introibit sapientia.
Quamuis autem per sapientes & prudentes intelligi possint
omnes literati huius seculi, philosophi & legisperiti, & quos
mundus reputat sapientes: tamen hoc loco per sapientes, &
prudentes præsertim signantur scribæ & pharisæi, qui se esse
ditos putabant, sequentes literam occidentem, non spiritum
viuificantem. Dicuntur autem sapientes quantum ad notitiā
diuinorum. Prudentes quò ad humanam rerum notitiam.
Et revelasti ea per illuminationem internam, *Parvulis* id est,
humilibus, de quibus ait Psalmista, Declaratio sermonum tuo-
Psal. 118. rum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et sapientia in
Prou. 9. prouerbiis, Si quis est paruulus, veniat ad me. Ad hos enim
quasi

quasi ad valles profundas descendunt à patre luminum, & A
fonte riui bonitatis, ac radij sapientiæ, quos corda pompos
nequeunt cōtinere: iuxta illud Psamistæ, Qui emittis fontes Psal. 103.
in conuallibus, inter medium montium pertransibunt aquæ. 1. Cor. 1.
Hinc dicit Apostolus, Videte vocationem vestram fratres, Ibidem.
quia non multi sapientes secundum carnem sunt inter vos.
Et rursus, Nónne stultam fecit deus sapientiam huius mun-
di? Sapientes ergo & prudentes in oculis proprij cordis pro-
pter suā superbiā diuinæ veritatis illustratione priuati sunt:
Paruuli verò per humilitatem meruerunt à spiritu sancto do
ceri, sicut apostoli aliiq; credentes, de quibus iam dicebatur,
Iustificata est sapientia à filiis suis: propter quod Salomō lo Prou. 11.
quitur, Vbi humilitas, ibi sapientia, *Ita pater*, id est, sic ve-
te est, & ita contingit ô pater æterne, *Quoniam sic placitum* B
est ante te, hoc est, in conspectu tuo, vel in corde ac luce sa-
pientiæ tuę. Tanquam dicat, Prima causa istius, quod quidam
præ aliis illuminati sunt, non est nisi ipsum beneplacitū volū
tatis diuinæ. Quod enim vnus præ alio humilitatē, & cætera
quæ ad diuinā illuminationē disponunt, habet, originaliter
procedit ex prædestinatione diuina, quàm nulla præcedunt
merita. Præterea quanuis in communi ratio assignetur, cur
quidam electi quidam præsciti sint, vtpote quatenus miseri-
cordia dei refulgeat in electis, qui sunt vasa pietatis in hono
rem & gloriā, & iustitia dei manifestetur in reprobis, q sunt
vasa iræ in interitū, in speciali tamē, causa dari non valet, cur
potius iste quàm ille electus sit, nisi voluntas diuina. Propter C
quod ait Augustinus, Quem trahat, & quem non trahat, cur
illum trahat, & illum non trahat, noli diiudicare, si non vis
errare. Voluntas etenim dei, cum sit prima omnium entium
causa, causam non habet. Nec tamen irrationalis vel iniu-
sta esse potest, cum essentialiter sit ipsa sapientia, atque iusti
tia infinita. Quod igitur comprehendere non valemus, cum
omni reuerentia veneremur, quoniam scrutator maiestatis
opprimetur à gloria. Prædictis Christi verbis consonat il-
lud Psalmistę, Brachium eorum non saluauit eos, sed dexte- Psal. 43.
ra tua & brachiū tuum, & illuminatio vultus tui, quoniā com Exod. 33.
placuisti in eis. Et quod in exodo ait deus sublimis & bene- Rom. 9.
dictus, Miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi
placuerit. Ideo dicit Apostolus, Cuius vult misereatur, & quē
vult indurat. *Omnia mihi tradita sunt à patre meo.* In Chri-

Dsto est duplex natura. Secundum ergo diuinam naturam: omnia, id est, tota diuinitatis plenitudo, & quicquid perfectionis in patre est tradita, hoc est, per modum naturalis emanationis data sunt filio per generationem æternam, quemadmodum apud Iohannem ipse protestatur, Omnia (inquiens) quæcunque habet pater, mea sunt. Et rursus ad patrem, Omnia (inquit) mea, tua sunt, & tua, mea sunt. Ex quo innotescit. Sicut omnia hæc data filio, vt in parte permanserint, ita quoad idem numero esse ac posse in vtroque consistat. Et quamuis in patre non sit diuersitas, sed simplicissima vnitas, filius tamen pluraliter dicit, omnia, quoniam diuinitas patris omnium perfectiones, cum infinita plenitudine comprehendit. Vnde & Paulus pluraliter dicit, Inuisibilia dei per ea quæ facta sunt, intellecta cognoscuntur. Insuper secundum humanam Christi naturam omnia creata, data & subiecta sunt ei, quantum ad authoritatem ab exordio incarnationis. Nam eo ipso quò eius humanitas vnita est verbo hypostatica vnione, ita lata est omni creaturæ. Propter quod ait, Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. In resurrectione verò omnia data sunt Christo homini, quantum ad manifestationem, quæ ex tunc cœpit innotescere, & publicè prædicari excellentia Christi. Ideo infra, Data est (ait) mihi omnis potestas in cœlo & in terra. In die autem iudicij, omnia ei subiicientur, quantum ad plenissimam exequutionem. Loquendo autem de Christo, secundum quòd est mediator dei ac hominum, sic omnia tradita sunt ei à patre, i. omnia genera hominum salvandorum, seu omnes electi, qui per ipsum reducuntur ad patrem. de quibus ait, Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum, Et, nemo venit ad patrem, nisi per me. Et item ait patrem loquens, Dedisti (inquit) ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Nemo nullus seu nulla intellectualis persona *Nouit filium* secundum eius diuinitatem notitia comprehensionis perfectæ. Nec *pater* æternus, qui æqualis est filio, in essendo, & cognoscendo. *Neque patrem quis nouit* notitia plenæ comprehensionis, *Nisi filius* patri æqualis, *Et cui voluerit filius revelare* per fidem in via, vel per speciem in patria, vt sunt homines electi, & angeli sancti, non quod isti ex reuelatione Christi agnoscent patrem, aut filium modo prædicto, videlicet comprehensione plenaria: imò omnis intellectus creatus

tus in infinitum distat, id est, occumbit & deficit, ab huiusce- A modi notitia dei immensi, seu summæ trinitatis atque cuiusli bet diuinæ personæ. Quoniam sicut deus est infinitæ actualitatis ac perfectionis, sic est infinitæ cognoscibilitatis. Non ergo comprehenditur plenè, nisi ab intellectu virtutis & capacitatis immensæ. Denique per hoc quòd dictum est, Nemo nouit filium, nisi pater, nec patrē, nisi filius, non excluditur, quin filius cognoscat seipsum, & pater similiter, nec excluditur spiritus sanctus, à notitia patris & filij: quia in his quæ absolutè dicuntur de deo, quod de vna persona affirmatur, de qualibet trium verè accipitur Vnde Apostolus dicens, Quæ dei sunt nullus nouit nisi spiritus eius. Non negat quin pater & filius cognoscant quæ dei sunt. Patet quoque ex his quòd nulla diuina persona nec trinitas cognita sit ex B lumine naturali, sed ex reuelatione supernaturali per fidē. Postremò secundum principem theologorum in libro mystica theologiæ, imò secūdum theologos atq; philosophos communiter & concorditer perfectissima cognitio quæ haberi potest de deo in via, est per meram ac puram ablationem seu negationem: ita vt vniamur deo tanquam enti incomprehensibili & prorsus ignoto, quantum ad quid est. Et quia Saluator dixit sibi omnia tradita à patre, & se patrem perfectè cognoscere: ideo monet nos, vt confidenter accedamus ad ipsum, quemadmodum Saluator ipse monet, Eum (inquiens) qui venit ad me, non eiiciam foras, *Venite ad me* spirituali accessu seu mentis conuersione: iuxta illud C Prophetæ, venite & reuertamur ad dominū. Et rursus, Conuertimini ad me in toto corde vestro. Vnde & Iacobus dicit, Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Hoc est, ab idolis caducis, terrenis & vanis, auertite corda vestra, & ad summum bonum dirigite ea, totumque affectum vestrum & cogitatum in Christo stabilite satagite, sicut ait Psalmista, Deus cordis mei & pars mea, deus in æternum. *Omnes qui laboratis* in via huius exilij. Homo enim ad laborem nascitur, & auis ad volatum. Quidam enim laborant in operibus pœnitentiæ, quidam in opere manuum, quidam in diuersis languoribus. Quidam in actibus vitiosis, prout apud Sapientem deplorāt, dicētes, Lassati sumus in via iniquitatis. Quocunque ergo labore laboremus accedamus ad Christū, malos labores dimittendo, & bonos continuando vel in melius

Iohan. 6. Roma. 1. Iohan. 5. Matt. 28. Iohan. 12. Iohan. 14. Iohan. 17. Iohan. 6. Osee. 3. Iacob. 4. Psal. 72. Iob. 5. Sapien. 5. Act. 15. Eccl. 40.

transferendo,

D transferendo, eundo videlicet de labore actionis ad quietem contemplationis, Et *onerati estis*, malis culpæ & pœnæ seu onere obseruantiarum legalium, quod (Petro teste) importabile fuit. Est autem onus quoddam graue, vniuersis commune, ex originali peccato secutum, de quo in Ecclesiastico legitur, Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adam, à die exitus de vtero matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Propter quod ait beatus Iob, Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miseriis, Et *ego reficiam vos*, id est, confortabo & consolabor vos, minuendo grauitatem laboris, vt opera bona quæ cum difficultate, tædioque fecistis, cum feruore & gaudio facere inchoetis, fiant.

Iob. 14.

E ait propheta, viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum. Hinc Saluator inquit, Qui sitit, veniat ad me & bibat. Et Apocal. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Sic refecta fuit sponsa, quæ ait in Canticis, Introduxit me rex in cellam vinariam. Hæc refectio inchoatur in via per gratiam, & consummatur in regno per gloriam. *Tollite iugum meum super vos*, id est, præceptis meis subiicite vosmeipsos, & euangelicam legem seruate. Vnde inobedienti populo dicit dominus per Hieremiam, A seculo (inquiens) confregisti iugum, rupisti vincula mea, & dixisti, non seruiam. Et *discite à me*, non miracula facere, non mundum creare, sed *Quia mittis sum* inordinationē iræ & impatientiæ penitus non habendo. Mititas quippe seu mansuetudo proprie dicitur virtus moralis iram refrenans. Mitis vtique, imò mitissimus extitit Christus, qui tanquam ouis ad oc-

Pſal. 118. Iohan. 7. Apoc. 21. Cant. 2.

F cisionem ductus est, & quasi agnus coram tondēte obmutuit. Et *humilis corde*. quia quicquid ago, ad gloriam patris refero, & ei omne bonum ascribo, nullum contemno, claritatem ab hominibus non accipio, in medio discipulorum fuit sicut qui ministrat, pedes eorum laui, in omnibus meipsum humilitatis exemplum præbui. Et *inuenietis requiem animabus vestris*, id est, In me dulciter quiescetis, motibus iræ atque superbiæ mitigatis. Qui enim mitis & humilis est, ad contemplationem & stabilitatem mentis aptissimus est, & delectatur in multitudine pacis. Hinc Hieremias, ait, Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis requiē animabus vestris. Hæc requies perficietur, & plena erit in patria.

Hier. 20. Pſal. 114.

tria. Non enim perfecte quietatur cor nostrum, nisi summo bono fuerit immediate seu fruitiue coniunctum. Ideo dicit Psalmista, Conuertere anima mea in requiem tuam. *Iugum enim meum* id est, obseruatio præceptorum, *Suaue est* diligenti quoniam nullà forma delectabilius vel facilius agit q̄ charitas: ideo ait scriptura, Iudicia domini, id est, præcepta vera, iustificata in semejpsa. Desiderabilia super aurum, & dulciora super mel & fauū. Etenim seruus tuus custodit ea. Et *onus meum leue* est, scilicet obseruatio consiliorum, quæ sicut pigro & frigido, extat grauissima, sic feruido amatori leuissima est atque dulcissima: ita vt dicat, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et, Non sunt condignæ passiones huius tēporis ad futurā gloriam. ¶ Quæritur, si iugū Christi suaue est, & onus eius leue, quomodo ait, Intrate per angustam portam. Et, Arcta est via quæ ducit ad vitam. Itémque, Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud? Et respondendum. quòd vnum & idem est angustum, laboriosum & graue, incipienti imperfecto & spirituale conflationem nōdum experto: quod tamen lætum, iucundum, & leue est exercitato, proficiēti, perfecto & habituato in bono. Denique mandata atque consilia Christi ex sua natura dulcia extant & leuia, quanuis per comparationem ad nostram fragilitatem & pronitatem in malum, difficulter in principio impleantur. ¶ Quæritur etiam an iugum Christi seu Euangelica lex, grauior sit ad obseruandum, quàm lex Mosaica? Et videtur quòd imò quia quo perfectio maior, eò ad eam difficilius homo pertingit. Maior est autem perfectio nouæ legis quàm veteris. Item superius patuit, quomodo præceptis legis Christus sua maiora præcepta adiecit, Prohibuit irasci, & dicere racha aut fatue, quod difficillimū est implere. Gregorius quoque apertè affirmat hoc ipsum, sed si ita est, non videtur quomodo iugum Christi sit suaue, & onus ipsius leue. ¶ Et respondendū, q̄ in veteri lege erāt præcepta triplicia, puta moralia, iudicialia, ac cerimonialia. Si ergo loquamur de veteri lege, quo ad præcepta eius cerimonialia, constat quod difficilius fuit eā seruare quàm nouam legem. Vnde in Actis Petrus dicit, Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorū, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, quod intelligitur de cærimonialibus legis. Præcepta verò moralia vtriusque

A Pſal. 118. Rom. 8. B Matth. 5. C Actu. 15.

legis

D legis sunt eadem, quæ tamen nunc facilius implentur quam tunc, propter magnitudinem gratiæ, quæ confertur in nova
Roma. 8. lege, per sacramenta ecclesiæ. Consilia verò Christi difficiliora sunt quam præcepta moralia legis, per comparationem ad nostram infirmitatem: sed per comparationem ad gratiam quæ adiuuat nostram imbecillitatem, etiã ipsa consilia facilimè adimplentur. Hanc quæstionem non intendo hoc loco
Iaco. 4. plenius prosequi, sed sic eã tetigisse sufficiat. Hoc verò summè requiritur, & maximè admonendũ est, vt discamus à magistro nostro (in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, imò qui est sapientia patris) verã mansuetudinẽ & humilitatẽ syncerã, quoniam hæ duę virtutes præcipuè faciunt hominem, tam deo quã proximis suis amabilem, fra-
E tribus exemplarẽ, laudabilem, dulcẽ, solatiosumq; omnibus. Scriptũ est enim in Ecclesiasto, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Et iterũ, Odibilis corã deo & hominibus est superbia. Et rursus, In mãsuetudine opera tua fac, & super omnẽ hominũ gloriã diligeris. Vnde Leo papa optimè dicit, Tota Christianæ sapientiæ disciplina, non in abũdantia verbi, non in astutia disputandi, nõ in appetitu laudis & gloriæ, sed in vera & volũtaria humilitate consistit, quam dominus Iesus ab vtero matris vsque ad suppliciũ crucis pro omni forma titudine elegit & docuit. Et denuo, Tota (inquit) victoria saluatoris, quæ & diabolum strauit & mundum, humilitate est concepta, humilitate confecta.

Ecclę. 10.
Ecclę. 15.
F

Caput XII. *In illo tempore, Abiit Iesus sabbato per sata.*

ARTICVLVS XXIII.

N *illo tempore*, cum dicta & facta sunt præinducta,
I *Abiit Iesus sabbato*, id est, septima die hebdomadæ, qui celebris fuit apud Iudæos, *Per sata*, id est, per
Marci. 2. Lucæ. 6. fruges seu segetes agri. *Discipuli autẽ eius*, eũtes secũ p fata esuriẽtes. Sæpius enim (vt Marcus testatur) nõ habebant mã ducandi spatiũ propter turbã cõcurrentẽ. Interdum etiã voluit Christus vt aliquã paterẽtur inopiam, *Cœperunt vellere*, id est, extrahere *Spicas, & mãducare* grana inclusa, spicis manibus cõfricatis. *Pharisæi autẽ videntes* hoc, *Dixerunt ei*, videlicet Christo. Lucas refert, quòd Pharisæi dixerunt discipulis, sed non est contrarietas. Poterant enim tam Christo q eius discipulis dicere, quæ sequuntur, vel quidam eorũ dixerunt

tunt hæc Christo, alij eius discipulis. Vnde in Luca notanter A
scriptum est, q̃ quidam pharisæorum dicebãt discipulis eius. Dixerũt ergo magistro, in quẽ culpã discipulorũ retorquere conati sunt. Dixerunt autẽ non zelo iustitiæ, sed rencoris affectu. *Ecce discipuli tui faciũt quod nõ licet eis sabbatis facere*, scilicet spicas vellere & cõfricare. Moyses enim præcepit in Exodo, vt filij Israel præpararent cibaria nõ in sabbato, sed in die præcedenti. *At ille*, videlicet Christus *Dixit eis*, excusando discipulos suos, & quodammodo exponẽdo præceptũ. *Non legistis* Primo Regũ, quod vtiq; legistis, vel legere aut scire debuistis, *Quid fecerit Dauid quando esuriit*, fugiens à facie Saul, *Et qui cum eo erant*, hoc est, quid fecerint viri seu famuli, vel pueri eius, *Quomodo intrauit in domum dei* id est, tabernaculum domini, in Nobe vrbe sacerdotũ, *Et panes propositionis* i. panes qui die sabbati ponebantur calidi super mẽsam in tabernaculo, pro vsu sacerdotũ, *Comedit*, tã ipsi quam B
socij ei? necessitate famis cõpulsi, quos dedit ei Achimelech pontifex, quoniã panes laicos nõ habebat ad manum, *Quos panes Non licebat ei*, id est, ipsi Dauid *Edere* extra necessitatis articulum, seu aliis horis, *Neq; his qui cum eo erant*, nisi solis sacerdotibus: Si ergo Dauid & sui ac pontifex excusantur à transgressione legis propter famis necessitatẽ, cur nõ simili ratione excusantur discipuli mei? Præcepta enim illa intelligenda non erant in articulo necessitatis, sed dispesationẽ & expositionẽ admittebãt. Necessitas verò est mater dispensationis, secundũ quòd ait ad Eugeniũ papam sanctus Bernardus, Non sum tã rudis vt ignorem vos dispensatores esse positos, sed in ędificationem, non in destructionẽ. Vbi C
ergo vrget necessitas, excusabilis est dispensatio, vbi vtilitas provocat laudibilis est dispensatio: vtilitas inquam cõmunis non propria. Deniq; pharisæi nõ reprehenddebãt discipulos Christi, de hoc quòd spicas vellebant & manducabant, quia hoc licuit eis, iuxta illud quòd in Deuteronomio scriptũ est Deu. 24.
Si intraueris segetem amici tui, franges spicas & manu conteres, falce autem nõ metes: sed quòd fecerũt hoc sabbato. Consequẽter excusat Christus suos discipulos alia ratione, videlicet quia de eius licẽtia ista fecerũt, ipse autem vim dispensandi se habere testatur, *Aut non legistis in lege*, videlicet in libris Moysi, *Quia sabbatis*, hoc est diebus sabbatorũ. *Sacerdotes* legales *In templo sabbatum violant*. id est, sabbati celebrationem

D bratione non seruat, quantu ad verba præcepti, sed manue-
liter operantur animalia deo immolando, & ea excoriado,
hostiasq; lauado. *Sine crimine sunt?* hoc est, sine trangressio
ne præcepti, quia non agut contra intentione præcepti, quo
nia opera illa directe ordinabantur ad cultu diuinu, & deo
iubente fiebant in sabbato. *Dico aute vobis quia tẽplo maior*
hic locus in quo ego sum. Sic exponit Hieronymus, quonia
locus cotines Christu dignior fuit tẽplo. Vel, hic, id est, ego
Christus, maior seu dignior sum templo, cu sim dominus te-
pli. Ideo mea authoritate, potest hic fieri à discipulis meis,
q; fit in templo à sacerdotibus. *Si autem sciretis* hoc est, perfe
cte intelligeretis, *Quid est* id est, quid significat illud Osee.
prophetæ, *Misericordiam*, id est, opera pietatis, & affectu co- Osee.6.
E passionis *Volo* ego dominus Et *non sacrificium*, hoc est, plus Matt.9.
quam legalem hostia *Nunquã condemnassetis*, id est, præcepti
præuaricatores iudicassetis *Innocentes* discipulos meos, sed
opera misericordiæ, sacrificiis tẽpli præponẽdo cõdoluisse- Marci.3,
tis discipulis meis, necessitate famis spicas vellẽtibus, & ex- Lucæ.6.
cusassetis eosdẽ. Quòd autẽ Christus potestatẽ habuerit di-
spensandi de obseruantia sabbati declaratur subdendo. *Do-*
minus est enim filius hominis, scilicet Christus, qui propter hu-
militatem frequenter se nominat filium hominis, raro filiu
dei, *Etiam sabbati*, id est, septimi diei, & per consequens alio
rum dierũ, totiusq; temporis. Ex quo ostenditur, quòd Chri
stus sit verus deus cui proprium est temporibus præesse ac
dominari. Vnde in noua lege Christi authoritate celebritas
F sabbati cessauit, & prima feria facta est celebris. Eadẽ autho
ritate discipuli spicas sabbato vellere poterat, eundo per se-
ta, seu blada Et *cum inde*, id est, à cãpo seu agro vbi hæc con-
tigerunt *Transisset* Iesus *Venit in sinagogam eorum*, videlicet
pharisæorum à quibus fuerat redargutus vel aliorum Iudæo
rum Et *ecce homo manum habens aridam*, id est, contractam.
Erat ibi in sinagoga, Et *interrogabant* pharisæi, *Eum, dicen-*
tes, Si id est, an *Licet sabbatis curare*? id est, infirmum
sanare, *Vt accusarent eum* quomodocunque responderet aut
faceret, Quoniam enim Christus discipulos suos excusauit,
& misericordiam sacrificio prætulit, pharisæi insidiari cœ-
perunt magistro, inquirentes an liceret sabbato sanare: vt si
Christus diceret imò, arguerent eum de sabbati trangrefe-
sione Si diceret non, eum de immisericordia seu credelita-

te, vel etiam de impotentia, si non curaret, vt scriptu est, in A
Luca & Marco, quòd Iesus interrogauit pharisæos, an li-
ceat sabbato curare. Hic dicitur quod illi interrogauerunt
eum, & vtrumque verum est. Ipsi nãque primo interrogaue-
runt Iesum, de hoc dolose & insidiose, deinde Christus, iuss-
it hominem in medio stare: quo state Christus questionem
illorum repetiit, vt eis connenientius responderet. *Ipse au-*
tem dixit illis propriæ quæstioni respondendo, quoniam ip-
si respondere non poterãt vel nollebant. Secundum Marcu
Iesus circunspexit eos cum ira, cõtristatus super cæcitate cor
dis eorum. Probat itaque Christus quòd liceat sabbato ho-
mine reparare & confortare, per locum à minori vel maio-
ri, eò quòd liceat in die sabbati, bruto succurrere. *Quis erit*
ex vobis homo rationabiliter iudicans, rationemque sequens, B
Qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueã, nõ
ne tenebit & leuabit eam? de fouea sabbato, *Quanto magis*
melior est homo summæ trinitatis imagine insignitus, Oue
& qualibet irrationali creatura? id est, quanto homo per na-
turam, & gratiam dignior est oue, tanto conuenientius est
hominem sabbato curare, quàm ouem de lacu leuare. *Ita-*
que licet sabbatis benefacere, id est, opera pietatis, & actus vir-
tutum exercere. Iudæi verò malè intelligebant præceptum
de sabbati celebratione, putantes quemlibet actu exterio-
rem illicitum sabbato. Cum tamen Moyses notanter præce-
perit, Omne opus seruile non facietis eo: & potest opus Leuti. 23.
seruile intelligi quælibet operatio, non habens bonitatem
ex sua ratione in genere moris, vt arare, ædificare, tales a-
ctus illiciti erant in sabbato. Actus verò ex se boni, in gene C
re moris liciti erant, vt sanare infirmum ex charitate & mise
ricordia, & præsertim quãdo hoc fit miraculose. Hinc etiam
licuit sabbato se deffẽdere, & vim vi repellere. Quod igno-
rantes quidam Iudæi, permiserunt se occidi à gentibus, vt le
gitur in libro Machabeorum, *Tunc* Iesus *ait homini* con-
tractam manu habenti *Extende manum tuam* arefactã Et *ex-*
tendit eam non naturali sed diuina virtute, quia vis motiua
impedita erat per defectionem spirituum, Et *restituta est sa-*
nitati manus contracta, in illo momento quo dixerat Iesus,
extende manum tuam. In quo patet efficatia potestatis diui
næ, in instanti agentis, quãuis enim sæpe per naturã & artis 1. Mac. 2.
operationẽ contractus curetur, nõ tamẽ in instanti, vel solo
imperio.

D imperio. Natura enim & ars operãtur successiue, nõ subito. Nõ autem potuit manus arida extendi, nisi prius sanaretur. Restituta est ergo sanitati. *Sicut altera*, i. sinistra, quia secundum Lucã, dextera fuit cõtracta, non quod sinistra restituta sit sanitati, sed dextera restituta est sanitati. i. sana effecta est sicut sinistra sana fuit. *Exeuntes autem Pharisæi*, de synagoga Consiliũ faciebant aduersus eũ, videlicet Iesum *Quomodo eũ perderent*. id est, accusarent atq; occiderent. Secundum Marcum, consilium fecerũt cũ Herodianis: in quo patet intollerabilis Pharisæorũ peruersitas, qui inde deteriorati sunt, vnde emendari debebant. Firmauerunt enim sibi sermonẽ pequã, & ex deliberatione, ex certa malicia, ex habitu malo iniquè egerũt, propter quod insanabiles, incorrigibilesq; fuerunt, præcipuè propter odiũ contra Christũ quod peruerterit E omne iudicium. Vnde de eis dici potest illud Hieremiæ prophetæ, Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. *Iesus autem sciens* machinationes eorum recessit inde. i. à synagoga ad mare, vt marcus habet: nõ extimore mortis, sed cedens furori & condolens cæcitati eorũ, & quoniã nondum venit hora eius, & quia nõ deceat perire prophetã extra Hierusalem: & item vt daret exemplum fugiendi, pro loco, causa & tempore, sicut superius dixit, Cũ persecutivos fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Porrò moraliter per hominẽ habentẽ manum aridam, & hãc dexterã, intelligitur quilibet piger, accedioſusq; peccator, qui negligit operari quæ dei sunt. Vnde de negligente pastore scriptũ est, Brachium eius ariditate siccabitur. Hinc præcepit Christus, F vt surgat à culpa per pœnitentiã. Stet in medio per exẽplarem conuersationẽ. Manum quoq; extendat, per operũ misericordiæ exhibitionẽ. *Et secuti sunt eum* cordis affectu, corporis gressu *Multi* qui omiserunt Iesum sequi propter timorem pharisæorum, *Et curauit eos omnes* qui cura indigebant & eam requirebãt Alios curauit spiritualiter, vel realiter vel quantũ in se fuit. *Et præcepit eis ne manifestum eũ facerent* miracula eius aliis insinuando, in quo docuit nos humilitatem amplecti & vanã gloriam abominari. Vel, ne manifestum eũ facerent, id est ne aduersariis suis ac pharisæis manifestarẽt, qui esset ac vbi esset. Propter easdẽ enim causas, voluit Christus latere, propter quas abiit, *Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetam dicentẽ* in persona dei patris, *Ecce puer*

meus, id est, Christus, de quo in actis asseritur, Conuenerunt A aduersum sanctũ puerũ tuũ Iesum, Pontius Pilatus & Herodes. Et Esaias, Puer (inquit) natus est nobis: in veteri testamẽto puer pro seruo frequẽter accipitur: Vnde nostra trãsla- Psa.42. tio habet, Ecce seruus meus, quod cõuenit Christo, ratione Esaiæ.4. naturæ assumptæ, secũdum quã pater maior est filio, qui exinaniuit semepisum formam serui accipiens. Si autẽ puer pro filio accipiatur: sic Christus secundũ diuinã naturã est puer naturalis, *Quem elegi* nõ secundum diuinã naturam, sed secũdum humanitatem assumptam. Electio enim ex libertate procedit, & tendit ad bona gratiæ, donaq; gloriæ, Christus verò vt verbum ac filius dei procedit à patre, per modum naturalis emanationis, & æternaliter, essẽtialiterq; beatus est: imo eãdem numero cum patre ac spiritu sancto beatitudinẽ B habens. Electus ergo dicitur Christus vt homo, de quo spõ- Canti.5. sacit in Canticis, Dilectus meus candidus & rubicũdus, Roma.1. electus ex milibus, Et apostolus, Qui prædestinatus est (ait) filius dei in virtute, secundũ spiritũ sanctificationis, dilectus meus quẽ secundũ diuinitatem ipsius diligo amore simplici per infinito, tanquã æqualem mihi in bonitate. Secundũ humanitatem verò eius verbo vnitam, diligo eum magis, quã totum vniuersum. Verè enim pater diligit filiũ, amore superdulcissimo, omni creaturę ignoto ac inexperto quantũ ad plenitudinẽ suam. Sancti tamen in patria gustant eum pleno ore, *In quo bene complacuit animæ meæ*, hoc est, cordi meo. Quantã enim complacẽtiam habet pater in filio, quantã & di C lectionẽ: nec aliquid inest filio, quod oculos patris offendat propter quod ait, Ego quæ placita sunt ei facio semper. Et Christo baptizato ac trasfiguratio, audita est vox patris dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Loquitur autem deus pater affectu & more humano, cũ ait. In quo bene complacuit animæ meæ, nõ quod habeat animam cum sit simplissima vnitas, purissimaq; natura: sed ad denotandum quòd intimè diligat filium, secundum quòd sponsa Cantic. 2. in Cãticis, Indica mihi quem diligit anima mea. Et Inueni quẽ diligit anima mea. In veteri tamen testamento frequenter dicitur deus animam habere, vel per animam suã iurare, vt patet in Amos quo legitur, Iurauit dominus in ani- Amos.6. ma sua. Detestor ego superbiam. Et Hieremias ait, In gente Hiere.5. mia quã vlciscetur anima mea. *Ponam spiritũ meum super eũ*, id Iohan.3. Lucæ.3. Esaiæ.42.

D est, spiritum sanctũ animæ eius supercopiose infundam, quia
Gene. 50. non ad mensuram dat deus spiritũ homini Christo vt Iohan
Aggæi. 2. nes habet, & in Luca scriptũ est, Iesus plenus spiritu sancto
Esaiæ. 53. egressus est à Iordane, Deniq; cõceptus est de spiritu sancto
Iohan. 7. Et à primo illius conceptionis instãti tam plenus fuit spiri-
Hebræ. 5. tu sancto, q̃ nunquã in gratia, charitate, vel cõtemplatione
profecit. Propter quòd Esaias, Requiescet (inquit) super eum
spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ. Et *indicium* discretionis, id
est, distantia inter bonũ & malum, futurũ quoq; iudicium re-
munerationis. Vel iudicium, id est, diuinũ præceptum, quod
deus iudicat esse iustum, *Gentibus nunciabit* per prædicatio-
nem apostolorum quibus locutus est, Euntes docete omnes
gẽtes. Vnde in Genesi dicitur, ipse erit expectatio gentium.
Et in Aggeo. Veniet desideratus cunctis gẽtibus. Vnde per
E Esaiam loquitur pater de Christo Ecce testem populis dedi
eum, ducem & præceptorẽ gẽtibus. Christus autem in pro-
pria persona non prædicant nisi Iudeis. In die quoq; nouis
mo Christus proprio ore pronũciabit iudicium, id est, iudi-
cialem sententiam, dicens iniquis, Ite maledicti in ignẽ æter
nũ. Et iustis: Venite benedicti patris mei. *Non contendet* con-
tra aduersarios suos ex passione rixãdo, *Neq; clamabit* al-
te loquẽdo, ꝓpter desideriũ laudis humanæ, vel affectu vin-
dictæ, seu inordinate & impatienter loquẽdo: de quo clamo
re dicit apostolus, Omnis amaritudo, & ira, & clamor tolla-
tur à vobis. Vnde in passione obmutuit instantũ, vt ab Hero
de illuderetur, atq; Pilatus vehemẽter miraretur. Nihilomi-
nus Christus in sua prędicatione frequẽter clamauit, ex cha-
F ritatis feruore iuxta illud, Iesus hæc dicẽs clamauit, Qui ha-
bet aures, &c. Et rursus, Clamabat Iesus, si quis sitit, veniat
ad me. Apostolus quoq; ad Heb. dicit q̃ cũ clamore valido
& lachrymis preces fudit. *Neq; audiet aliquis in plateis vocem*
eius. videtur cõtrariũ, q̃ alibi Christ⁹ ait, Ego palam locutus
sum mũdo, & in occulto locut⁹ sum nihil. Insuper certũ est
q̃ Christus eũdo per vias & plateas, sępe prædicauit discipu-
lis suis, & etiã aliis, sicut in die Palmarũ, cũ venit à Bethania
in Hierusalem. Et respondendũ, q̃ Christus dicitur non esse
locutus in plateis, quoniã propter vanã ostentationẽ & glo-
riã nihil locutus est. Alij plateas spiritualiter sumũt pro lata
via quæ ducit ad mortẽ, in qua certum est Christum nunquã
fuisse aut prædicasse. *Arundinẽ quassatã*, hoc est, calamũ fis-

sum, & pœnæ destructũ, N*on confringet*, id est, nõ penitus re- A
linquet, aut perdet. Per arundinem istã, signatur populus Gẽ
tilis, diuersis erroribus, & peccatis attritus & laceratus, quẽ
Christus misericorditer reparauit conuertendo eum ad fidẽ
& gratiã, prout apud Iohãnẽ protestat. Alias (inquiens) oues Ioan. 10.
habeo quæ nõ sunt ex ouili, & illas oportet me adducere,
Et *linum fumigans*, id est, populum Iudæorũ, qui propter ali-
qualem legis & Christi notitiã, licet valde obscuram, linno
fumiganti cõparantur, quib⁹ ait, Adhuc modicũ lumen in vo Ioan. 12.
bis est N*on extinguet*. i. penitus excęcari nõ desinet, sed quos- Ioan. 8.
dã illorũ misericorditer illuminabit: quib⁹ & dixit, Cũ exal- Roma. 11.
tauerit is filiũ hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Reli-
quæ equidẽ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Possumus
autẽ per arundinẽ quassatam, & linũ fumigans, eandem ple-
bem, imò eãdẽ personã accipere, quæ dicitur arundo quassa-
ta propter vitiorũ corruptionem, & linũ fumigans, propter
intellectualis luminis paruitatẽ, cæcitati internæ propinquũ.
Sic omnis bonus prælatus, prædicator, ac frater, non debet B
arundinẽ quassatã confringere, nec linũ fumigans extingue-
re, sed subito, ceu cõfratri vitiis irretito, tẽtato, & pœnæ ex-
cęcato, infatigabili charitate succurrere, sicut hortatur Apo Gala. 6.
stolus, Fratres (inquiens) si præoccupatus fuerit homo in ali- 1. Thess. 5.
quo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in
spiritu lenitatis. Et rursus, Corripite inquietos, consolamini
pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.
Vnde Hierony. ait, Qui peccatori nõ porrigit manum & nõ
portat onus fratris sui, iste calamũ quassatũ cõfringet. Et qui
modicã scintillam fidei contemnit in paruulis, iste linum ex-
tinguit fumigans. Sequamur ergo vestigia Christi, qui venit
quęrere & saluum facere quod perierat. *Donec eiiciat ad victo-* C
riam iudicium hoc intelligi potest, tã de iudicio discretionis,
quam extremæ remunerationis. Primò sic, prædicta Christus
non faciet, sed eorũ oppositа, donec eiiciat, id est, prosequa-
tur, siue effundat, ac perducat iudiciũ discretionis, id est, se-
parationem electorum à reprobis in præsenti per fidem, &
gratiã, ad victoriã, id est, dejectionẽ diaboli, illũ ab electorum
cordibus excludendo. De hoc iudicio dicit Saluator, Nunc iu-
dicium est mundi, nunc princeps mundi eiicietur foras. Cœ- Iohan. 21.
pit quippe istud iudicium, maximè à prędicatione Christi &
Apostolorum, quia ex tunc in toto mundo cœperunt quidam

D ad fidem & charitatem vocari, aliis derelictis, & ita tunc separabantur ab inuicem, fide, voto, ac merito, quod ad discretionis iudicium pertinet: per quod Christus diabolum victo eiiciendo eum foras, & tribuendo fidelibus potestatem praeualendi contra eum. Secundò sic, donec eiiciat ad victoriam iudicium, id est, iudicium vltimæ discussionis, seu extremæ remunerationis exerceat, & perducat ad victoriã, id est, ad plenum suiipsius triumphum quia tunc perfectè deiiciet omnes aduersarios suos, secundum illud Esaiæ prophetæ, Ad eum venient, & confundẽtur omnes qui repugnant ei. Illo autem iudicio cõsummato, Christus nõ amplius reparabit quassatam arundinem, nec illuminabit fumigans lignum. Esa. 45.

¶ Prosecutio expositionis præsentis cap.

ARTICVLVS XXIIII.

E *Vnc oblatus est ei*, videlicet Christo ad sanandum

T *Dæmonium habens*, id est, homo obsessus à dæmone Cæcus & mutus nõ à natura vel ægritudine naturali, sed à dæmonis operatione, Vnde in Luca scriptum est. Erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Non vtique formaliter, sed efficaciter. i. mutificans hominem. Et *curauit eum* Iesus, dæmonem expellendo, *Ita vt loqueretur & videret*, qui paulo ante mutus fuit ac cæcus, sicq; secundum Hieronymum tria signa in eodẽ peracta sunt. Nam obsessus curatur, mutus loquelã, & cæcus visum recepit. Tamen duo ista consecuta sunt naturali ordine primum signum, videlicet dæmonis eiectionem: quoniã enim dæmon hominẽ cæcum ac mutum effecit sua præsentia, ideo eo eiecto homo recepit facultatem linguæ ac oculorum Et *stupebant*, id est, vehementer

F mirabantur *Omnes turbæ* quæ aderant Et *dicebant* quærendo adinuicem. Nónne hic est filius Dauid? hoc est, Christus in lege promissus, & prænuntiatus nasci de semine Dauid. Tanquam dicant, Cum hic sit Christus, vel si est Christus prouerba & opera eius testantur, non debemus intãtum mirari quòd signa hæc operaretur, cum hoc sit prophetatum de eo. *Pharisæi autem audientes* turbã tam reuerẽter de Iesu loquentẽ *Dixerunt* ex graui inuidia, quæ omnia etiã bona interpretatur sinistrè, & occasionem calumniandi confingit *Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum*, hoc est, virtute summi ac pessimi dæmonis, cum Iesu pactum & familiaritatem habentis: cui dæmonũ principi, alij inferiores obediunt, egrediendo ab obsessis ad verba Iesu, quatenus homines decipiantur, putando ꝙ Iesus diuina virtute hæc agat, & Christus existat *Iesus autem sciens* certitudinaliter *Cogitationes eorum*, quod deo est proprium vt propria potestate cogitationes cordiũ intueatur, nec homo potest eas cognoscere nisi deo reuelante, *Dixit eis*, Antequam Christi responsionẽ elucidem, commemorare oportet, quid moraliter per demoniacum istum surdum ac mutum signetur. Significatur autem per eum quicunque habituatus in vitiis, quem dæmon ducit quo vult, habens eum captiuum ad suam voluntatẽ, qui verba dei aure cordis non percipit, nec gratias agit deo. Hunc curat Christus, dæmonem per gratiæ infusionẽ eiiciẽdo, ita vt homo talis audiat quid loquatur spiritus, & domino confiteatur, sicq; spiritualia loquens, & audiens sic loquentes. Audiẽs Psal. 8.

B Iesus prauitatẽ pharisæorũ redarguens, non ad verba, sed ad cogitata eorum respondet, vt vel sic fateãtur eius malitiam, quem experiuntur cordium secreta rimari. *Omne* Marci. 3.
regnum diuisum contra se, hoc est, intestinã discordiam habẽs Lucæ. 11.
& pugnam, ita quod vna pars contra aliam præliatur *Desolabitur*, hoc est, cito destruetur, Et *omnis ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit*, hoc est, vrbs & habitatio quarũ habitatores contra se dimicant destruentur Et *si Satanas Satanã eiicit*, Hoc est, si adiutorio superioris dæmonis alij ab hominibus expelluntur, *Aduersus se diuisus est*, id est, contra se pugnat, & proprium regnum corrumpit, cum eius regnum sit hominibus prequalere. *Quomodo ergo stabit regnum eius?* Hoc est. qualiter potestas & dominatio principis dæmonum perseue-

C rabit, quam ad probationem electorum stare oportet vsque ad diẽ iudicii? Sed ad hoc poterant dicere pharisæi, quod Satanas Satanã eiiciebat, ita quod eiectio dæmonum fuit obedientia in principem suum in Christo, quatenus homines magis in eoribus inuoluerentur erroribus, æstimando Iesum esse filiũ dei. Ad quod facile est respondere. Nam Christus in omnibus ore & opere docuit, ea quę maximé contrariantur diabolo, scilicet charitatem, obedientiam, patientiam, pacem, humilitatem, paupertatem, mundi contemptum, idololatriæ destructionem, perfectam mentis adhæsionem seu vnionem cum deo, plenam abrenuntiationẽ diaboli, per quæ potestas & regnum diaboli deiiciuntur. Si ergo diabolus sibi cooperabatur, directè diuisus erat contra seipsum, nec erat vera eiectio

Dctio dæmonum, quã fecerat Christus, sed fraudulenta à veratione cessatio. ¶ Interea ponit Saluator aliã rationẽ ad idẽ. *Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filii vestri* Hoc est, exorcistæ, qui proferẽdo exorcismos seu adiurationes, à Salomone editos, expellebant dæmonia. Vel, Filij vestri, id est, Apostoli, & alij discipuli mei, de vestra stirpe exorti, *In quo* hoc est, cuius virtute, *Eiiciunt* dæmones? *Ideo ipsi iudices erunt vestri*, id est, Cum de illis dici non possit, q̃ magica arte, seu dæmonis opere eiiciant dæmones, sed virtute diuina, ideo ipsi in die iudicij iudicabunt vos, hoc est, damnatione dignos ostendent vos, qui eundem effectum, scilicet dæmonum ejectionem, in me adscribitis principi dæmonũ, quã in eis adiurabitis deo. Itaq; iudices vestri erunt, quoniã vobis nõ credentibus, ipsi crediderunt. Si autẽ per filios Iudæorũ intelligitur exorcistæ, illi iudices, erunt infidelium Iudæorũ, cõparatione vel sententiæ approbatione quemadmodũ regina Saba, dicitur in die iudicij condemnatura Iudæos incredulos. Si autẽ p filios intelligãtur Apostoli, aliiq; discipuli viri pfecti, illi iudices Iudæorũ erunt per assessionẽ cum Christo, iuxta illud, Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel, *Si autẽ ego in spiritu dei.* Hoc est, virtute & operatione spiritus sancti, *Eiicio dæmones igitur.* i. ex hoc sequitur, q̃ *Peruenit in vos regnum dei* hoc est, virtus & dominatio, regimẽ, seu gubernatio creatoris, qui per me operatur in vobis dæmonũ expulsionem, ita q̃ ego sum Christus, vobis promissus, & inter vos regnatur*: sicut Esaias prædixit, Super soliũ Dauid sedebit. Et multiplicabit eius imperium. Et Hieremias, Regnabit (ait) rex & sapiens erit. Quod angelus quoq; locutus est virgini benedictæ, Regnabit (inquiens) in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Vel, regnum dei. i. vita æterna quam ego prædico, & præparo vobis, dicendo, pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnum cælorum, & moriẽdo pro salute vestra Peruenit ergo in vos regnum dei, hoc est, per me patefit vobis ingressus regni cœlestis, qui à dæmonib⁹ eripio vos & potestatem do vobis, filios dei fieri. Subditur tertia ratio ad idẽ. *Aut quomodo potest quisquã intrare in domũ fortis.* id est, potentis habitatoris Et *vasa eius diripere.* i. bona eius auferre *Nisi prius alligauerit fortẽ* ne, possit resistere. Hoc generaliter sic est, q̃ nemo potest potentis domum manifeste intrare, ac deprædari, nisi prævaluerit contra potentem qui in domo presens existit, & A vinxerit eum siue tenuerit, Et *tunc domũ illius diripiet* id est, spolia tollet & domũ vacuabit inuito domino. Per hũc fortem Christus intelligit dæmonem, in quo naturalia integra permanserunt secundũ Dionysium, propter quòd potens est valde, cum naturaliter sit nobilis immaterialisq; spiritus. De quo inquit Iob, Non est potestas super terram, quæ cõparetur ei, qui factus est vt nullũ timeret. Domus istius fortis est mũdus, qui totus in maligno positus est. i. ecclesia malignãtium, seu corda malorũ. Vnde ait Saluator, Venit ad me princeps huius mundi. Vasa eius sunt omnes peruersi vel obsessi, in quibus regnat ac demoratur. Christus ergo non potuisset domum diaboli introisse, peccatoribus prædicãdo, & vasa eius diripuisse, obsessos à dæmone liberãdo, vel impios ad pœnitentiã cõuertẽdo, & suo domino subiiciẽdo, quæ ante subdebãtur diabolo, & seruiebant peccato, nisi alligasset diabolum ei prævalendo, tanquã aduersario. Nõ ergo societatem habebat cũ ipso, nec operabatur subsidio eius. Quoniam ergo aduersarius noster diabol⁹, Christi victoris ore fortis asseritur, nõ debemus esse securi, sed timorati atq; soliciti, prout Petrus nos hortatur, dicens, Vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquã leo regiens circuit. Sequitur ratio quarta ad idẽ. *Qui non est mecũ, contra me est* hoc est, Qui mihi cõcors non est, aduersatur voluntati meæ, *Et qui non cõgregat mecũ* i. homines nõ reducit à diuersis erroribus, vitiis, & dissentiobus, ad fidei vnitatẽ, ad pacẽ, & ad veri dei vnanimen cultum, quantũ in se est orando, exemplariter cõuersando siue docẽdo, *Spargit* i. à deo separat, & diuersis erroribus implicat alios quantũ in se est. Cũ ergo ego hoc prædicem, vt reducã homines ad vnitatẽ, pacẽ, & cultum diuinũ, diabolus verò laboret ad oppositũ, constat, quod non sit mecũ, sed cõtra me: ideo in nomine eius non ago, nec dæmones eiicio. *Ideo dico vobis, omne peccatũ & blasphemia remittetur hominibus* Secũdũ Augustinũ locus iste, ita difficilis est, vt vix in tota scriptura canonica aliquid ita difficile inueniatur. Verũtamẽ nũc tã euidẽtur à sanctis catholicisq; doctoribus explanatus est, vt nõ oporteat diutius immorari. Est igitur sensus, Omne peccatũ & blasphemia, præter illam blasphemiam, de qua statim subiungitur. Hoc est omne peccatũ in proximũ, & blasphemia cõtra deũ vel sanctos, procedens ex ignorantia, quæ dicitur

Lucæ. 12.
Esa. 9.
Hier. 23.
Lucæ. 1.
Matt. 24.
Iob. 41.
1. Petr. 5.

D blasphemia contra filium cui appropriatur sapientia, vel et infirmitate seu fragilitate, quæ dicitur blasphemia cõtra patrẽ cui appropriatur potentia, remittetur hominibus, id est remisibile peccatum est: quoniam licet in se grande peccatum sit, tamen ex aliqua parte & circunstãtia excusabile est, sicque faciliter dimittitur pœnitenti, *Spiritus autem blasphemia* hoc est, blasphemia procedens ex certa malitia, ex impugnatione agnitæ veritatis, ex inuidentia fraternæ gratiæ, quæ vocatur blasphemia contra spiritum sanctum, cui appropriatur bonitas, amor & liberalitas, *Non remittetur* id est, ex se irremisibile crimen est, quoniam nullam habet excusationem, & obuiat principio, quo fit peccati remissio, scilicet bonitati, charitati, seu pietati. Ideo dicitur irremissi-
E ble, nõ quasi nequaquam remisible, sed quoniã difficulter & raro dimittitur: non ex immisericordia dei, sed quoniam homines de tali peccato raro & difficillimè pœnitẽt. Itaq; cum dicitur, spiritus autem blasphemia, sensus est ipsius. spiritus sancti blasphemia, seu blasphemia contra eum. ¶ Porro cum dicitur, blasphemia contra patrẽ & filium remisibilis, blasphemia verò contra spiritum sanctum irremisibilis: non est sic intelligendum, quasi minus peccatum sit blasphemare patrem vel filium, quam spiritum sanctum: sed quod blasphemia dicitur contra patrem & filium & spiritum sanctum, ex parte originis, quia procedit ex infirmitate, ignorantia vel certa malitia, quæ peior est & inexcusabilior, quam infirmitas vel ignorantia, nisi sit ignorantia penitus volita, quæ ad
F malitiam pertinet, Hæc dicit Saluator ad demonstrandũ grauitatem criminis pharisæorum, qui opera sua diuinitus facta dæmoni adscripserunt. Peccabãt enim ex certa malitia, ideo
Matth. 19. subditur. Et *quicunque dixerit verbum cõtra filiũ hominis* hoc
Marc. 9. est, blasphemauerit Christum, quantũ ad eius humanitatem
Matt. 11. dicendo mala de ipso ex consideratione naturalis fragilitatis & defectuositatis suæ carnis, vt quod esset filius fabri & potator vini, homo vorax *Remittetur ei* id est, tale peccatum aliquo modo excusabile & remisibile est, ppter cõditionẽ humanæ naturæ, & pœnitẽti faciliter dimittitur, quamuis sit magnum peccatum *Qui autem dixerit contra spiritum sanctum* id est, Christum blasphemauerit quantum ad eius diuinitatem ex pura malitia, dicendo, quod in Beelzebub eiiciat dæmones & dæmoniacus sit, cæteraque opera deitatis ascribendo diabolo, *Non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro* id est, nunquam quia nec in præsenti nec postea. In inferno nanque nõ est remisio, & talis in infernum demergitur, non in purgatorio collocatur. Vnde in Marco scriptum est, *quod erit reus eterni delicti.* Cuius causam Marcus subiungit, quia (inquit) dicebant spiritum immundum habet, hoc est, ex consideratione miraculorum Christi, stimulante inuidia, moti sunt ad dicendum, quod spiritum diabolicum haberet, per quam operaretur, quod fuit peccatum in spiritum sanctum, videlicet impugnatio apertissimæ veritatis. Nam inde excæcati, ad blasphemiamq; inducti sunt, vnde illuminari & Christi diuinitatem agnoscere debuerunt. Consequenter Saluator cogit aduersarios rationabili argumento vt fateantur ipsum operari in deo nõ in Beelzebub *Aut facite* id est, iudicando affirmate *Arborem bonam* hoc est, me operantem seu meam voluntatem, quæ est operationis principium, & arbori comparantur, esse rectam & iustam, *Et fructum* id est, opus *Eius* dicite esse bonũ *Aut facite arborem malam* id est, me operantem dicite malum, *Et fructum eius* id est, opus iudicate, *Malum.* Alterum enim istorum oportet vos confiteri, *Siquidem ex fructu arbor cognoscitur* id est, ex operatione hominis patet qualis existat. Operatio quippe arguit formam. Per hæc verba Christus innuit talem argumentationem. Cum hominem demoniacum, cæcum ac mutum, liberare à dæmone aut cæcitate, & impedimento loquelæ sit opus charitatiuum ac pium, ego C qui hæc feci non debeo iudicari in principe dæmonum operari, sed potius bonus atque deifice agens iudicari. Per arborem ergo intelligit voluntatem seu hominem operantẽ. Vn de superius dixit, Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur. Facere quoque accipitur hoc loco cõmuniter, pro actu quocunq;, ficq; accipitur, vt legitur in Iacobo, Tu credis quonia vnus est deus, bene facis, & dæmones credunt *Progenies viperarum* i. generatio serpentina, dolosa, ac inuidiosa, *Quomodo potestis bona loqui* hoc est, veritatẽ de me profiteri, & verba virtuosa bona intẽtione proferre, Cũ *sitis mali* i. vitiosi, inuidi & in vitiis habituati? Quãdiu enim homo in malitia permanet non potest bona loqui bene, seu recta intentione: quẽadmodum dictum est, Nõ potest arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere.

A

Marc. 1.

Lucæ. 2.

B

C

Matth. 3.

Iaco. 2.
Mat. 2.
Lucæ. 3.

D cere. Impius tamē potest in animo pœnitere, & sic bona ferre. Per hoc tamē quod dicit, quomodo potestis, potius significatur, difficultas quā impossibilitas: iuxta quē sensum scriptum est, Si mutare potest Aethiops pellem suā, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cū didiceritis mala.

Iob. 4. Iob. 31. *Ex abundantia enim cordis* id est, cogitatione seu affectione quæ magis abūdat in mente. Os *loquitur* prout Iob inquit. Conceptū sermonem tenere quis poterit? Propter quod Helyu ait, Plenus sum sermonibus, & coartat me spiritus ventris mei. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui* hoc est, ex sapientia, charitate, bona meditatione seu affectiōe, *Profert bona* verba ac opera, Et *malus homo de malo thesauro* id est, interiori prauitate, *Profert mala* vnde secundum Philosophum

E Ea quæ sunt in voce, sunt earū quæ sunt in anima passionum notæ: & verba oris, signa sunt interioris cōceptus. Quā periculosum autem sit mala verba proferre maximē verba blasphemiæ, declaratur cum subinfertur, *Dico autem vobis, quoniam omne verbū otiosum*, hoc est, quod iusta necessitate seu pia vtilitate caret, *Quod loquuti fuerint homines, reddēt* id est dare exigentur, *Ratiōnē de eo in die iudicii* nisi interim pœnitent, quod tamen non poterunt facere, quoniam tale vernum non habet rationem, sed irrationabiliter dicit, Si enim rationem haberet, otiosum non esset. Simili modo dicit Apostolus, Vnusquisque rationem pro se reddet, & tamen multi

F non poterunt rationem reddere deo, vt patet de illo qui non habuit vestē nuptialem, & interrogatus obmutuit. Sed vnusquisque rationē pro se reddet, id est, reddere exigetur, quod si non poterit damnabitur. Ex quibus patet horrenda nimis districtio futuri iudicij. Si nāque de omni ac minimo verbo otioso ratio requiretur à Christo, quid erit de verbis nocuis mendosis, contumeliosis, magnisque peccatis. Ideo monet Apostolus, Omnis sermo (inquiens) malus ex ore vestro non procedat, sed qui vtilis est ad ædificationem. Et Ecclesiastes ait, Cuncta quæ fiunt adducet deus in iudicium pro omni errato siue bonum siue malum. *Ex verbis enim* hoc est, merito tui sermonis, *Iustificaberis* nunc formaliter, & in futuro iudicialiter, id est, à Christo iustus diceris, si fuerint verba tua iusta, quemadmodū in prouerbiis Salomonis legitur, De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis. Et in Ecclesiastico, Beatus vir qui non est lapsus verbo. Propterea ait

Rom. 14. Mat. 22. Ephes. 4. Eccle. 12. Prou. 12. Eccl. 4. Psal. 38.

Psalmista, Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, Et *ex verbis tuis condemnaberis* si fuerint prauā. Propter quod per Ecclesiasticum asseritur, Muli ceciderunt in ore, sed non sic sicut qui interierunt per linguam suam. Et rursus, Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Denique Iacobo contestante, Vniuersitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris. Secundum Hieronymum, Qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otiosi verbi, sed criminosi tenebitur reus. *Tunc responderunt ei quidam de scribis & Phariseis, dicentes, Magister volumus à te signum videre.* Quod dicūt, Magister ad humilitatē pertinere videtur, quòd verbō adiiciūt, volumus, superbiā sonat: sed ꝙ subdunt, signū videre, ex infidelitate & curiositate ꝓcedit. Vnde Lucas habet, quod dixerunt hoc tētantes eū. Et iam multa signa viderant. ¶ Quid ergo quærunt adhuc signum. i. miraculū, per quod certitudinaliter innotescat, ꝙ ipse sit Christus, vel in deo operans. Dicendū quòd priora signa quæ viderāt, parui penderūt, tāquā quæ fieri possent magica arte seu opere diaboli. Ideo quærunt magnum & penitus supernaturale prodigium. Scribitur enim in Luca: quòd quærebant signum de cœlo, videlicet, insolitam immutationem in corporibus cœlestibus, sicut factum est tempore Iosue, stantibus sole, & luna in medio cœli, & tempore Ezechiæ redeunte sole retrorsum, vel signum in cœlo aereo, scilicet, descensum ignis vtin diebus Heliæ, vel aliud simile, sed quoniam non humiliter neque fideliter petierūt, eumque magistrum appellauerunt magis timore turbæ, quàm ex synceritate, ideo exaudition sunt, propter quod subditur, *Qui respondens, ait illis, Generatio mala* id est, vitiosa, Et *adultera*. Spirituali adulterio, scilicet recedendo à deo, de quo ait Psalmista, Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Et in Osea, Fornicati sunt à deo suo. Quemadmodum enim corporale adulterium est cum alter cōiugum alienæ corporaliter commiscetur, sic spirituale adulterium est cū homo seu anima deo relicto, creaturis finaliter adhærent, sicut in Deuteronomio dominus dixit ad Moysen, Populus iste fornicabitur post deos alienos. Hæc ergo generatio seu populus iste. *Signū quærit, & signū nō dabitur ei* hoc est, ego pro præsenti nō dabo ei signū, quo

A Ecclc. 28. Prou. 3. Lucæ. 3.

B

C Iosue. 10. 4. Pet. 23. 4. Pet. 1.

Ose. 4.

Deut. 16.

sciat

D sciat me esse Christum, *Nisi signum Ionæ prophetæ*, id est, quod significatum est per signum seu miraculum quod contigit in Iona. *Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus.* Iuxta illud Ionæ, Miserunt Ionam in mare, & præparauit dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam, & erat in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus, & dixit dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam, *Sic erit filius hominis in corde terræ*, hoc est, sub terra, videlicet, in monumento tribus diebus & tribus noctibus. Quemadmodum Christus dicitur fuisse in monumento vel in lymbo per synecdochen, scilicet ratione suæ partis. Nam fuit in tumulo per corpus, in lymbo per animam: sic fuit ibi tribus diebus & totidē noctibus per synecdochen, vtpote per vnū integrum diem & duorum dierum partes. Conclusio ergo Ionæ in pisce fuit signum figuratiuum collocationis Christi in monumento. Vnde Christus dat Iudæis signum resurrectionis. Et loquebatur tunc de signo rememoratiuo præteriti, non de signo prænostico futuri. De huiusmodi signo rememoratiuo loquitur Esaias Iudæis sui temporis, Ecce (inquiens) virgo concipiet & pariet filium. Tale nanque signum non præcedit signatum, sed sequitur, *Viri Niniuitæ*, Qui habitauerunt in Niniue ciuitate magna tempore Ionæ, *Surgent in iudicio*, hoc est, in die iudicij resuscitabuntur, *Cum generatione ista*, id est, sicut & generatio hæc scribarum & pharisæorum incredula, surrectura est. Vel, surgent, id est, apparebunt in iudicio cum generatione ista in conspectu meo. Et *condemnabunt eam*, id est, suo facto præterito ostendent eam damnatione dignissimam, *Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*, dicentis, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Quo audito rex Niniue surrexit de solio, indutoque sacco, sedit in cinere, similiter principes eius & vulgus. Timendum est tamen, q̄ nō diu permanserunt in opere pœnitentiali. Et *ecce plus quàm Ionas hic* i. ego qui in præsentia vestra sum, & à vobis contemnor, maior sum Iona, qui nec miracula fecit in Niniue, ideo Niniuitis estis peiores, duriores, & infideliores Regina austri. id est, regina Saba, quæ nuncupatur regina austri, quoniam regio eius fuit in plaga australi, respectu Hierusalem, *Surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam*, secundum eundem intellectum, quo dictum est hoc de Niniuitis.

Ionæ. 1.

E

Esa. 7
Ionæ. 3.

F

3.Re.10.
3.Para. 9.

Niniuitis. *Quia venit* cum grandi commitatu & aromatibus pretiosissimis, *à finibus terræ*, id est, à remotis valde locis in Hierusalem, *Audire Sapientiam Salomonis.* Vt legitur in libro Regum, Et *ecce plus quàm Salomon hic* id est, Salomone maior & sapientior ego. Ille enim potens & sapiēs, ego virtus & sapientia patris: qui etiam quantum ad sapientiam creatam mihi infusam incomparabiliter Salomonem excedo, & tamen à vobis derideor, diiudicor & contemnor. Ex his constat quòd viri perfecti interdū possunt proprias virtutes commemorare humiliter ad gloriam dei, ædificationemq; proximi. Vnus tamen alteri se preferre nō debet: sed hoc soli Christo precipuè licuit tanquam infallibili iudici. *Cum autem immūdus spiritus exierit ab homine.* Quòd istud ad literam dicatur de populo Iudæorum, Hinc constat quòd Christus finito hoc exemplo, mox addidit, sic erit generatio huic pessimæ. Est igitur sensus. Cum autem immūdus spiritus exierit ab homine, id est, quādo diabolus eiectus est à populo Iudæorū, tempore quò suscepit legem dei per Mosen, & deum colere cœpit secundum legis tenorē. *Ambulat per loca arida* id est, tunc circuiuit cōgregationes seu cor degentilium, non habentium rorem gratiæ, vel aquam sapientiæ. Quando enim ab vno populo eiicitur dæmō, fortius nititur decipere aliū, *Quærens requiem* id est, stabilē atque perpetuam habitationem in ipsis gentilibus, vt suo semper habitantur obsequio. Et *non inuenit* in eis requiē talē. Nam licet ad tēpus in idololatria fuerint, tamen ad predicationem apostoloruū conuersi sunt. *Tunc dicit* id est dæmon vident gentium conuersionem, seque ab eis expelli, quemadmodum Christus alibi dixit, Nunc princeps huius mundi ejicietur foras, *Reuertar in domum meam*, id est, synagogam incredulam, quæ nec Christo neq; apostolis credidit, de qua in Apocalypsi inducitur, Dicunt se Iudeos esse, & non sunt sed sunt synagoge Satanæ. *Vnde exiuit* eo tempore quo deo seruiuit. in isto sermone seu exēplo nō loquitur Christus de essē numero gētilibus & Iudæis, sed specie, sicut & Esaias frequenter loquitur de populo synagogæ. Et *veniens inuenit eam vacantem* id est, à fide atque virtutibus vacuam, otiosam & suæ inhabitationi patentem, quoniam deum habitatorem non habuit, prout Saluator prædixit, Relinquetur vobis domus vestra deserta. Et Hieremias, Reliquit (inquit) dominum

A

3.Re.4.

B

C

Iohan. 13.
Apo. 23.

Mat. 23.
Hie. c. 12.

mum meam, dimisi hæreditatem meam. *Scopis mundatam*,
D id est, exterioribus obseruantiis legis seu traditionũ phari-
sæorum purgatam, non intus purificatam, Et *ornatam* quo-
ad sanctitatis apparentiam, & corporalem compositionem,
seu sanctum seculare. Propter quòd similes asserũtur sepul-
chris dealbatis atque hypocritis. *Tunc vadit* diabolus &
assumit septem alios spiritus immundos *Nequiores se*, id est, co-
piam sociorũ seu multitudinem tẽtatorum, Septenario nũ-
uniuersitas designatur. Vnde Raphael dixit se esse vnum de
septem spiritibus stupẽtibus ante deum. Et *intrantes habitant*
ibi, id est, dæmones corda Iudæorum iam vsque ad finem
seculi possident multo copiosius q̃ antea vnquam. ¶ Dicitur autem hi alij septem spiritus nequiores. Primò, quoniam
E homo recidiuãs meretur peioribus dæmonibus subiici ac im-
pleri, quàm ante dum nondum recidiuauit. Nam melius est
viam veritatis nescire, q̃ post agnitionem reuerti ad vomitũ.
Ideo subditur, Et *fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus*,
id est, grauius nunc peccant Iudæi non credẽdo, sed blasphe-
mando Christum (quem teste Hieronymo, quotidie in suis
synagogis tribus vicibus blasphemant, & pro extirpatione
discipulorum Iesu Nazareni acdestructione Romani impe-
rij iugiter orant) quàm peccauerunt ante legis receptionem
in Aegypto. *Sic erit generationi huic pessimæ*, id est, tantum
malum eueniet istis incredulis. Ex quo elicitur quòd pro-
sens exemplum de vno homine traditum, referatur ad infe-
delem populum Iudęorũ, quod tamẽ moraliter exponi po-
test de quolibet homine, de cuius corde dęmõ expellitur
F sacramẽto pœnitentiæ vel baptismi. Et tunc vadit per loca
arida. i. corda bonorum vitantium fluxum luxuriæ, & com-
pora propria per abstinentiam macerantium, circuit quæ-
rens quem deuoret, in quibus non inuenit requiem, quoniam
viriliter tentationibus reluctantur. Tunc redit ad eum vn-
de exiuit, & si inuenerit eum vacantem, id est, negligentem,
scopis mundatum & ornatum, id est, solum exterius cultum
non interius reformatum, tũc vadit & assumit septem alios
spiritus, secundum sensum iam prædictum, & ingressi ha-
bitant in homine tali. Quia à tot dæmonibus homo habita-
tur, quot mortalibus vitiis implicatur. Vnde de Maria Mag-
dalena eiecta dicũtur septem dæmonia. Patet quoque ex his
quod septem sunt vitia principalia & mortalia, & vnum sim-
pliciter

pliciter capitale, puta superbia, omnium vitiorum regi-
A na. *Adhuc eo loquente ad turbas* videlicet præinducto ser-
mone nondum finito, *Ecce mater eius* virginea, glorioſa,
& super dignissima, altissimorum angelorũ puritatem tran- Genes. 3.
scendens, Et *fratres* id est, cognati vel consobrini Christi, Marci. 3.
non filij Ioseph de alia coniuge, secundum Hieronymum. Chryso.
Est autem consuetudo scripturæ idiomatisque Hebræi, vt
consobrini q̃ consanguinei Fratres vocentur. Vnde Abra-
ham dixit ad Loth, Fratres sumus. *Stabant foris*, non va-
lentes intrare præ turba, cuius tantus fuit concursus, quod
non poterant manducare, vt Marcus habet, *Quærentes lo-*
qui ei, Secundum Chrisostomum. Diabolus videns quod
Iesus ostendebat se filium dei, introduxit parentes eius car-
nales, vt per illorum præsentiam diuinitatem Christi obscu
raret. Sed non videtur bene sonare, vt virgo sanctissima di- B
catur intrasse aut aliquid peregisse suggestione diaboli Di-
xit autem ei quidam. Secundum Hieronymum. Iste fuit insi-
diator, & dixit Christo de præsentia matris suæ ac fratrũ,
volẽs experiri an propter eos omitteret opus dei seu prædi
cationẽ: quod si faceret, argueret eum de carnali affectu. Ve
runtamen Marcus manifestè habet quòd mater & fratres e-
ius miserunt quendam ad eum, *Ecce mater tua & fratres tui*
foris stant quærentes te alloqui. At *ipse respondens* dicenti si-
bi, *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Hoc dicit non
aspergnando vel negando matrem carnalem atque cogna-
tos, quasi phantasticum corpus habens, vt Marcion & Ma-
nichæus mentiti sunt, sed ad ostendendum quod non so-
lum habeat matrem & fratres carnales, sed etiam spiritua- C
les. Itemque, vt doceat nos carnalem affectum abiicere, &
operi dei nihil præferre. Ideo subditur, Et *extendens manum*
in discipulos suos, dixit, *Ecce mater mea & fratres mei* sunt hi.
Quod tribus modis intelligi potest. Primò sic, Mater mea &
fratres mei sunt, id est, tam dilecti vt mater & fratres dili-
guntur. Secundò sic, Tantò propinquiores sunt mihi quãtò
amplius intẽti sunt rebus diuinis. Tertiò sic, Mater mea sunt
id est, per contemplationem internam spiritualiter me con-
cipiunt, & per prædicationẽ ac vitã exẽplarem generant me
in cordibus aliorũ, sicut Apostol⁹ loquitur, Filioli mei quos
iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sic ergo
generant me, id est, esse & habitare me faciunt in aliorum

præ-

D præcordiis, iuxta illud Apostoli, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, & fratres mei sunt, non solum quia
Galat. 4. eiusdem naturæ mecum, sed quia opera patris mei faciunt,
Ephes. 3. mihiq́ affectu & opere similes sunt. *Quicunque enim fecerit* perseueranter *Voluntatem patris mei qui in cælis est diuinis* præceptis seu cõsiliis obediendo. *Ipse meus frater, & soror, & mater est*, secundum eundem sensum quo discipulos meos dixi matrem meam & fratres. Imò fœlicior est conceptio spiritualis quàm carnalis, secundũ quod libro de virginitate asserit Augustinus, Beatior fuit maria profitendo fidem Christi, q̃ concipiendo carnem Christi, quia nil ei materna profuisset propinquitas, nisi Christum fœlicius gestasset corde quàm ventre.

E CAPVT XIII.

In die illo exiens Iesus de domo sedebat secus mare

ARTICVLVS XXV.

NIL O *die exiens Iesus de domo.* Si prudenter pensemus verba Euangelistarum Lucæ & Marci, compellimur hoc loco accipere diem non pro determinato die naturali
Lucæ. 8. aut artificiali, sed pro tempore, sicut & pro-
Marci. 4. phethæ communiter diem accipiunt: Apostolus quoque
Rom. 17. ait, Nox præcessit, dies autẽ appropinquabit. In illo itaque die, id est, tempore quo dicta & facta sunt in præcedenti capitulo recitata, exiẽs Iesus de domo in qua prædicauit, nec ab omnibus propter eorum multitudinẽ audiri valebat, Se-
F *debat secus mare*, videlicet, in littore maris, forsitan Galilææ. Et *congregatæ sunt ad eum turbæ multæ*, propter diuersas causas, vt dictum est *Ita vt nauiculam ascendens sederet* in naui, quatenus melius audiretur ab omnibus in littore stantibus. Et *omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens.* ¶ Multas ob causas loquitur Christus in parabolis. Primò vt veritas abscondatur indignis, iuxta illud, Nolite sanctũ dare canibus. Secundò, vt studiosis detur occasio bonæ exercitationis seu diligẽtis inquisitionis. Tertiò, vt discamus ex corporalibus ac sensibilib⁹ spiritualia atque diuina intelligere. *Exit qui seminat seminare*, In expositione huius parabolæ non prestatur nobis libertas quaelitercunque exponẽdi, vel propriam rationem sequendi, sed Christi summi magistri expositionem sequi debemus. Exi qui

qui seminat, id est, Christus seminans in mundo verbũ euan A
gelicæ legis, exiit de cœlo in terram, iuxta illud Iohannis, Iohan. 16.
Exiui à patre & veni in mundũ. Et in Psalmo, Assumpsio cœ- Psal. 18.
li egressio eius. Vel, exit de vtero virginis apparẽdo in mũ- Ibidem.
do, secundum illud, Ipse tanquam sponsus procedit de thalamo suo. Exitus autẽ cõuenit Christo ratione humanitatis assumptæ, imò & ex patre diuinæ naturæ, quia secundũ Augustinum & Hilariũ eo ipso dicitur filius à patre exire, quo generant ab ipso. Propter quod Michæas inquit, Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Quantum ad operationẽ quoq; cõuenit Christo ex patre diuinæ naturæ, vt secundum quod deus dicatur exire, i. in actũ procedere, nõ locũ muta re. Exiit ergo seminare. i. ad seminandum seu spargendũ in B
cordibus hominũ verbũ salutis & gratiæ, prout apud Iohannem testatur, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Et *dum seminat* id est, doctrinã euangelicam prædicauit Iudæis. *Alia* id est, quædam semina seu verba prædicationis. semẽ enim est verbum dei vt Lucas habet. *Ceciderunt secus viam*, id est, in corda carnaliũ hominum, qui in terrenis versantur, & vias seculi latas perambulant, vanitatibusq́; intendunt. De quaibus scriptum est, Domine recedentes à te in terra scribentur. Et *venerunt volucres cœli* id est, aereæ potestates, de quibus Paulus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. ¶ Dicuntur autem diaboli Ephe. 6.
volucres cœli. Primò, propter subtilitatem naturæ. Secũdò, C
propter habitationem eorum in aere caliginoso. Tertiò, ratione inordinati ascensus eorum ad alta ex tumore superbiæ. Interdum tamen per volucrem intelligitur Christus, ra- Esa. 46.
tione suæ altissimæ contemplationis, vt cum Esaias ait, loquens de deo, Vocans ab oriente auem; quod Hieronymus ad literam exponit de Christo, Et Iob, Semitam ignorauit Apoca. 5,
auis. Vbi gregorius per auem intelligit Christum. In para- 1. Pet. 5.
bolica quippe loquutione interdũ per eandẽ rẽ significãtur diuersa secundũ diuersam proprietatẽ rei, quemadmodũ per leonẽ ratione fortitudinis intelligitur Christus, vt in Apocalipsi patet, Ecce vicit leo de tribu Iuda. Per leonem quoq; ratione crudelitatis, signatur diabolus, vt Petrus inquit, Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit. Hi itaq;

D volucres *Comederunt ea*, id est, suarum tentationum suggestionibus abstulerunt verba dei de cordibus prædictorum. *Alia autem semina* i. verba à Christo prolata, *Ceciderunt in petrosa*, id est, in corda lapidea, dura rebellia, rore gratiæ destituta, *Vbi non habeant terram multam*, id est. mentes capaces fructiferas, quę instar profundæ terræ posint fructificare in bono, Et *continuo exorta sunt* id est. semina ista repente creuerunt in fructum compunctionis instabilę, non firmum aut fixum, *Quia non habebant altitudinem terræ*, id est. fundamentum profundum, ita quod verba dei non introierunt intima cordis eorum, nec radicem fœcundam habuerũt in corde. Videmus quippe, quod corda dura & saxea sæpenumero audito verbo dei de horrore futuri iudicij, & E tormentis inferni, compunctionem quandam concipiunt, & aliquid boni agere ordiuntur, sed non perseuerant in compunctione & opere bono. Ideo dicit sciptura, Cor durum male habebit in nouissimo, & cor nequam grauabitur doloribus. *Sole autem orto* id est, igne tribulatiionis ac tentationis exurgente, *Aestuauerunt* id est, semina ista infructuosa effecta sunt, & tribulationis calore consumpta. Et *quia non habebant radicem* id est, firmum atque fœcundum fundamentum in corde: videlicet gratiam habitualem & debilem deuotionem, *Aruerunt* id est, à compunctione & opere bono defecerũt. Vnde Lucas ait, quod semẽ aruit, quia non habebat humorem, videlicet gratiæ alimentum, quod mentem fœcundat, sicut arborem humor aquarum. *Alia autem ceciderunt in spinas*, id est, in corda solicitudinibus vitæ F præsentis amara, & curis seculi puncta, & diuitiarũ angustijs lacerata. Istæ expositiones postea tanguntur à Christo. Et *creuerunt spinæ* id est, curæ superfluæ in anima ortæ sunt. Et *suffocauerunt ea*, id est, verba dei amouerunt ab anima, quia dum tales de spiritualibus meditari incipiunt, statim cogitationes terrenæ & anxiæ se cõmiscent, & bonas meditationes impediunt, *Alia verò* semina cœlestis verbi *Ceciderunt in terram bonam*, id est, in cor fidele, docile, atque stabile, Et *dabant fructum* id est, in opus bonum creuerunt, sed diuersimode secundũ diuersam dispositionem cordium recipientium ea ideo subditur *Aliud* semen, id est, quodam verbum dei dedit *Fructum centesimum*, id est, habitum opus perfectum, sicut in spiritualibus, diuinis atque heroicis viris. Talis est fructus castitatis in virginibus, *Aliud* semen protulit fructum *Sexagesimum* id est, opus proficiens habuit, sicut in his qui conantur quotidie tendere de virtute in virtutem, & de statu proficientium ad statum perfectorum pertingere, *Aliud* semen attulit fructum *Tricesimum* id est, opus bonum habuit, sed imperfectum, inchoatiuum, ac animale, vt in incipientibus. ¶ Porrò quòd dicitur de fructu centesimo, specialiter solet referri ad statum virginalem. Et quòd dicitur de fructu sexagesimo, ad statum vidualem. Quod verò de fructu tricesimo dicitur, ad statum coniugalem. Non tamen simpliciter & vniuersaliter referri potest ad personas statuum prædictorum, cum sæpe in statu inferiori inueniantur perfectiores homines, quàm in statu superiori. Tamen comparando statum ad statum, sic se habet castitas virginalis ad vidualem, eam excedendo in merito, sicut centum ad sexaginta: & ita se habet castitas vidualis ad B coniugalem, sicut sexaginta ad triginta. Nam finis ad quem ordinatur seminatio seminis huius, id est, prædicatio verbi diuini, est homines à carnalibus ad spiritualia ducere: & multo perfectius fit in continentia virginali, quàm viduali, & in viduali, quàm in coniugali. Vnde dicit Apostolus, Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu: quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quo modo placeat viro, & diuisa est. Consequenter Christus admonet auditores ad diligentem ac mysticam intelligentiam prædictorum. *Qui habet aures audiendi*, id est, aures mentales, quibus verbum dei salubriter percipitur, atque audiendo seruatur & impletur, sicut alio in loco ait, Qui ex deo est, verba dei audit, *Audiat*. Et *accedentes discipuli*, id est, duodecim Apostoli, vt Marcus refert. Accesserunt autem ad Iesum, non in nauicu- lam, vel actu prædicationis durante, sed cum esset separatus C & vacans à populo. Vnde Marcus, Cum esset (inquit) singularis, accesserunt ad eum, *Dixerunt ei*, *Quare in parabolis* id est, obscuris & metaphoricis sermonibus, *Loqueris eis*? videlicet turbæ? Denique parabola est dissimilium rerum sub quadam similitudine facta comparatio. *Qui respondens ait eis*, *Quia vobis* Apost. *Datum est* per gratiam specialem, *Nosse*, id est, vt noscatis, & me docente intelligatis. *Mysteria*, id est, sacra secreta seu spirituales ac mysticos intellectus, *Regni dei*, id est, ecclesiæ militantis, vel di-

Divinæ scripturæ, in qua cælestè regnum nuntiatur, & spiritua-
lium delitiarum epulæ continentur, quasi in paradiso dei se-
cundum Damascenum. *Illis autem* id est turbis, *Non est da-
tum*, propter incapacitatē & culpam eorum, vel quia ad gra-
tiam tantam prædestinati non sunt. Apostolis nanq; tanquā
post Christum primis ac summis doctoribus, & quasi funda-
menti ecclesiæ pandenda erant diuina secreta, vt de sua ple-
nitudine influerent aliis. De eis siquidem in Apocalypsi le-
Apoc. 19. gitur, Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in
ipsis duodecim nomina Apostolorum. *Qui enim habet* fidem
synceram, bonam intentionem, vel humilitatem. Vel, qui ha-
bet, id est, qui deo gratus est, recognoscendo omne bonum
suum esse à deo, *Dabitur ei* gratia maior, sapientia plenior,
E vita perfectior, Et *abundabit* spiritualibus bonis, iuxta illud
Psal. 111. in Psalmo, Gloria & diuitiæ in domo eius. Ideo vobis discī-
pulis meis fidelibus datur cognitio mysteriorum cælestium.
Et *autem qui non habet*, id est, qui modicum habet quod com-
parationē magnorum donorum pro nihilo reputatur. Vel,
qui non habet, id est, deo datori ingratus est, non attendens
vnde acceperit, sed sic glorians quasi non acceperit. Vel, qui
non habet fidem & humilitatem, Et *quod habet auferetur ab
eo*, id est, cætera dona sibi diuinitus præstita meretur amitte-
re. Ideo increduli & peruersi Iudæi nō meruerunt incremen
tum, sed detrimentum spiritualis intelligentiæ, cęlestiumque
bonorum. *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes* oculo cor-
porali *Non vident* syncere, oculo intellectuali, quoniam ex-
cæcauit eos malitia eorum. Vel, videntes facta & conuersa-
tionem atque miracula Christi, non vident, id est, non consi-
F derant ea esse à deo, sed principi dæmonum deputant ea.
Vel, videntes, id est, scripturas veteris testamenti literaliter
& superficialiter intelligentes, non vident spiritualem & ve-
rum intellectum earum, propter quod occiduntur à litera.
Et *audientes* prædicationem meam, vel verba legis ac pro-
phetarum auribus corporis. *Non audiunt* ea auribus cor-
dis, debitè ascultando, *Neque intelligunt* ea salubriter, Vt
Esa. 6. *adimpleatur in eis prophetia Esaiæ, dicentis auditu* corpora-
li, *Audietis*, ô infideles Iudæi eloquia Christi, parabolī-
cosque sermones, *Et non intelligetis* ea veraciter, scilicet
parabolarum mysteria. Et *videntes videbitis* opera huma-
nitatemq; Christi, Et *non videbitis* oculo interiori operum

qualitatem, & eius diuinitatem. *Incrassatum est*, obtusum & A
carnale factum est *Cor populi huius*, terrenis ac sensibilib⁹ in-
hærendo, prout in Deuteronomio scribitur, Incrassatus est Deut. 32.
dilectus & recalcitrauerit, Et *auribus grauiter audierunt*, id
est, ad audiendum verbum dei aure mentali tardi fuerunt,
Et *oculos suos* interiores, videlicet intellectum, *Clauserunt*,
id est, influentiæ seu irradiationi lucis diuinæ, instructionisq;
Christi incapacem fecerunt, ponendo obicem gratiæ dei,
videlicet contemptum & infidelitatem. Peccata enim sepa-
rant mentem à deo, vt sint velut murus seu ianua intermedia
inter mentē ac deum. Propter quod Hieremias fatetur, Pec-
cata vestra prohibuerunt bonum à vobis. De talibus scriptū
est. Dicunt deo, recedè à nobis, scientiam viarum tuarum no
lumus. *Nequando oculis* cordis *Videant* veritatem, Et *auri-
bus* interioribus *Audiant* salutarem doctrinam, Et *corde in-
telligant*, id est, intus legant, atque subtiliter penetrent spi- B
ritualem sensum diuinorum verborum, Et *conuertantur* ab
errore ad veritatem, & à caducis rebus ad summum, ac in-
commutabile bonum, Et *sanam eos* liberando intellectum à
falsitate, voluntatem à prauitate, animam ab omni læsione
peccati, de qua sanitate Hieremias precatur, Sana me domi- Hier. 17.
ne, & sanabor. Et Psalmista, Sana animam meam, quia pec- Psal. 40.
cauī tibi. *Vestri autem* ô discipuli mei, *Oculi* interiores *Sunt
iam Beati* in spe, beatificandi in re per claram diuinæ essen-
tiæ visionem, *Quia vident* id est, rectè intelligunt, & fidei
lumine illustrantur. Et *aures vestræ*, de quibus iam dixi, Qui
habet aures audiendi, audiat. Vnde & Esaias inquit, Domi- Esa. 50.
nus deus meus aperuit mihi aurem, ego autem non con-
tradico. Hæ itaque aures vestræ beatæ sunt, *Quoniam au-
diunt* verba mea fideliter. Beati enim qui audiunt verbum
dei, & custodiunt illud. *Amen quippe dico vobis, quia multi
prophetæ & iusti*, qui futuram dei incarnationem spiritu pro- C
phetali, seu fide agnouerunt, *Cupierunt videre*, id est, opta-
uerunt si fuisset possibile videre, *Quæ vos videtis*, videlicet
Christum in carne & conuersationem ac signa ipsius. Et *non
viderunt* ea præsentialiter, corporali intuitu, sicut vos. Vnde
& Symeon iustus pro suo desiderio, quo Christum videre o-
pauit, responsum accepit à spiritu sancto, non visurū se mor-
tem, donec videret Christū domini. ¶ Sed quæritur, de quo
visu dicat Saluator, prophetas & iustos voluisse videre quæ

D viderunt Apostoli, & nō viderunt. Non enim videtur de spi-
rituali visu posse intelligi, quia prophetæ visione intelle-
ctuali & imaginaria viderunt omnia quæ de Christo prænun-
tiauerunt. Intelligentia enim opus est in visione, vt Daniel
ait, Vnde cum Esaias Babylonis vastitatem prædiceret, Co-
Dan. 10. rui (inquit) cum viderem, multo magis vidit Christum in
Esa. 21. spe, quando dicebat de eius incarnatione, Puer natus est no-
Esa. 9. bis. Et multa similia. Hieremias quoque cum dixit, Quare
Hiere. 14. quasi colonus venturus es in terra? Tunc enim imaginaria
Iohan. 8. visione vidit CHRISTVM. Denique Saluator ipse inquit,
Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vi-
dit & gauisus est. Nec videtur posse intelligi de visu corpo-
rali, qui de illo non intelligitur quod Apostolis dictum est,
Vestri beati oculi quia vident. Sic enim Iudas & reprobi Iu-
E dæi viderunt. Puto ergo quod intelligēdum sit verbum præ-
dictum de visu interiori coniuncto visui exteriori. Vtroque
enim visu optauerunt videre, quæ apostoli vtroque visu in-
tuiti sunt. Si autem fiat vis in hoc, quod ait, Multi prophetæ
& iusti, & nō omnes prophetæ & iusti: dici posset, quod qui-
uis maiores sancti ac vates viderunt quæ viderunt Apostoli,
non tamen alij omnes minores. Vel respondendum, quòd li-
cet prophetæ ac iusti viderunt quædam eorum, quæ & Apo-
stoli, non tamen tam multa, nec ita distinctè ac circumstan-
tionaliter: & hoc maximè verum est, si hoc quod Christus
dixit Apostolis, (Quæ vos videtis) referatur ad totum tem-
pus quo Christus cum eis in terra conuersatus est vsque ad
horam ascensionis, & hoc modo vt arbitror intelligendum
F est. Voluerunt quoq; Et *audire* verba sapientiæ ex ore meo,
Quæ auditis, qui me ad libitum interrogatis, & responsio-
nem piam ac informationem recipitis, Et *non audierunt*, eo
modo vt vos, nec ita perfectè. Multa tamen documentorum
Christi reuelata fuerunt phrophetis. *Vos ergo audite para-
bolam*, id est, interpretationem seu expositionem parabo-
læ, *Seminantis* id est, Christi, qui per seminantem designa-
uit seipsum. *Omnis* homo *Qui audit* corporali auditu Ver-
bum *regni* id est, sermonem de regno cælesti, Et *non intelli-
git* verbum hoc, id est, virtutem & sensum verborum cordi
suo non imprimit, nec sagaciter pensat, *Venit malus* id est,
diabolus in malitia obstinatus, non essentia, sed voluntā-
te malignus. Venit autem per tentationis congressum, Et

rapit, id est, aufert seu infructuosum facit, & obliuioni tra- A
di procurat, *Quod seminatum est in corde eius*, id est, ver-
bum prædicationis infusum menti hominis talis, *Hic* homo
tam negligens, *Est qui secus viam seminatus est*, id est, quem
supra figuraui per eum in quem cecidit semen verbi cœlestis
secus viam seculi huius, iuxta sensum præhabitum. Et di-
citur homo seminatus, id est: semine tali perfusus, quemad-
modum terra dicitur corporaliter seminata. *Qui autem su-
per petrosa seminatus est*, id est, in corde duro ac saxeo semen
verbi recepit, quem figuraui per eum in quem semen cecidit
supra petrosa, id est, arida, duraque corda, *Hic est qui verbum
dei audit, & continuo cum gaudio suscipit illud*, in anima
tanquam sibi proficuum, per cuius susceptionem euadat pe- Matt. 12.
ricilum, *Non autem habet in se radicem*, id est, habitua- B
lem gratiæ fœcunditatem, ac stabile fidei fundamentum, seu
firmum propositum, *Sed est temporalis*, id est, inconstans,
ad modicum tempus perseuerans in bono, sicut arundo ven-
to agitata, & puluis à vento proiectus, *Facta autem*, id est,
sibi illata vel imminente *Tribulatione* ab inuisibilibus ho-
stibus, Et *persecutione*, à visibilibus inimicis, *Propter ver-
bum*, id est, ob id quod verbum dei recepit, & implere di-
gnetur. Vel, propter verbum extingendum, id est, vt ver-
bum dei tollant de corde eius, *Continuo scandalizatur*, id
est, ex verbis seu factis illorum in peccata prolabitur, non
resistens viriliter, relinquens viam iustitiæ, ne patiatur ad-
uersa, vel vt consequatur delectabilia, *Qui autem seminatus
est in spinis*, id est, qui verbum dei recepit in corde punctio- C
nibus temporalium curarum repleto, *Hic est qui verbum dei
audit, & solicitudo seculi istius*, id est, superflua cura acqui-
rendi vel retinendi res mundanas, videlicet honorem, fa-
mam, voluptatem, Et *fallaciam diuitiarum*, id est, fallaces di-
uitiæ, quæ sufficientiam quandam promittunt, sed conferre
non valent, suosque amatores æternis cruciatibus inge-
runt, imò quo plus crescunt, tanto maius desiderium in cor-
de auari accendunt, & eum quotidie insufficientiorem ac mi-
serabiliorem efficiunt. Bene ergo vocāturfallaces. Vnde Sa- Sapiē. 14.
piens, inquit, Creaturæ factæ sunt in tentationem & in mu-
scipulam pedibus insipientium. Vel fallacia diuitiarū, id est,
deceptoria affectio, quam diuitiæ temporales causant in ani
mo hominis. Blandiuntur enim, sed pūgunt, quia cum labore

D acquiruntur,cum timore amittẽdi possidentur, cum tristitia amittuntur,*Suffocat uerbum dei* i.memoriam auditi sermonis aufert ab anima,quæ tanto amplius obliuiscitur diuinorum, quanto plus in terrenis occupatur,transitoriisq; inhæret,& sine fructu boni operis ac spiritualis delectationis efficitur verbũ dei in tali corde diffusum. *Qui uero in terrã bonã semẽ natus est* id est,qui significatur per eum qui semen recepit in terra fœcũda,seu ille qui corde deuoto verbum dei audiuit, *Hic est qui audit uerbũ dei* aure corporali atq; mẽtali. *Et intelligit* illud, *Et fructũ adfert* id est, opera bona producit verbi in tali anima seminatũ. *Et facit, aliud quidem centesimũ*, id est, verbũ in cordibus quorundã facit fructum centesimũ, *Aliud aũt* facit fructũ *Sexagesimũ aliud verò trigesimũ*, sicut expositum E est,vtpote secũdum diuersam dispositionẽ ac diligentiã recipientium.Posuit Christus hoc loco quatuor genera hominũ audientiũ verbum dei,& quatuor differentias seminis,quorum quartum genus duntaxat saluatur.Nam pauci electi, & quarta pars seminis solum fructificat.Verũtamẽ quod hic dictum est de generibus audiẽtiũ,ad literam intelligitur de Iudæis, quibus Christus in propria sermocinabatur persona,& paucos cõuertit ex eis. Mystice verò intelligi potest de cæteris gentibus.Subinde Saluator cõparat regnum cœlorũ, id est, militantẽ ecclesiã aliis rebus. *Aliã parabolã proposuit* Christus *Illis* videlicet turbis in littore stantibus,eo existente in naui. *Simile factum est regnum cœlorum* id est,status militantis ecclesiæ, *Homini qui seminauit bonum semẽ in agro suo,* F *cætera.* Cum ipse vnigenitus filius dei,sapientia patris eterni,post pauca proprio ore parabolam istam exponat,nõ debemus explanationem illius anticipando præcurrere. Differẽda est ergo elucidatio præsentis parabolæ, vsque ad locũ vbi à Christo exponitur.Et accedendum ad tertiæ parabolæ interpretationem. *Aliam parabolam* ordine tertiam, *Proposuit eis* scilicet turbis, *Dicens, Simile est regnum cœlorum*, id est,ecclesia militans,maximè primitiua,quæ fuit parua quantitate seu numero,sed magna virtute ideo subditur *Granũ sinapis* de quo sinapium exprimitur, *Quod* granum sinapis *Accipiens homo* agricola *Seminat illud in agro suo*,quod granum *Minimum quidem est ex omnibus seminibus*, id est,inter omnia semina valde permodicum,vt patet ad oculum. *Cum autem* creuerit granum istud in agro, *Maius est omnibus holeribus*, id est,

id est,in altius germen crescendo exurgit,quam alia semina A herbarum seu holerum, Et *fit arbor*, id est,per modum arboris crescit in altum, *Ita vt volucres cœli*, præsertim paruæ vel mediocres aues, *Veniant & habitent in ramis eius* quiescẽdo sub illis. Quemadmodum ergo hoc granum quantitate permodicum crescit in altum sic ecclesia in principio sui cõtempta,& numero parua,creuit in populum infinitum, seu ecclesiam toto orbe diffusam,quando in omnem terram exiit predicatio Apostolorũ,ita vt sub ramis eius,id est,sub documentis atque auxiliis ecclesiæ,habitent volucres cœli, id est,animæ contemplantes cœlestia,vel principes & magnates huius seculi ad fidem conuersi.Sic ergo per hominem seminantẽ intelligitur Christus,vel prædicator ipsius:per granum,ecclesia primitiua,per agrũ,orbis terrarũ, per quem lõ B ge ac late diffunduntur ac seminantur fideles,ita vt per Malachiam dominus dicat:Ab ortu solis magnũ est nomen meum in gentibus.Vnde in Esaia scriptum est, Florebit & germinabit Israel.& implebunt faciem orbis semine.Hieronymus per regnum cœlorum intelligit Euangelii prædicationem,vel notitiam scripturarum,Per hominem seminantem, Matth. 4. Christum,vel quemlibet alium, qui in agrum proprii cordis Malac. 1. mittit verbum dei,quod significari dicit per granum sinapis. Esa. 27. Sicut igitur granum sinapis paruum,crescit altum:sic prædicatio Euangelii primo valde cõtempta,& omnibus scientiis magis derisa,creuit per omnes nationes,ita quòd sub ramis, id est,diuersis dogmatibus eius prædictę volucres morentur & conquiescant,omnisq; secularis scientia, & philosophorum doctrina minorata est sub ea,eiq; subiecta, *Aliam* vtpo- C te quartam *Parabolam loquutus est eis, Simile est regnum cœlorum*, id est, ecclesia militans, *Fermento*, *quod acceptum mulier*, faciens massam pro panibus conficiendis, *Abscondit*, id est, locauit ac miscuit, *In farinæ tribus satis*, id est, tribus mẽsuris farinæ aqua conspersæ seu massæ,vel azymi. Satum autem,secundum Hieronymum est mensura Palestinæ,vnũ modium cum dimidio capiens, *Donec fermentatum est totum* id est, tandiu dimisit mulier fermentum in massã, quousque tota fermento permixta est, atque conueniens facta, vt de ea fieret panis. Hoc ad literam planum est. ¶ Spiritualiter verò, per fermentum intelligitur Euangelicæ legis doctrina,per quam corda hominum bonum sortiũtur saporem,vt gustent

D gustent quam dulcis est dominus, & recte de omnibus iudicent, quemadmodum massa ex commixtione fermenti redditur apta, vt de ea saporosi panes effici possint. Mulier verò est sapiętia dei incarnata, vel ipsa ecclesia ac predicatorū diligentia. Tria sata significant diuersa loca, in quibus fideles conuersi sunt, vel carnem, sensualitatem, & rationalem animæ partem, vel partem intellectualem, vim concupiscibilē & irascibilem. His tribus satis, hæc mulier infudit Euangelij documenta, donec totū fermentaretur, id est, tria hęc cōuenirent ac consentirent in idem deo vnanimiter seruiēdo, ita vt caro & sensualitas rationi, & ratio deo obediant, sicq; simul sint vnum in Christo, & mūdus panis, sicut Apostolus dicit, Vnus panis, vnum corpus multi sumus. Quanuis autem doctrina euangelica non sit subiectiue nisi in rationali parte animæ: redundat tamen, effectumq; habet in sensitiua parte & carne, & sic in eis abscondi dicitur vel infundi. ¶Sed cum dicat Apostolus, Epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ ac nequitiæ. Rursusque, Modicum fermentum totam massam corrumpit, queritur quomodo regnum cœlorum, id est, status vel doctrina ecclesiæ assimilet fermento? Et respondendum, quod in fermēto sunt duo, videlicet quædam humorum corruptio, & calor incluſus, seu virtus latens interius. Quantum ad primum procedit comparatio Pauli, quantū ad secundum comparatio Christi. *Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas*, propter causas superius assignatas, & subditur iam alia ratio. *Et sine parabolis non loquebatur eis*, hac vice, vel in isto sermone, *Vt adimpleretur quod dictum est per prophetam* Dauid vel Asaph, *Dicentem*, in Psalmo. lxxvij. qui incipit, Attēdite populе meus legem meam, *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscōdita à constitutione mundi*. Vltimam partem huius versiculi, nostra trāslatio habet sic, Loquar propositiones ab initio. Patet ergo, quod duo primi versiculi. Psalmi illius in persona Christi dicantur, qui in parabolis nunc loquutus describitur, & eructauit, id est, discipulis suis manifestauit atque deprompsit, abscōdita, id est, parabolarum istarum interpretationes seu mysteria regni cœlorum, quæ à constitutione mundi homines latuerunt, sicut iam dixit quòd multi prophetę & iusti voluerunt audire quæ ipsi audierunt, nec audierunt.

¶Prosecutio

¶Prosecutio Cap. *Tunc dimissis turbis, venit in domum.* A

ARTICVLVS XXVI.

TVnc, videlicet prescripto sermone ad populum circa mare habito ac finito: *Dimissis turbis*, quæ dignæ non erāt audire mysterium regni cœlestis, Vel Iesus à naui *In domum. Et accesserunt ad eum discipuli eius*, dicentes, *Edissere*, id est, expone. *Nobis parabolam Zizaniorum agri*, id est, in qua mentionem fecisti de zizaniis, quæ naſcuntur in agro. Quanuis Matthæus solum recitet discipulos quæsisse expositionem huius parabolæ, creditur tamē quod aliarum quoque parabolarum expositionem quærebāt, secundum quod Marcus habet, quod seorsum discipulis suis differebat omnia. ¶Porrò ad habendum intellectum expositionis parabolæ zizaniorum, necesse est textum parabolæ supra omissum, hoc loco repetere. Sic enim ait Saluator, *Simile factum est regnum cœlorum, homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit Zizania in medio tritici, & abiit. Cū autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & Zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nonne bonū semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis, imus, & colligimus, ea? Non. ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum, Sinite vtraque crescere vsq; ad messem: & in tempore messis, dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum*, Hucusque textus parabolæ, quam Christus exponens, adiecit, *Qui seminat bonum semen, est filius hominis*. Hoc est, per hominē bonum semen serentem intelligitur Christus. *Ager autem est mundus*, id est, terra huius peregrinationis, in qua homines degunt, & exules sunt, *Bonum verò semen* quod Christus seminauit in mundo. *Hi sunt filij regni*, hoc est, homines electi, quos Christus mittit ac spargit per omnia climata mūdi, quemadmodū semina mittūtur in agris. De hoc semine Christi spiritualibus filijs eius, scriptū est. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum. *Zizania autem sunt filij nequam*, id est, reprobi, præsertim hæretici, & persecutores ecclesiæ, *Inimicus autem qui seminauit ea*, videlicet

ista

Dista zizania, Est *diabolus* cuius suggestione & machinatione surrexerũt, & peruersa dogmata iuuenerunt hæretici: cuius etiam inspiratione alii reprobi se cõtra ecclesiam erexerunt. Dicitur autem diabolus homo non propter veritatẽ naturæ, sed propter similitudinem culpæ. Vnde de semine eius prædicto, Iohannes, Qui peccat (inquit) ex diabolo est. Et iterum, Iam Antichristi multi nati sunt. Ex nobis prodierũt sed nõ erãt ex nobis. Hinc de Iudæis Christus testatur, Vos ex patre diabolo estis. Dicuntur autem homines mali seminati, vel esse ex dæmone, non creatione, sed prauitatis imitatione, iuxta illud Sapientis, Imitantur illum qui sunt ex parte illius *Messis verò* vsque ad quam simul crescunt & viuunt in hoc mũdo electi ac reprobi, *Consummatio seculi est* id est, finis mundi, vel dies iudicii, in quo electi in palatio dei ponentur, velut in horreo. *Messores autem* qui bonos ac malos ad iudicium deducent, & eos ab inuicem separabunt *Angeli sunt* non mali, sed boni, *Sicut ergo colliguntur* à messoribus *Zizania* hoc est, inutiles herbæ seu folia, *Et igni comburũtur, sic erit in cõsummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos* qui sibi subiecti sunt, etiam secundum naturã assumptam, vt verbo vnitam. *Et colligent* hoc est, auferent. *De regno eius* id est, de ecclesia electorum, seu bonis fidelibus. *Omnia scãdala* hoc est, persecutiones & tẽtationes per quas boni frequenter scandalizantur. Vel, omnia scandala, id est, scandalizatores aliorũ qui generãt scandala, qui tunc ab electis loco & præmio separabuntur, Et *eos qui faciunt iniquitatem* id est, cæteros operarios, malos hypocritas, simulatores & callidos, iram dei prouocantes, Et *mittent eos in caminum ignis* Christo dicente, Ite maledicti in ignem æternũ. Tunc enim angeli sãcti executores iudicii, omnes reprobos homines atque diabolos, in infernalis ignis fornacem proiicient. Vnde in Apoc. legitur, Projectus est draco ille magnus serpens antiquus. Et alio loco ait Iohãnes, Cruciabitur iniquus igne, & sulphure & fumus tormẽtorum eius ascendet in seculum seculorum. Ministerio itaque sanctorum angelorũ diuinitiue agentium fiet susciatio mortuorũ, quos cineres angeli colligent, & susciatos ad iudicii locum perducent, reprobos ab electis segregabunt, & damnatos in pœnas rerrudẽs, *Ibi erit fletus & stridor dentium* hoc supra expositum est capitulo octauo. *Tunc* videlicet statim peracto, vel durante iudicio,

Iohã. 8.
Sapiẽ. 2.
E
F
Mat. 25.
Apoc. 13.
Apoc. 14.

dicio & illlis in caminum ignis, seu infernũ qui comparatur ardenti & fumoso camino, proiectis *Fulgebunt iusti* in corpore per dotem claritatis, qui tanto copiosior erat in corpo ribus glorificatis, quanto eorum animæ deum clarius viderunt, *Sicut sol* iste sensibilis, non solum sicut nunc lucet, sed sicut tunc lucebit, quando lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum. Estq; probabile, quod claritas corporis glorificati excedit claritatem solarem, quoniam opera gratiæ excedunt opera naturæ, Vel sicut sol spiritualis, Videlicet Christ⁹, de quo in Malachia dominus perhibet, Orietur vobis (inquiẽs) timentibus nomen meum sol iustitiæ. Corpora nanque electorũ assimilabũtur claritati corporis Christi, prout dicit Apostolus, Saluatorem expectamus dominũ Iesum, qui rèformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corporali claritatis suæ. ¶ Deniq; sicut corpora electorum fulgida erunt vt sol, sic corpora reproborũ obscurissima erunt, secundnm quòd animæ eorum omni lumine interiori quantum ac rectum vsum, omnino priuantur. His diebus patet expositio huius parabolæ, paucis exceptis quæ tãgenda sunt breuiter. Cum autem dormirent homines, id est prælati ecclesiæ & aliorum doctores de hac vita migrarent, vel à diligenti custodia gregis sui cessarent, venit inimicus eius, id est, diabolus aduersarius Christi, & superseminauit zizania, hoc est, hæreticos, & peruersos misit ac miscuit in medio tritici. hoc est, inter electos atq; catholicos: & abiit alibi facere aliquid mali. Et cito reuersurus est. Cum autem creuisset herba, hoc est semen bonum seminatũ à Christo, & fructũ bonæ cõuersationis fecisset, id est, cum filij regni numero, ac merito aucti fuissent in seculo isto. Apparuerunt inter eos & zizania, id est prædicti iniusti. Accedẽtes autem spirituali accessu serui patris familias, hoc est, famuli Christi, vrpote angeli secundum Hierony. Vel deuoti prælati ac vicarij Christi, dixerunt ei, Domine, Nónne bonum semen seminasti in agro tuo? id est, homines fide & opere Christianos in mundo. Vnde ergo habet zizania? Et ait, inimicus homo hoc fecit. i. diabolus. Serui autem dixerunt. Vis, imus & colligimus ea? id est, vis ne vt separemus & auferamus hæreticos & peruersos à societate fidelium, per excomunicationem, vel tradendo eos potestati seculari ad occidendum? Et ait, Non, Ne forte colligentes zizania ista eradicetis, id est, pericu-

A
B
Philip. 3.
C

D lo vel occasioni exponatis & triticũ. i. electos fideles. Simitę vtraque crescere vsq; ad messem. i. diẽ retributionis extremę seu iudicij: & in tempore messis dicam messoribus. i angelis Colligete primũ zizania. i. antequã ꝓferatur iudicialis sen-
Prou. 5. tentia separate malos à bonis, & alligate ea in fasciculos. i.
Esa. 24. per modũ fasciculorum adunate eos ad cõburẽdum, hoc est, vt in igne gehennæ succendantur, nõ consummẽtur. Impios quippe funibus peccatorũ suorũ cõstringetur, vt Sapiens inquit. De hac impiorũ colligatione scriptũ est in Esaia, In die illa visitabit deus super militiam cœli in excelso, & super reges terræ, & cõgregabũtur in cõgregatione vnius fasciis in lacũ, & claudentur ibi in carcere. ¶ Circa hunc locũ quæritur an hęretici sint sustinẽdi) Et videtur ꝙ imò, cũ Christus
E dicat Sinite vtraq; simul crescere vsq; ad messem. Hieronymus quoq; hic dicit, Monemur ne cito amputemus fratrem, quo-
1. Co. 5. niã fieri potest, vt ille qui hodie noxio deprauat˚ est dogma-
2. Tim. 5. te, cras resipiscat. Oppositũ videtur ex eo ꝙ ait Apostolus,
1. Cor. 5. Auferte malũ de medio fratrũ vestrorũ. Et secundũ Apostolica documẽta, prohibemur hæreticos salutare, & cũ quibusdam peruersis cibum accipere. Ad hanc questionẽ respondit Thomas, ꝙ circa hæreticũ pẽsantur, videlicet eius iniquitas & ecclesiæ pietas. Quantũ ad primũ meretur non solũ excõmunicari, sed occidiũ multo grauius fit fidẽ corrũpere quã falsare pecuniã. Et tamẽ falsatores pecuniæ secundũ iura occidũtur. Quantũ ad secundũ nõ decet hæreticũ statim dãnare, sed ad veritatẽ ꝙ posse reducere. Ideo ecclesia nõ immediate & subbito, sed post primã & secũdã correctionẽ dãnat
F hæreticũ, sicut ad Timotheũ docet Apost. Si verò ex tũc in suo errore mãserit pertinax, separat eũ ecclesia à se per excõmunicationis sentẽtiã, relinquit eum seculari iudicio mortẽ tradẽdũ: Vnde alio loco Hieron, Secãdæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caule repellẽda est ne tota dom˚ mala sa corpus & pecora ardeãt, corrũpãtur, putrescãt. Arrius, in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniã non statim oppressus est, totum orbẽ eius flãma depopulata est. Itaq; quod dominus ait zizania nõ esse tolleda, sed sinẽda vt crescãt cũ tritico, si per zizania intelligãtur hæretici, tunc intelligendum est in causa, quãdo videlicet extirpari nõ possunt sine eradicatione, seu periculo tritici quando videlicet nõ sunt aperti vel satis noti, vel potentes habẽt defensores. Vnde dicit Hieronymus.

rony. Monet dominus ne vbi quid ambiguum, cito proferamus sententiam. ¶ Sequitur quinta parabola. *Simile est regnum cœlorum* hoc est, præmium beatorum in patria, *Thesauro abscondito in agro* Nam sicut propter talẽ thesaurũ possidẽdum, omnia vẽduntur, sic propter adipiscẽdũ regnũ cœlorũ omnia temporalia deseruntur. Ideo subditur, *Quẽ* thesaurũ *Qui inuenit homo abscondit* tanquam prætiosum clenodiũ Et *præ gaudio illius i.* ex dilectione & amore rhesauri inuẽti, *Vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrũ illũ* vt habeat ius possidendi thesaurum ex integro. Olim enim thesauri in agro inuenti quanuis propter tẽporis longitudinẽ ignorabatur cuius fuissent, tamẽ propter cõmunem hominum pacem pro media parte fuerunt dominorũ agri. Ager ergo est vita
B activa, vel sacra scriptura, in quibus thesaurus iste, videlicet beatitudo cœlestis quodammodo latet & cõtinetur vt mer-
Philip. 3. ces in merito. Homo autẽ thesaurum reperiens, est quicũq; deuot˚ qui cũ apostolo omnia arbitrat vt stercora, vt Christum lucrifaciat. Vel, Thesaurus est Christi diuinitas, ager caro ipsius. *Iterum simile est regnum cœlorum* id est ecclesia, militans *Homini negotiatori, quærenti bonas margaritas*, hoc est, lapides prætiosos *Inuenta autem vna prætiosa margarita*, id est gemma quadam dignissima, qualis est iaspis, *Abiit & vendidit omnia quæ habuit & emit eam* vt carius vẽderet ipsã vel tãquã prænobile bonum possideret. Sic Ecclesia & quilibet veraciter Christianus, quærens prætiosas margaritas, hoc est virtutes preclaras & cardinales, & veteris testamenti scripturas, vnã verò prætiosissimãinueniens, scilicet Christianæ legis doctrinam, vel cõsiliorum euangelicorum per-
C fectionem, vel increatam dei sapientiam dominum Iesum. vendit vel vilipendit cuncta terrena vt margaritam istam obtineat, sicut testatur Apostolus, Omnia arbitror detrimẽtum propter eminentem scientiam domini nostri Iesu Christi. prætiosior nẽpe est sapientia cũctis opibus, & omia quæ desiderantur huic nõ valent cõparari. ¶ Postremò, septima & vltima parabola subditur, *Simile est regnum cœlorum*, hoc est, ecclesia militans in qua deus per fidem, & gratiam re-
1. Pet. 2. gnat, quæ & ipsa regnat in nomine Christi, seculare ac spirituale dominum atque iudicium habens, & faciens. De quo Petrus apostolus Vos (inquit) genus electũ, regale sacerdotiũ, qui in Apocalypsi fatetur, loquẽs ad Christũ, Fecisti nos deo

D deo nostro regnũ & sacerdotes, & regnabimus super terrã
De *hoc* regno dixit archangelus de Christo ad virginẽ, Re-
Apoc. 3. gnabit in domo Iacob æternum, & regni eius non erit finis.
Itaque regnum istud simile est *Sagenæ* seu reti *Missæ* à pi-
scatoribus *In mare* Vt capiat pisces, *Et ex omni genere pi-*
scium congreganti, hoc est, bonos & malos pisces capiẽti, vel
quosdam de omni specie piscium. *Quam* sagenam *Cum im-*
pleta esset piscibus talibus *Educentes* piscatores *Et secus lit-*
tus, hoc est, iuxta ripam aquæ *Sedentes elegerunt* ex sage-
na, *Bonos* pisces *In vasa sua, malos autem foras miserunt* id est,
penitus abiecerunt, & bestiis ac auibus ad deuorandum dede-
runt. Sic modo ecclesia continet bonos & malos, & quosdã
de omni genere hominum. Mysticè etiam per sagenã expri-
E mitur prædicatio Aposto, & successorũ ipsorum, qui ex ver-
bis vtriusque testamenti sermonem per modum retis texẽ-
tis, miserunt illum in mundum istum, qui magno procelo-
soq; mari assimilatur, & congregauerũt, intra ecclesiã quos-
dam de omni natione, pluresque reprobos quã electos. Va-
de in vocatione priorum Apostolorũ dictũ est, Venite post
me faciam vos esse piscatores hominũ. ¶ Præterea ipsemet
Christus, declarat, Cur ecclesia comparetur tali sagenæ, *Sic*
erit in consummatione seculi Quantum ad hominum separatio
nem ab inuicem, quando agni ponentur à dextris, & hœdi
à sinistris, sicut nunc dictũ est de piscium separatione. Nam
tunc, *Exibunt angeli* à summo cœlo *Et* missi à Christo *Se-*
parabunt malos de medio iustorũ hoc est, de tota vniuersitate
F electorum, *Et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stri-*
dor dentium. hoc totum iam euidenter expositum est. ¶ Ita-
que ecclesia per modũ sagenæ nunc natat & fluctuat in hoc
mari magno ac spatioso, & sepe fluctibus tribulationum, &
aquis tentationum ita afficitur, atque torquetur, vt clamet
cũ sancto Dauid, Saluũ me fac deus, quoniã intrauerũt aquæ
vsque ad animam meam. Veni in altitudinem maris, & tem-
pestas demersit me. Nũc quoque nescitur, qui pisces sint ele
cti, & qui reprobi. Porrò in fine seculi Christo ad judicium
descẽdente, sagena ista quasi ad littus trahitur, cum omnes
ante Christum in valle Iosaphat ducuntur ac præsentantur,
tuncque boni manifeste secernentur à malis. *Intellexistis hæ*
omnia? scilicet parabolas istas & interpretationes earũ. Hoc
Apostolis dicitur, qui tamen apud Marcũ referuntur à Chri
sto

reprehẽsi, eo quòd primam parabolã non intellexe runt. A
cunt ei, Etiam. Ait illis, Ideo Hoc est, ex quo ad vos tãquam
ad aliorũ magistros spectat hæc omnia intelligere. Propter-
ea *Omnis scriba doctus, in regno cœlorum* hoc est quilibet præ
dicator, & prælatus, præsertim episcocus in militante eccle-
sia. *Similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo*
noua & vetera. Vestimenta, vtensilia, alimenta, talenta. Quẽ-
admodum enim talis pater familias vnicuique de filiis, ac fa
miliis suis dat secundum quod indiget, & capere potest, vel
magnus est: sic scriba doctus de quo nunc sermo est, vnũquẽ-
que de grege suo pascit ac instruit, prout capere valet, secũ
dum quod Paulus lacte potasse se dicit eos, qui solitum non
poterant capere cibum. In diuinis enim scripturis inuenitur.
quod omni statui cõgruit. Huiusmodi itaque scriba, profert
de thesauro suo, hoc est, de plenitudine gratiæ perfectionis B
& scientiæ sibi diuinitus distributæ Thesaurus enim desidc-
rabilis in ore sapientis secundũ Salomonem: Noua & veta-
a, hoc est, vtriusque testamenti eloquia, sermonem suum cõ
firmans authoritatibus nouæ & veteris legis. Vnde in Cãti
corũ Ecclesia, Omnia poma noua ac vetera dilecte mi ser-
uaui tibi. Debent ego maiores prælati in vtraque lege esse
periti, imò secundum dei formẽ Theologorum ducẽ sacra-
rũm Dionysium, ad Episcopos pertinet, vt sint adeò do
ctores quod difficilima quæq;, & omnes subditorum dubitatio-
nes soluere possint. *Et factũ est cum cõsummasset* hoc est, per-
fecte terminasset *Iesus parabolas istas* septem, non solum eas
sed etiam earum mysteria, seu interpretationes, differẽda di
cendo. *Transiit inde*, recedẽdo à domo, in qua loquutus est C
eis. *Et veniens in patriam suam* videlicet Galilæã, in qua con
ceptus, nutritus, atq; moratus est *Docebat eos* videlicet com
missionis & conciues suos in vrbe Nazareth secundũ Hie
ronymum, *Ita vt mirarentur* Nazaræi *Et dicerent*, *Vnde huic*
sapientia hæc & virtutes hoc est, miracula. Quasi dicerẽt, Quis
dedit ei tanta dona? Nouerãt enim quod nõ habuit sapiẽtiã
illam per studiũ. iuxta illud Iohãnis septimo capitulo. Vnde
dicebant, Nouit literas, cũ non didicerit? Virtutẽ quoq; miraculorum
non habebant sibi non esse collatam à deo, propter ignobilita-
tem parentelæ. Vnde subditur, *Nónne hic est fabri filius*? scili-
cet ipsius Ioseph qui fertur fuisse faber lignarius. Marci sex-
to habetur, Nõne hic est faber filius Mariæ, vocabãt ergo

R Iesum

Iesum fabrum, vel despectiue, sicut cõmuniter fit cũ filiis improperatur officium patrũ, vocãtur nomine talis officii, vt filiꝰ fullonis promoueatur in episcopũ, inuidi dicũt, ille fabro. Vel quia Iesus patrẽ suum putatiuum frequẽter adiuuit in suo officio. quod Nazaræos istos nõ latuit. Nã vsque ad trigesimum annũ habitauit cum eis, *Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius sunt Iacobus & Ioseph, & Simõ, & Iudas*. De istis fratribꝰ dictum est supra, quod fuerunt cõsobrini Christi, & filij Mariæ vxoris Cleophæ sororis virginis gloriosæ, vt dicit Hieronymus in libro cõtra Heluidiũ hæreticũ. Sanctus Thomas in vno loco ait, quòd illi qui in Euangelio appellantur fratres Christi, fuerunt filij Ioseph de alia cõiuge. Alibi dicit, ꝙ Ioseph creditur virgo fuisse, quod Beda & alij cõmuniter asserunt, & sic fratres isti fuerũt Christi nepotes.

E Cum enim in cruce commiserit matrẽ suã virgini cui esset adulta. probabile est, ꝙ iuuenculã nõ cõmiserit nisi virgini sponso. Et *sorrores eius* i. cognatæ *Nónne apud nos sunt* i. ex cõgini hoc est, inter nos habitãdo Et *scandalizabantur in eo* i. ex cõsideratione humilis genealogiæ cognationisque Christi, in peccatum prolapsi sunt, æstimantes, q̃ sapientiam & virtutes habuerit à diabolo, potius quàm à deo. In quo patet infinita eorum cęcitas atq; peruersitas, cum multi prophetarum illuminati, & egeni extiterint, & tamen prophetali sapiẽtia deo miserãte impleti sunt, vt Amos agricola vellicãs sycomoros Amos. 7. Hieremias puer Iesus *autem dixit eis*, *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo* i. familia *Sua*. Nõ ꝙ alibi vbique honoretur, vel ab omnibus suis compatriotis spernatur. Hie. 1.

F sed quia cõmuniter sic est, quod à suis magis contemnitur quam ab aliis, & hoc ex inuidia oritur, vel superbia, quia homines malè pati possunt, vt cõpares sui præferantur eis & ciues patriotæ melius sciunt imperfectũ alicuius, quàm alij, & frequenter conuertunt oculum mentis ad cõsiderationẽ eius, quod homo fuit tempore pueritiæ, vel cũ eis similis videbatur. Et *non fecit ibi virtutes multas* hoc est multa miracula. Item hac vice *Propter incredulitatem illorum* videlicet quia indigni erant, & etiam ne faceret eos maiori dãnationi obnoxios. Fecit tamẽ ibi quædam miracula, ne excusationem infideliratis haberent. Vnde Marcus habet, Et nõ poterat ibi virtutẽ vllam facere, scilicet potẽtia ordinata, quia non decuit, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit.

CAP.

CAP. XIIII. *In illo tempore, Audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu.* A

ARTICVLVS XXVII.

N *illo tempore, audiuit Herodes* Antipas filius Herodis Ascalonitæ cuius tempore natꝰ est Christus, qui & infantes occidit *Tetrarcha* id est, princeps quartæ partis regni. Nam patre eius mortuo, diuisum est regnum Iudææ in quatuor partes, quarum duæ datæ sunt Archelao filio prædicti Herodis. Tertia pars Philippo. Quarta, huic Herodi data ab imperatore Romano *Famam Iesu*. i. rumorem miraculorum, documẽtorum, & operum Christi Et *ait pueris* familiaritibꝰ *Suis* vel sibi familiariter iunctis *Hic* Iesus de quo adhuc tanta *Est Iohannes Baptista* sciebat enim Herodes Iohannem virum sanctum & iustum fuisse, vt habet Marcus. Hinc ideo audiens tanta de Christo, putauit quod ipse esset idẽ Iohannes & sanctus, quasi deus non haberet nisi vnum excellentem ministrum in mundo. Ipse Iohannes quem ego decollaui, *Surrexit à mortuis* Ex hoc patet quod iste Herodes si Iudæus & pater eius, legẽ Moysi acceptauit Et *ideo virtutes* hoc est, præcedentia merita, seu opera virtuosa Iohannis *Operantur in eo* i. sunt causa, quod tanta mirabilia agit. Quanuis enim Iohannes ante mortem suam nullum fecerat signum, æstimabat tamen Herodes quod post suam resurrectionem miracula faceret, quasi ad statum meliorem promotus. Et quia de morte Iohannis iam tactum est, Euãgelista describit causam, modum, & ordinem suæ occisionis. *Herodes autem* per seruos suos *Tenuit* hoc est, cõprehẽdit accepit, *Iohãnem & alligauit eum, & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris* B *sui* id est, ad instantiam Herodiadis coniugis Philippi, qui C fuit frater Herodis, cuius legitimam coniugem nomine Herodiadem abstulit iste Herodes, & secum in adulterio sedit: vel propter Herodiadem, hoc est, propter amorẽ carnalem quem habuit ad eam, quam tãto carnalitatis ardore amauit, quod increpationem de hoc ferre non potuit. Vel, propter Herodiadem, id est, ad hunc finem, vt Iohãne occiso, cum illa iucundius ac securius delectaretur. *Dicebat enim illi* puta Herodi *Iohãnes, non licet tibi* qui legem Moysi recepisti *Habere eam* in coniugem, quia hoc prohibet lex, ne quis vxorem fratris sui, illo viuente accipiat. Et *volens* Herodes *Illum* id est, Iohannem *Occidere, timuit populum* ne insurgeret contra eum, si Iohannem occideret, *Quia sicut prophetam eum*

D *habebant* id est, Iohannem reputauit populus communis esse prophetam. Vnde dictio illa, sicut, hoc loco dicit non tantum similitudinem, sed etiam veritatem. Marcus habet, quod Herodes metuebat Iohannem, sciens eum virum sanctum & iustum, & custodiebat eum, & audito eo, multa faciebat, & libenter eum audiebat, quibus verbis Marcus præmisit. Herodias autem insidiabatur Iohāni, volens occidere eum nec poterat, cuius impotentiæ causam Marcus assignans dicit, quæ allegata est. Herodes enim metuebat Iohannem. Ex quibus patet, quod mulier ista nepharia, primò concepit odium contra Iohannem suæ concupiscentiæ inimicum: videns enim quod Herodes Iohannē libenter audiuit, eoq; audito multa operabatur, cœpit timere ne propter prædicationem Iohannis Herodes eam abiiceret, & primo redderet viro. Quod ergo E nunc dicitur, quod Herodes querebat Iohannē occidere, intelligendum est, processisse ex Herodiadis suggestione. Efferminatus quippe Herodes intantū victus est luxuriosæ mulieris concupiscentia & amore, vt contra legē & propriæ rationis iudiciū acquieuerit mulieri. Et insidiabatur Iohānni, quē ante libenter audiuit ac timuit. *Die autem natalis.* i. anniuersario die natiuitatis *Herodis, Saltauit* hoc est, chorizando triplicem pudiauit, *Filia Herodiadis* ex alio viro in medio aulæ seu alterius loci vel in medio eorū, qui aderant. *Et placuit Herodi* Saltans filia meretricis, & saltatio eius. *Vnde.* i. ex qua vana contentia placentia *Cum iuramento pollicitus est* hoc est, promisit. *Ei dare quodcunque postulasset ab eo* quāuis mediam regni partem. F *At illa* puella *Præmonita à matre sua* Herodiade, à qua perierat consilium, dicens, Quid petam? Et illa, *Caput Iohānis Da mihi*, inquit, puella Herodi *Hic* hoc est, in loco præsenti, *In disco, caput Iohannis Baptistæ* quod fieri non potuit, nisi decapitaretur. *Et contristatus est rex* Herodes, quod eam inconsulte iurasset ac promisisset, & quod illa tam crudeliter postulasset. Quidam dicunt, quòd Romani abstulerunt à Iudæis nomen regium. Et tamen hoc loco Herodes dominus Iudæorum dicitur rex. *Propter iuramentum autem* quod fecit puellæ ne videretur periurus, *Et eos qui pariter recumbebant* id est, simul cum ipso manducabant. Fecit enim cœnam principibus & tribunis, & primis Galilææ. Itaq; propter istos ne in tantorum virorum præsentia videretur periurus & mendax, vel ne ipsi turbarentur, quia fortassis cōsenserunt. Herodiadi in mortem

mortem Iohannis *Iussit dari* caput Iohannis puellæ nequissimæ. A

¶ Secundum Hieronymum, & alios plures, Herodes cū Herodiade ordinauit, quomodo posset Iohannem occidere, & inuento concordi consilio, fecit cōuiuium in quo filia Herodiadis tripudiaret, qua saltante finxit se rex vltra modum delectatum in saltatione illius, moxq; iurando promisit dare ei quod peteret. Qua caput Iohānis petenti, simulauit se rex contristari, vt populus haberet eum excusatum de morte Iohannis, cum tamen corde gauderet, & hoc alij probant. Primò, quia vt scribitur hic, Herodes ante saltationē, accubitū, & postulationē puellæ voluit Iohannem occidere. Secundò, quoniam nisi optasset mortem Iohannis, non occidisset eum propter iuramētum, quia sub promissione huiusmodi nō intelligitur aliquod illicitum cadere. Tertiò, quia nō est probabile, q̄ propter saltationem promitteret puellæ tantū donū. Veruntamen Augustin⁹ sentire videtur, quod Herodes verè metuebat & libēter audiebat Iohānē, & ex animo tristis affectus est postulatione illa audita, quod literæ huius capituli, & verbis Marci magis consonari apparet. Quod igitur dicitur, Herodē voluisse occidere. Iohānē, intelligi potest de voluntario permixto inuolūtario, quomodo Pilatus voluit crucifigere Christū, quē is vtiq; voluntariè crucifixit, aliter non peccasset, sed erat voluntarium illud inuoluntario mixtum. B

¶ Deniq; sicut (iuxta Salomonē) vult & non vult piger, si ta Psal. 13.
men vult & non vult, hoc quoq; quod vult, efficit cū mœrore, quemadmodū negotiator cum tristitia proiicit merces in mare. Habuit ergo displicentiā contra Iohannē propter increpationē ipsius, & inclinationē ad occidendum eum, propter Herodiadis preces. Sed nō tantū quod absolute decreuit vel C optauit eum occidere secundū Augustinum, ideo contristat⁹ est audita petitione petulantis puellæ. Ad secundum dici potest, quod reges, principes & superbi voluat promissa ac iuramenta sua implere, quāuis illicita, ne ab hominib⁹ iudicentur periuri aut mentientes. Et quod apponitur, Si puella peteret caput patris & matris, Herodes non consensisset, ergo quod iurauit puellæ dare quicquid peteret, insidiando fecit. Hoc solueretur dicendo, quod intētio Herodis nō erat absolute promittere. Sed dummodo non esset penitus irrationabile, & absurdum. Ideo eū dixit, Licet dimidiū regni mei. Quasi diceret, si aliquod maius petieris, non præstarem. Ad

D tertium diceretur, quod reges cum vino calefacti sint, facilius inclinantur ad promittendū, vt patet de Assuero, quomodo promiserat Hester. Quanuis autem caput Iohannis dare saltanti, fuit maximè irrationabile, tamen Herodes non reputauit hoc tam irrationabile, vt alia multa. *Misitq; spiculatorem Et decollauit* per manum illius *Iohānem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datū est puellæ, & tulit matri suæ* Herodiadi, vt viso capite increpatoris sui gloriaretur, de condigna vindicta. O qualia sunt iudicia dei. Et quomodo permittit deus iustus & sanctus electos suos in præsenti seculo tribulari, à reprobis opprimi, multis iniuriis affici. Scit enim quàm salubre & meritorium hoc eis existat. Ecce sanctissimum virum consanguinem Christi, præconem, præcursorem, baptistam, saluatoris, quo inter natos mulierum maior non fuit, permisit ad suggestionem adulteræ incarcerari, ad instantiam petulantis ac vilis puellæ occidi. Nemo ergo seruorum Christi murmuret, contristetur, ac pusillanimis fiat, dum aduersitatibus atque iniuriis fatigatur. Multæ enim tribulationes iustorum. Et tāquam aurum in fornace probabit deus electos. *Et accedentes discipuli eius* puta Iohannis *Tulerunt corpus eius* de carcere vel loco carceri propinquo, *Et sepelierunt illud* in vrbe Sebaste, vt dicitur quæ olim vocabatur Samaria. Nec dubium quin fecerint planctum magnum super tam dilectum & sanctum magistrum, *Et venientes nunciauerunt Iesu* de occisione Iohannis. Nouerant enim Iesum esse cognatum & amicum Iohannis præcipuum. *Quod cum audisset Iesus* Non quod tunc illud primò cognouit (quippe cum ipse omnia præterita, præsentia, & futura, à primo suæ conceptionis instanti agnouerit) sed tunc ostendit se illud cognoscere faciēdo, quod subditur, *Secessit inde* videlicet à patria sua, seu Nazareth, *In naviculam* vt pauper & humilis, vili & humili vehiculo, nauigaret trans fretum seu mare Galilææ, vt patet in Iohanne, *In locum desertum seorsum*, nō quasi timens ab Herode occidi, quem poterat solo nutu destruere, sed quasi cedens furori hostis, dansq; exemplum vicissim declinandi persecutionem, & vt die diuinitus præordinato pateretur in Hierusalem, sicut frequenter prædixit. *Et cum audissent turbæ* Iesum transisse ad locum hunc, *Sequutæ sunt pedestres de ciuitatibus*, nec dubium, quinetiam de villis acq; castellis. Causam quare sequutæ sunt eū, Iohānes refert, videlicet,

Hest. 5.

quia videbāt signa quæ faciebat super his qui infirmabā A
tur. *Et exiens Iesus*, hoc est, desertum locum egrediens, & turbis quodammodo obuians, *Vidit turbam multam, & misertus est eis*, quia erant sicut oues non habentes pastorem secundum Marcum, Et *curauit languidos eorum*, hoc est, infirmos quos turba adduxit, & docuit turbam. Per hoc mystice designatur, quod Christus ipsius vestigia sequentibus, eisque gratiosam præsentiam quærētibus, protinus obuiat, & vltro se offerat. Iuxta illud, Omnis qui querit, inuenit, vulnera vitiorum in eis curat, & lumen sapientiæ influit. *Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicētes*, *Desertus est locus* in quo sumus, hoc est, domos & cibos non habens. *Hora præteriit*, id est, tempus huius diei ad occasum iam tendit, ideirco *Dimitte turbas* dando eis licentiam vel consilium reuertendi ad loca habitationis, *Vt euntes in castella* B
emant sibi escas Marcus sic habet, Vt eumtes in villas & vicos. Vnde per castella, alia quoque loca conuenientia insinuantur, in quo declaratur solicitudo superflua imperfectaque fides discipulorum, qui dabant consilium recedendi a Christo, & spirituali alimento, propter corporeum cibum, & quasi fame periclitari possent, quibus adfuit Christus. Ipse *autem dixit eis*, *Non habent necesse ire*. Ad cibos emendos. *Date illis vos* manducare. ¶ Quæritur, cur hoc Christus discipulis, quos nouerat non habere cibaria tanta. Dicendum primo ad insinuandum, q̄ si discipuli habuissent fidem sicut granum sinapis, certi fuissent se sola prece posse acquirere escas sufficientes turbæ à deo. Secūdo, Intelligi potest C
per modum propheticæ prænuntiationis, vt Christus dicatur dixisse discipulis, Date illis manducare, quia sciuit sic esse euenturum. ¶ Sciendum tamē q̄ antequam Christus hæc dixit, interrogauit Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi? vt habet Iohannes, Quo respondente, Ducētorū denariorū panes non sufficiunt eis. dixit Saluator, Vos date eis manducare. Responderunt discipuli, Euntes emamus denariis ducentis panes, & dabimus illis manducare? Qui dixit, Quot panes habetis? vt in Marco habetur. Quid au- Marc. 6.
tem ad hoc responderint subiungit Matthæus. Responderūt enim, *Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces*. Iohānes vero habet. Respondet ei Andreas, Et puer hic vnus, habens quinq; panes hordeaceos, & duos pisces. Itaq; p synecdochē

Lucæ. 9.

D ponitur pars pro toto, vel omnes respondisse dicuntur, quia Andreas respondit pro omnibus. *Qui ait eis*, *Afferte huc illos mihi* panes & pisces. *Et cum iussisset turbam discumbere*. Hoc est, manducare vel ad manducandum quiescere, seu sedere *Super fœnum* erat nanque fœnum multum in loco illo, nec tabulas nec sedilia habuerunt, *Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens cœlum* non quod per eleuationem corporalium oculorum suorum, hoc est, interiores oculi animæ suæ plus quàm ante eleuarentur, ad deum per contemplationem, quem indesinenter per speciem vidit: sed respexit in cœlum. Primo, vt daret nobis exemplum semper recurrendi ad deum, iuxta illud in Psalmo, Oculi mei semper ad dominum. Secundò, ad significandum quod tota virtus & efficacia sua esset à patre. Quemadmodum ait apud Iohannem, Non possum ego à meipso facere quicquam, *Benedixit* in quo docuit ante comestionem benedicere cibos. *Et fregit, & dedit discipulis panes*, Iam fractos. *Discipuli autem dederunt Turbis*. ¶ Denique inter manus Christi & discipulorum, multiplicati sunt panes & pisces, vel per creationem nouorum panum & piscium: vel per solam eorum multiplicationem, sine alicuius materiæ cõuersione, in panes piscesque: vel per augmentationem: conuertendo aliquid in panes & pisces. De modo siquidem huius multiplicationis, est longissima atq; difficilis disputatio inter doctores. Et *manducauerunt omnes & saturati sunt* omnes. Et discipuli *Tulerunt* hoc est, colligendo à manducantibus abstulerunt *Reliquias* ciborum remanentes, *Duodecim cophinos fragmentorum* plenos, Ponit continẽs pro cõtento, hoc est, fragmenta sportarum duodecim. Mystica horum explanatio ponitur in Iohannis Euang. Vnde ad locũ illũ hãc differo, Marcum *ducantium autẽ numerus fuit quinque milia virorũ exceptis mulieribus & paruulis*, quorũ numerus forsitan numerum virorum excessit. Quẽadmodum verò in Numeris habetur, Viri vocantur qui vicesimum annum attigerunt, quasi potentes ad bella procedere. Et *statim iussit discipulos suos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum*, Videlicet, vltra mare Galiææ: imò coegit eos ad hoc secundũ Marcum: per quod patet q̃ nec ad horã libenter separabantur à tã dulci ac potenti magistro. Nihilominus statim obtemperauerunt, *Donec dimitteret turbas*, à se recedere, & tunc sequeretur discipulos.

Pſal.24.

Iohan.6.

E

F

Num. 1.

Marci. 6.

scipulos. Turbæ enim noluerũt abire, nisi viso discipulorum A recessu. Et *dimissa turba, ascendit* imò secundum Iohannem fugit, In *montem solus orare* Ratio cur fecit discipulos præcedere, & cur ipse fugit in montem prędicti deserti, exprimitur Iohan. 6. quo legitur, Sciens Iesus quia venturi erant vt Iohan. 6. raperent, & facerent eum regem, viso scilicet tãto miraculo *Fugit in montem* in quo docuit honorem & gloriam mundi humiliter declinare. *Vespere autem facto, solus erat ibi* in vertice montis. Porrò quòd Christus turba dimissa ascendit montem causa orandi, ostendit, quòd aliorum præsentia frequenter impedit orationis instantiam ac feruorẽ, & quòd locus sublimis seu opportunus occasionaliter proficit ad exorandum mentis feruorem in orando, laudando, contemplandoq; deum: & item, quòd prælatus, prædicator, ac doctor dominici gregis semper cum potest redire debet ad locum quietum, in quo solus cum domino occupetur, atque ab eo purgetur, illuminetur ac perficiatur, ita vt rediẽs memoriam abũdantiæ suauitatis dei gustatæ suis eructet, gratiãq; perceptam aliis administret. *Nauicula autem* in qua erant discipuli, *in medio mari* stagno prædicto. Non enim fuit magnum mare, *lactabatur fluctibus* orta tempestate in aqua. *Erat enim contrarius uentus* nauigationi eorum, nec poterant facile remigare. Ex quo figuratum est, quòd carentes præsentia Christi, variis periculis subiacent: eiusq; interna consolatione absente, diuersæ afflictiones & tempestates tentationum oriuntur in animo. Ideo Sanctus Iob, Pone me (inquit) iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. *Quarta autem vigilia noctis* id est, tribus partibus noctis iam lapsis, & vltima parte eius instante vel inchoata. Solebant enim milites tempore prælii exercitum custodientes, diuidere noctẽ in quatuor partes, quatenus in qualibet parte vna pars militum vigilaret ad custodiendum exercitum. *Venit* Iesus *Ad eos ambulans supra mare* per agilitatis dotem, secundum Hugonem, quod tamen alii negant: secundũ Marcum, Iesus stãs in terra, vidit discipulos laborantes in remigando, & tamen Marc. 6. ibi statim sed circa finem noctis venit ad eos, qui tota nocte periclitabãtur: ad designandũ, q̃ sæpe permittit electos suos ad tempus affligi, vt à venialibus purgentur, & Christi gratiam atque præsentiam inuocando, ampliori gratia & gloria decorentur. Et *videntes eum supra mare ambulantem turbati sunt*

Iohan. 6.

B

Pſal.14.

Iob.17.

C

D *bati sunt* propter rem prorsus insolitam, *Dicentes, quia phantasma est*, id est, apparentia rei non existentis, quod esse videtur. Forsitan timebant ne esset spiritus malignus in specie Christi. *Et præ timore clamauerunt* diuinam protectionem inuocando, quia timebant à dæmone illudi, & nocumentum incurrere *Statimq; Iesus loquutus est eis, dicens, Ego sum*, sicut apparet, & cuius vocem cognoscitis, & qui vera esse habeo, qui olim dixi ad Moysen, Ego sum qui sum: hæc dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos, *Habete fiduciam* in deo, *Nolite timere* inordinato pauore, à negotio perambulante in tenebris. in omnibus inueniuntur discipuli Christi vsque ad spiritus sancti emissionem vel ascensionem satis imperfecti ac rudes, propter quod Saluator apud Marcum ait, quia obcæcatum fuit cor eorum, *Respondens autem* E *Petrus* qui in omnibus inuenitur cæteris in fide & charitate ardentior *Dixit, Domine si tu es* hoc dixit, non amplius dubitando, alioqui nō commisisset se tāto periculo, vt propter verbum ipsius inciperet ambulare supra mare. Quod igitur ait, Domine si tu es, ex charitatis procedit ardore & fidei magnitudine, qua credidit se per potentiam vel meritum Christi posse supra aquas incedere. *Iube me venire ad te super aquas*, quoniam tibi obediendo perire non valeo. *At ipse* Iesus, Ait, *Veni*, Et *descendens Petrus de nauicula, ambulauit super mare*. Nouerant Petrus quòd virtute Christi posset aqua sub pedibus suis consolidari, vel corpus suum leuificari. Et ad magnitudinem huius miraculi confert, quòd tam Chri- F stus quàm Petrus non supra tranquillum, sed turbulentum mare deambulauit. *Videns verò* imò experiens, *Ventum validum* se impellentem, *Timuit*. Et *cum cœpisset mergi* propter timorem inordinatum ex fidei imperfectione descendentem, *Clamauit, dicens, Domine saluum me fac* ab isto submersionis periculo. Et *continuo Iesus extendens manum apprehendit eum*. Sic cunctis electis periclitantibus spiritualiter facit Christus. Nam licet ad tempus desinat eos aduersitatibus agitari tamen cum prospicit, quò mox perituri sint misi ipse succurrat, porrigit manum adiutricem. Propter quod Psal. 117. ait Psalmista, Impulsus, euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me. Itemque, Cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Et *ait illi Iesus, Modicæ fidei*, id est, tu Petre modicam habens fidem, vel potius fidei actum

Exod. 3. Psal. 90. Marc. 6.

Universidad de Deusto Biblioteca

sum, quantum ad præsens. Modicam enim fidem habere A videtur, in quo passionis partis sensitiuæ fidei actum impedunt siue obnubilant. *Quare dubitasti?* id est, incertus fuisti de mea custodia, & tua conseruatione, quasi mergi posset, qui me iubente super aquas progreditur, cum ego per Esaiā dictatus sum, Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Nondum fuerāt Petrus tantus in fide, vt cum psalmista dicere posset, Nā & si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et *cum ascendisset Iesus* cum Petro *In nauiculam, cessauit ventus* haud dubium quin Christo iubente: sic Christo per interiorem visitationem redeunt ad cor, quod tempus dispensatione reliquit, redit tranquillitas animi, delectaturque anima in mirabilitudine pacis. *Qui autem in nauicula erant*, videlicet a- B postoli, discipuli, & vt dicit Hieronymus, vectores & nautæ, Ve*nientes* & genibus flexis, vel proni super asseres, *Adorauerunt eum*, Si crediderunt eum esse verum deum, adorauerūt eum adoratione latriæ. Et certum est quod nec apostoli habuerunt firmam & fixam fidem de hoc, vsq; post resurrectionem. Nondum enim sciebant minora de Christo, vt q̄ esset passurus pro mundo, vel resurrecturus à morte. *Vere filius dei es*. Si adorauerunt eum vt verum deum, vocabant eum filium naturalem & vnicum: si autem adorauerunt eum adoratione dulię, quasi hominem excellentem vt Ioab Dauid regem, vocabāt eum filium dei per gratiā singularē. Cōmuniter verò affirmant doctores, q̄ adorauerūt eum adoratione latriæ, quasi filium dei naturalē, verumq; deum, Sed si in hac C fide stabiliti fuissent, nō tam facilè postea dubitassent, sicut in sequenti dicetur cap. & præsertim tempore passionis, quā do verba credentiū mulierum videbantur eis deliramenta. Et *cum transfretassent* id est, vltra mare istud nauigassent Iesus & discipuli *venerunt in terram Genesar* de qua dictum est supra. Et *cum cognouissent eum viri loci illius*, vel ex solo rumore, quia famosus erat: vel ex aspectu, vel quod potiꝰ tenē dum est, quoniam Iesus iam semel fuit in regione illa, in qua liberauit duos à dæmonibus, qui ingressi in porcos præcipitauerunt eos in mare, quod factū omnibus terræ illius innotuit. *Miserunt in vniuersam regionem illam* colligendo & adducendo ad Iesum omnes infirmos, sicut subiungitur, Et *obtulerunt ei omnes male habentes*. Ex consideratione enim præcedentis miraculi, & aliorum signorum quæ perceperunt fa-

D cta à Christo firmiter crediderunt, quod possit quoscũq; infirmos curare. Et *rogabant eum* infirmi vel alii pro infirmis, *Vt vel fimbriam uestimenti eius tangerent* vt sanarentur corporis sui sanctissimi tactu, se reputantes indignos, nec oportere illud cõtingere, sed sufficere tactum extremæ partis vestitus ipsius, propter excellentiam suæ sanctitatis, quibus Christus libenter assensit. Et *quicunq; tetigerũt* fimbriam *Salui facti sunt* ab incommodo seu languore mentis & corporis. Virtus nempe exiuit de eo, & redundans in corpus, sicq; diffundens per vestem, sanauit omnes, vt dictum est.

¶ Declario Cap. XV. *Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi,*

ARTICVLVS XXVIII.

E Vnt *accesserunt ad eum* cuius vestimentorum contactu sanabãtur infirmi *Ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicẽtes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones*, id est, ordinationes morales *Seniorum*? id est, factas seu institutas à senioribus qui præerant populo Iudęorum & successerũt septuaginta senibus electis a Moyse, de quibus in lib. Numerorum legitur, Hi seniores ordinauerunt ne Iudęi comederent manibus cõmunibus, hoc est, non lotis, quod discipuli Christi interdum non seruauerunt: nec tenebãtur ad hoc, quoniã sub summi dispensatoris magisterio erãt, qui poterat eos ab hac ordinatione absoluere. nã & ipsemet Christus sæpe non lotis manducauit, vt Lucas habet. *Non enim lauant manus suas cũ panẽ manducant* id est, quando ad mensam accessuri sunt Per panẽ autẽ designat scriptura quemlibet cibum. *Ipse autem* Iesus *Respondens ait, Quare & vos transgredimini mandatum dei, propter traditionem vestrã* vt obseruetis vestras institutiones, Non ex patientia, sed zẽlo iustitię taliter Christus respondet innocẽtes excusando, & inuidos ac præuaricatores accusando. Primò, ad ostendendũ ꝙ indigniſſimi alios de paruis accusare, qui magnis subiacẽt vitiis. Secundò, vt adimpleretur quod per Esaiam de seipso prædictũ est, Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mãsuetis terræ, & in Psalmo, Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperũ, & humiliabit calumniatorẽ. Quomodo autẽ scribę ac pharisæi transgressi sunt diuinum mandatum, subiungitur. *Nam deus dixit*, id est, per Moysen iussit, *Honora patrẽ tuũ & matrem* carnales, non solum reuerentiã exhibendo

bendo tanquã principiis existentiæ tuæ, sed etiã necessaria A
ministrando cũ indigent. Quanuis enim per se & secundũ communẽ cursum non debeant filij parentibus thesaurizare sed econtra vt dicit Apostolus, tamẽ per accidens, scilicet, in casu necessitatis & notabilis indigentię hoc oportet, imò in casu necessitatitis magis succurrẽdũ esset parẽtibus, q̃ vxori aut filiis propriis secundũ Thomã Et *qui male dixerit patri aut matri* verbo vel facto, vel aperta rebellione. *Morte moriatur* secundum legẽ occidatur, hęc erat pœna maledicentium suis parẽtibus. Vnde in Ecclesiastico scriptũ est, Quam malæ famæ est qui relinquit patrem, & est maledictus à deo qui exasperat matrem *Vos autem dicitis* hoc est, præceptum falsę exponẽdo, alios vestra traditione ita instruitis. *Quicunq; filius Dixerit* patri aut matri indigẽti *munus quodcunque ex me* id est, quicquid ego obtulero deo seu omne munus B
quod ex mea deuotione deo offertur vel cõsecratur *Tibi prodest*, id est, tibi vtilius erit quàm si illud tibi præstarẽ, quia proficiet tibi ad spiritualem salutẽ, quæ melior est quàm corporalis nutritio. ¶ Ad huius intellectũ sciẽdum, ꝙ sacerdotes scribę ac pharisæi auaritiæ dediti, vt maiores oblationes acquirerent impietatem suam quadam religione palliabant, dicentes, quòd melius esset deo offerre quæ parẽtibus dãda essent, quã conferre ea parentibus. Primò quoniã deus esset pater summus ac principalis, de quo Esaias ait, Tu domine pater noster. Secundò, quia hoc magis prodesset saluti parẽtum, dixerunt ergo ꝙ quãdo filij dicerent parẽtibus ęgenis, Munus quodcũq; est ex me, vel à me deo promissum oblatũ vel cõsecratũ vobis proderit magis, quam si illud in vsu vestros expenderitis, tunc filij nõ tenerentur parẽtibus victua C
ministrare, quãuis indigerẽt: & hoc etiam idcirco dixerunt scribæ ac Pharisæi vt parentes sic esse putantes, nõ auderẽt bona filiorum deo oblata cõtingere, ne sacrilegij crimẽ incurrerẽt. Sed ista scribarum assertio falsa est, nõ enim vult deus sibi offerri ea quæ aliis debẽtur, parentibus autem negatur filij ministrare necessaria vitæ in casu prędicto. Porro quod subditur, Et *non honorificabit patrẽ suũ ac matrem suã* dupliciter autẽ intelligi potest. Primò, Et nõ honorificabit, id est filius ista dicendo parentibus vel bona sua deo vouendo non tenetur, nec debet honorificare, seu necessaria minis-trare patri aut matri. Secundò sic & nõ honorificabit, id est,

quicunque

D quicunq; filius vestrã traditionẽ sequitur, nõ honorificabit
veraciter suos parẽtes, dando eis victũ atq; vestitũ dum indi-
gent. Sicut lex præcepit, sicq; transgreditur diuinũ præceptũ
sequendo vestrũ errore. Ideo subditur. *Et irritum* i. vacuũ &
falsæ intellectũ ac præuaricatũ, *Feciſtis mandatũ dei* de hono-
ratione parentum, *Propter traditionem veſtrã* iam dictã, qua
per illam inducitis aliquos ad falsum intellectũ atq; crudẽ-
lem trãsgressionẽ diuini præcepti, euacuatisq; illud, & ita ag-
gitis contra præceptũ Moysi in Deuteronomio, vbi ait, Nõ
Deut.4. adiicietis ad verbũ quod ego loquor, nec auferetis ab eo. Et
feciſtis homines potius obedire vobis q̃ deo Hypocritæ qui alind
estis & aliud simulatis *Bene prophetauit de vobis Esaias dicens*,
Populus hic, à foris religiosus, sed intus vitiosus, *Labiis me ho-*
E *norat*, ore laudando deũ ac prædicãdo diuina, *Cor autem eo-*
rum longe eſt à me non locali distantia, cum ego vbiq; sim, &
Esaiæ.29. omnia penetrem, sed dissimilitudine, quia peccata eorum di-
Esa.69. uidunt inter me, & eos. Vnde sapiẽs inquit, Lõge est domi-
Prou 15. nus ab impiis. Et Oseas, Dereliquerunt (ait) dominũ in non
Osee.4. custodiendo. *Sine cauſa autem*, id est, inaniter *Colunt me*, ex-
teriori obsequio solum, quia nõ est meritoriũ opus huiusmo-
di, nec perducit ad vltimũ finem, qui est vita æterna *Docẽtes*
doctrinas i. exhortationes, Et *mãdata hominũ*, Humano spiri-
tu, nõ spiritu sancto loquẽtiũ. i. traditiones seniorũ suorũ di-
uino mandato contrarias, Et *conuocati turbis ad ſe, dixit eis* Iu-
sus, *Audite & intelligite*. i. diligẽter aduertite quæ dico. Non
quòd intrat in eos i. cib⁹ corporalis qui ore accipitur, *Coinqui-*
nat hominẽ inquinatione peccati, quantũ ex natura cibi, quo-
niã omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendũ quod cũ
F gratiarũ actione sumitur, sanctificatur enim per verbũ dei, &
nihilominus cib⁹ potest esse materia vel occasio spiritualis im-
munditiæ ratione prohibitionis vel immoderantiæ, sed non
origo, & radix inquinationis est ab anima, non à cibo. Fuit
multi cibi erãt in lege prohibiti. Apostolus quoq; vetat idolo-
lothyta, seu idolis immolata comedere, ne alij scãdalizentur
Sed quod procedit ex ore videlicet verbũ inordinatũ, seu super-
stitiosa traditio, *Hoc coinquinat hominẽ* intus in anima. Vnde
Iacobus inquit, Vniuersitas iniquitatis lingua cõstituitur in
membris nostris, Et Paulus, Corrumpunt (inquit) mores bo-
nos colloquia praua *Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei*
Discipuli autẽ tenebantur humano timore, idcirco ne Chri-

stus grauius offenderet scribas ac phariseos, vel cõtra se eos A
prouocaret, accesserunt ad Iesum dicentes, *Scis, quia Pharisæi audito hoc verbo* Non quod intrat in os coinquinat homi-
nem, &c. *Scandalizati sunt*, id est, ad ruinam culpæ indu-
ci videlicet indignati & seditionẽ mouere optãtes in turba
contra Christum quasi infrigeret legem, quæ aliquos cibos
vocat inmundos. Christus autem non scandalizauit eos di-
recte, quoniam scandalum actiuũ est dictum vel factum mi-
nus rectum præbens alteri occasionem ruinæ: sed illi ex sua
peruersitate scandalizati sunt, non volentes acquiescere sa-
næ doctrinæ, At *ille respondens* discipulis suis, Ait, *Omnis*
plantatio id est, generatio plantata, vel doctrina humanitus
inuenta atque erronea, *Quam non plantauit*, id est, per gra-
tiam prædestinationis non fundauit, vel per lumen sapiẽtiæ B
nõ inspirauit nec stabiliuit *Pater meus cæleſtis, eradicabitur*,
id est reprobabitur atq; damnabitur, sicut per Esaiam præ-
dictum est, Turbabis eos, & ventus tollet, & aura dispergẽt
eos. Et iterum, Et quidam neq; status neque radicatus in ter-
ra. Truncus eorum, repente flauit in eos & aruerunt. Vnde
Ecclesiastes, Quasi vmbra (inquit) prætereũt, qui non timent
faciem domini. ¶ Sed quæritur. si omnis plantatio non plã-
tata à deo eradicatur, & plantata ab eo non eradicatur, quo
modo ad synagogam dominus dicat per Hieremiam, Ego Eccle.8.
plantaui vineam electam & conuersa es in amaritudinem
vitis alienæ. Et in Psalmo, Vineam de Aegipto transtulisti, Hiere.2.
eiecisti gentes, & plantasti eam. Et post pauca, Vt quid de-
struxisti maceriam eius, & vindemiant eam, omnes qui per- Psal.79.
grediuntur viam. Exterminauit eam aper de sylua, Denique C
Apostolus Corinthiis scribens, Ego (inquit) plantaui, nun- 1.Cor.3.
quid & illa plãtatio eradicata est? Insuper quicquid essentiæ
vel existentiæ est in rebus, à deo patre pfluxit. Ergo omnis
plantatio ab eo plantata est, præsertim cũ Hieremias de im-
pio dicat, Plantasti eos, & proficiunt. Et respondendũ, quòd Hiere.12.
synagoga à deo plantata fuit: quantum ad receptionem tẽ-
poralium bonorum, & habitationem in terra promissionis,
stultitiã Iudeorum, quantum ad bona gratiæ plantati fuerũt
omnes. Vnde quod de plãtatione & destructione synago-
gæ allegatum est, nõ oportet accipere de eisdẽ numero, sed
de specie. Apostolus quoq; plãtauit instrumẽtaliter, deus prin-
cipaliter propter quod ait, Dei cooperatores sumus, interea 1.Cor.3.

omnes

omnes existens potest dici plãtatum à deo, quantum ad esse
D naturale, quod recepit à primo vniuersorũ fonte principio.
Nũc autem fit sermo de plantatione, seu interiori fũdatione mẽtis à deo per gratiã, sine qua nemo finaliter stabilitur:
ad quod pertinet quod ait Saluator, Nemo potest venire ad
me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Et denuo, Nemo (inquit)
Ioan. 6. venit ad me, nisi pater me⁹ traxerit eũ. Alii eradicãtur, iuxta
Esa. 26. illud tollatur impius ne videat gloriam dei. Separãtur enim
Sapien. 4. à consortio electorũ, &, regione viuentium. Hinc scriptũ est:
Apo. 22. Adulterinæ plantationes nõ dabunt radices altas. *Sinite illos*
hoc est, dimitte scribas ac pharisæos incorrigibiles scãdalizari, errare, turbari, quatenus qui in sordibus est sordescat adhuc, & peccator adiiciat ad peccandũ. Nõ enim propter scã
E dalum aliorum vitandum, omittenda est veritas vitæ, iustitiæ
vel doctrinæ, secundũ Hieronymũ: vnde ait Gregorius, Cũ
Hierony. de veritate scandalum oritur, rectius nasci permittitur quã
Grego. veritas deseratur, veruntamẽ scandalũ pusillorũ vitandum
est magis quã pharisæorũ sicut infra dicetur, *Cæci sunt* corde, id est, lumine veræ sapientiæ, & rectæ intelligentiæ scripturarũ priuati. Excæcauit enim eos rãcor eorũ, quia in ma
liuolam animã non introibit sapientia. *Duces cæcorum*, hoc
Sapiẽ. 2. est, ductores, magistri & prælati carnaliũ, literaliũ atque er-
Esaiæ. 56. rantium Iudeorũ: vnde conuenit eis illud Esaiæ, Speculatores eius cæci omnes vidẽtes vana, ipsi pastores ignorauerũt
intelligentiã. *Cæcus autem* prælatus seu doctor nõ illumina
tus à spiritu sancto, Si *cæco* gregi vel subdito ignoranti. *Do*
catum præstet iuducendo eum ad ambulandum per vias suas,
F seu ad sequẽdũ opera & iudicia sua, *Ambo in foueam cadũt*. i.
Hiere. 10. in vitia præcipitantur, & tandẽ in locum gehennæ labuntur
quẽadmodũ scriptũ est, secũdum iudicẽ populi, sic & ministri ei⁹. Hinc Hieremias, inquit. Quia stulte egerũt pastores
ideo omnis grex eorum dissipatus est, Maximũ ergo benefi-
ciũ dei est habere doctũ, ac virtuosum prælatũ, quia (vt con-
testatur Gregorius) Cũ pastor per abrupta graditur, necesse
est, vt grex in præcipitium ducatur. Vtinã tales diceret illud
Esaiæ, Non sum medicus, & in domo mea non est panis. No
lite me constituere principem populi. *Respondens autem, Pe*
trus dixit ei, videlicet Christo *Edissere* hoc est, expone No*bis parabolam istam*, qua dixisti, Non quod intrat in os coinquinat hominẽ, &c. Quod tamen non fuit parabola, sed ma

nifesta sentẽtia. Sed Petrus quoniam rudis fuit sicut & socij A
eius, & quoniam Christus solitus fuit parabolicè loqui, puta
tet istud per parabolam dictum quæritq; mysticum intelle-
ctum, in sermone perspicuo. Ideo meretur audire, *Adhuc &*
vos Apostoli *sine intellectu*, id est actu intellectus, videlicet,
quas debita consideratione, *Estis*? solus Petrus interroga-
uit, sed quia de consilio & in persona condiscipulorum sciscitatus est, id circo omnib⁹ increpatoriè dicitur, adhuc & vos
sine intellectu estis, pro quo in Marco scriptum est, Adhuc
& vos imprudentes estis? *Non intelligitis* quod meritò intelligeritis, quasi rem planam. *Quia omne* alimentum, *Quod in*
os intrat. id est, à comedente ori imponitur ad alendum, *In*
ventrem vadit qui est locus ciborum. sicut mare aquarum, *Et*
in secessum emittitur non totum, sed quantum ad partes impu
ras atque superfluas, purior tamen pars alimẽti, post cõple- B
tam digestionem in corpus conuertitur comedentis. ¶ Hãc
sententiã authoritatẽ allegant pro se magister & Petrus comestor cũ
dicit, Qui dicunt nihil de alimento cõuerti in veritatem sub
stantiæ alti, ita quòd in primis parentibus fuit secũdum eos
tota substantia carnis posterorum. Præterea ponderandum,
quòd hoc loco asserit sanctus Hieronymus, Omnia (inquit)
euangeliorũ loca, apud hæreticos & peruersos scandalis ple
na sunt. Ex hac nempe sentẽtia, quidam peruersissimi homi
nes dixerũt Iesum fuisse idiotam & physicę ignarum, ex eo
quòd dicat, Omne quod intrat in os, in ventrem vadit, &c quasi
receptæ escæ non diffũderẽtur per medullas, venas, neruos,
& cartus. Sed isti dum sapientiam dei ignaram fuisse compro
bare nituntur, propriam manifestant præsumptionẽ atque
stultitiam. Nónne in tota scriptura canonica, imò & in com C
muni vsu locutionis, frequens & celebris est modus loquẽ-
di per Synedochen? Et illa Christus iam vtitur. *Quæ autem*
de ore procedunt videlicet verba illicita, *De corde exeunt*. id
est, ab intellectu & volũtate causantur, quia (vt ait Plato) ad
huc clarus est nobis sermo, vt mutuæ voluntatis fiãt indicia,
Hæc coinquinant hominem inferẽdo maculam culpæ, *De cor-*
de enim procedunt cogitationes malæ quæ sunt verba mentalia,
& exprimũtur per verba vocalia, sicque cogitationes proce
dunt de ore per verba vocalia, quæ sunt cogitationum indi-
cia. *Homicidia, adulteria, fornicationes*, id est, cæteri vitiosi cõ
sensus, *Furta, falsa testimonia, blasphemiæ* quæ etiam dicun-

D tur de ore procedere, inquãtum aliquis per verba inducitur ad ista peccata, *Hæc vitia sunt quę coinquinant*, id est interius maculant, *Hominem* ita vt anima eius dæmonibus similis sit. ¶ Ex his infert Hieronymus, Ergo principale animæ, nõ secundum Platonem in cerebro, sed secundum Christum in corde est, sed hoc facilè solueretur. Nam Christus hic accipit cor pro mente, quẽadmodũ & psalmista dicendo, Cõfitebor tibi domine in toto corde meo, sic enim & alibi astruit, Beati mũdo corde, Plato verò accipit cor ꝓ parte corporis, sicut & Aristoteles, dicens ꝙ cor est primum viuens & vltimum moriẽs. ¶ Insuper dicit Hierony. arguẽdi sunt hi qui cogitationes malas dicunt immitti à dęmone, & nõ propria nasci volũtate. Diabolus enim adiutor & incẽsor cogitationum malarũ esse potest, nõ actor. Si autẽ in insidiis positus, leuẽ cogitationum nostrarũ scintillam suis fomitibus inflauerit, non debemus opinari eũ cordis quoq; occulta rimari, sed ex corporis habitu & gestibus existimare quid versemus intrinsecus: verbi gratia, Si pulchram mulierem videre nos crebro respicere intelligit cor nostrũ amoris iaculo vulneratum. Et *egressus inde* videlicet à terra Genesar, & à conuenticulis scribarum ac Pharisęorum, *Iesus secessit* cũ discipulis suis *In partes Tyri & Sidonis*, quæ erant vrbes famosæ antiquæ, magnæ & opulentæ Et *ecce mulier Chananea* genere, id est, de stirpe Chananæorum progenita, nam prædictæ vrbes ad terram Chanaan pertinebant, A *finibus*, id est, locis seu terminis *Illis egressa* corpore, & anima: corpore, quoniam domum suam exiuit vt quereret Iesum, anima quoniã Chananæorum i ncredulitatẽ ac impietatẽ deseruit, credens in Christum, *Clamauit*, quia ex vehementi affectu in verba erupit, & propter magnitudinẽ necessitatis suę oblita est fere mineæ verecũdię clamãs sine rubore, nam excessiuus amor rationẽ non pensat. *Dicens ei, Miserere mei domine fili Dauid*. Percepit mulier ista miracula Christi, audiuitque eum appellari filium Dauid, *Filia mea male* id est, grauiter *A dęmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum*, non ex superbia vel elatẽptu, sed ratione mysterij, vt designaret se primo ac principaliter aduenisse ad loquendum ac subueniendum populo Israel & quod iam ante præcepit discipulis, *In viam gentium ne abieritis*. Hæc autẽ mulier gẽtilis erat genere Syrophœnissa, hoc est, de Syria Phœnicis. Ideo etiam non respondit vt illa

Hierony.

vt illa instãtius peteret: & ardentius postulando copiosius exaudiretur. Et *accedentes discipuli eius, dixerunt ei, Dimitte eã*, id est, exaudiẽdo age quod rogat vt reuertatur, *Quia clamat post nos*, sequens vestigia nostra. Ex quo patet, quòd ista contigerunt in via. ¶ Sed quæstio tunc occurrit, Nam Marcus, Marc. 7. inquit, quòd mulier ista venit & procidit coram Christo in domo. Respõdetur, quòd primò venit in domum, & cum ibi exaudita non esset, sequuta est Christum in via. Porrò discipuli orant pro ea, vel clamore eius attædiati, vel necessitati eius cõpassi, vel fide eius, deuotioneq; moti. Mulier ista non clamauit, nisi ad Iesum, & tamen discipuli dicunt, clamat post nos. Iam enim reputauerunt se vnum cum Christo in deo ipse *autem respondens* discipulis *Ait, Non sum missus* primo ac principaliter, & ad prædicandumac operandum prodigia in propria persona, *Nisi ad oues quæ perierũt, domus Israel*, id est ad oues familiæ Israeliticæ, perditas per peccatũ originale & actuale, videlicet ad populũ Iudæorũ, quibus Christus, primo per seipsum vsque ad diem passionis, deinde diu per Apostolos prædicauit, donec illis penitus obstinatis & inexcusabiliter induratis, iusta facta est ad gentes transmigratio. Vnde Christus in propria persona parum prædicasse gentibus legitur, interdum tamen parũ prædicauit, & signa fecit in gẽtibus ex superabundanti & ad figurandum, ꝙ postea prædicandum esset eis Euãgelium regni. *At illa venit, & adorauit eum*, Non est probabile, ꝙ putauerit eum verum deum, cum nec discipuli hoc putauerint, sicut ostẽdi, & Beda fatetur, sed ꝓphetam & hominem sanctum, vel etiam Messiam, Adorauit itaque eum eo modo, quo mulier Thecuites Dauid regem. 2. Reg. 14 *Domine adiuua me*. Mulier ista filiam suam petit iuuari atq; sanari, & tamen ait, Adiua me. Primò, quoniam calamitatẽ propriæ filiæ reputauit vt suam. Secundò, quoniam sciuit filiam suã posse sanari principaliter, nisi à deo, ideo orat vt per Iesum impetret, quod per se impetrare à deo non potuit. Sic nempe & Martha loquuta est, Domine, scio quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. *Qui respondens ait*, difficultatem quandam monstrando. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*. Hoc ad literam ita est, & tamen ille non est sensus literalis seu principaliter intentus, nec mulier ita intellexit. Spiritualiter ergo exponendum est. Non est bonum, id est, iustum ac ordinatum, sumere

Lucæ. 11.

D panem filiorum.i. spiritualia alimenta seu beneficia dei, vi-
delicet gratiam doctrinæ, & opera miraculorum Iudeis pro-
missa ac impendenda, qui filij nominantur propter cultum &
fidem vnius dei, & mittere canibus.i dona ista imparriti gen-
tilibus, qui propter idololatriæ insaniã & sanguinis atq; ca-
dauerum immolatorum esum canibus cõparantur. Hinc de
populo Israel dominus ait, Puer Israel & dilexit eum. In Hie-
remia quoq; Ephraim (inquit) primogenitus meus. Verũ per
E filios hoc loco præsertim significantur electi Iudæi, quales
fuerunt discipuli. Non enim reputantur in semine Abrahæ,
nisi qui credunt, secundum Apostolum. *At illa dixit: etiam do-
mine.* Ita est vt dicis, & etiam fieri decet, quod postulo. *Nam
& catelli*, id est, parui catuli seu caniculi, *Edunt de micis*, id est,
fragmentis, *Quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Hoc
literaliter ita est, sed sicut Christus methaphoricè loquitur:
sic & mulier metaphoricè, subtiliterque, & valde pertinen-
ter respondit vt sit sensus, Sicut paruuli canes sustentantur
fragmentis ciborum dominorum suorum: sic decet me gen-
tilem catello similem aliquid gratiæ Iudæorum sortiri, vt ad
instantiam meam filia mea sanetur à te. *Tunc respõdens Iesus
ait illi, O mulier magna est fides tua*, id est, firma & integra, bo-
F nis operibus cæterisq; virtutib⁹ adornata, quoniã toties re-
pulsa & quasi vilipensa à me, quia canib⁹ cõparata, nõ cessas
fideliter, humiliter, prudẽter, ac patientissimè postulare. Di-
gnum est ergo vt tibi aperiã ianuã pietatis. *Fiat tibi sicut vis.i.*
sicut petisti tibi impleatur. Hunc Christi sermonẽ mox esse
ctus secutus est. Nã sequitur, *Et sanata est filia eius.i.* à dæmo-
nio liberata. *Ex illa hora* hoc est, statim cum Christus locutus
est, fiat tibi sicut vis. Deniq; quò Christus videbatur huic mu-
lieri asperior foris in verbis & gestibus, eò fuit ei benignior
intus per operationem occultã, per inspirationẽ ac illustra-
tionem internã. Alioquin quomodo mulier ista, tãta fidem,
humilitatẽ, patiẽtiã atq; prudentiã habuisset? Mystice, per mu-
lierẽ hanc figuratur ecclesia, quæ gẽtilitate relicta, incedit &
clamat ad Christũ ꝓ sanatione filiæ suæ, hoc est, animarũ seu
particularium ecclesiarum, pro qua apostoli ac cæteri sancti
intercedunt ad dominũ. Et considerãda est hic mutatio dex-
teræ excelsi, quomodo Iudæi qui filij dicebãtur, nunc canes
Psal.76. vocanẽ, sicut de eis ait Christus in Psal. Quoniã circũdederũt
me canes multi. Et Apostolus, Videte canes, videte malos o-
perarios

perarios: videte concisionem. Gentiles verò qui canes erant A
tam filij nuncupantur. ¶ Sed quæritur, si verũ est quod dixit Psal.21.
Saluator, Non est bonũ sumere panẽ filiorum & mittere ca- Philip.3.
nibus, ergo ipse faciendo oppositũ videtur fecisse nõ bene.
Et respõdendum, ꝙ verbum Christi intelligẽdum erat in ge
nerali, tamen in casu bonũ fuit oppositũ: sicut & Moyses ius-
sit, ne Amonitæ & Moabitæ intrarent in ecclesiam dei. Ni- Iudic.14.
hilominus Ruth Moabites & Achior Amonites, propter vir
tutes suas & deuotionem ad deum Israel, statim admissi sunt
ad ritum Iudæorum, & sic & mulier ista ex singulari deuo-
tione obtinet, quod cõmuniter alij condonandum non fuit.
Et *cum transisset inde Iesus*, hoc est, à partibus Tyri & Sidonis
ad Iudæam reuertendo, *Venit secus mare Galilææ, & ascendẽs
in montem sedebat ibi* quatenus ab omnib⁹ videretur, audire-
tur, faciliusque posset ad ipsum esse accessus: per quod figu- B
ratũ est, quod prædicatos & iustos dominici gregis, omnisq;
vicarius Christi, ascendere debeat arcem contemplationis,
apicemq; spiritualis conuersationis. *Et accesserunt ad eum tur
ba multa habentes secum mutos, claudos, cæcos, debiles.* Si per de-
biles intelligerentur cõmuniter omnes alij à prædictis ægro
tat adie&tum nõ esset *Et alios multos* videlicet languidos. Si-
cut ergo per claudos intelliguntur qui vno claudicãt pede,
sic per debiles qui vnam manum habent inualidam. Ecce po-
test hoc loco velut sub compendio Euangelista multa mira-
cula Christi, quæ si singulatim recitarentur facerent magnũ
volumen, & simile ponit frequenter, ex quo patet maiestas
& gloria saluatoris, qui tã innumerabilia operatus est signa,
vt nemo in veteri testamento, queat ei ęquari. Pensemus He
liæ & Helisæi miracula, & sciemus quàm minora ac rariora C
sint signa eorum prodigiis Christi. Sed & modus agendi in-
comparabiliter differt in eis *Et proiecerunt eos ad pedes eius, &
curauit eos* solum imperio, *Ita vt turbæ mirarentur, videntes.* i.
audientes *Mutos* hoc est, qui muti fuerunt *Loqui* visus in scri
pturis, pro quocunq; sensu accipitur, videntes etiam *Claudos
ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant*, id est, magnum ac
omnipotentem esse professi sunt *Deum Israel* qui tanta ac ta
la operabatur per Iesum. *Ipse autẽ* Iesus *Conuocatis discipulis
suis* quibus tanquam familiarib⁹ & amicis secreta sua pande-
bat Dixit, *Misereor super turbam* hoc est, indigentiæ populi
huius condoleo, charitatis ac pietatis affectu *Quia iam tri-*

D *duo perseuerant mecum*, id est, per tres dies mecum manserunt in solitudine & sub dio, in quo declaratur amor eorum ad Christum, & deuotio ad doctrinam atq; miracula eius. *Et non habent quod manducent* ideo dignum est, vt eis prouideam tanquam pastor bonus, de quo dominus prædixit per Ezechielē Ezec.34. dicens, Suscitabit super gregem meum pastorem vnum, qui pascat eum Dauid seruum meum. i. Christum vt omnes expediunt, *Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant*, id est, fame perclitentur, *In via* redeundo ad propria. Quidā enim ex eis de longe venerunt, vt Marcus habet, *Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tanti*, id est, ex quo vis populū istum reficere, qualiter acquiremus in hac eremo hāc escā ad hoc Marc.8. E sufficientem, *Vt saturemus turbam tantā* quasi dicant, hoc nobis impossibile est. Discipuli tanquam magistro suo familiarissimi, pluraliter respōderunt. Christus quippe singulariter dixit, Dimittere eos ieiunos nolo, discipuli verò in persona sua ac Christi respōderunt, Vnde nobis, id est, tibi & discipulis tuis. in quo patet eorum imperfectio, quia nō considerauerunt potentiam Christi, qui paulo ante de quinque panibus, piscibusq; duob⁹ quinq; milia hominum saturauit. *Et ait illis Iesus, Quot panes habetis?* Non quasi ignorans interrogat, sed vt ex discipulorum responsione, futuri miraculi magnificentia pateat, & ipse in faciendo miraculo ordinate procedat. *At illi dixerunt, septem, & paucos* numero *Pisciculos. Et* F *præcepit turbæ, vt discumberet super terram. Et accipiens Iesus septem panes & pisces* quantitate permodicos *Et gratias agens* secundum assumptam humanitatem deo patri seu toti gloriosissimæ trinitati omnium bonorum liberalissimo fonti, *Fregit* & frāgendo multiplicauit, secundum quòd deus potestate immensa (sicut superius dictum est) de quinque panum benedictione, fractione & multiplicatione. *Dedit discipulis suis* qui acceperunt de manibus eius seu loco vbi reposuit panes. Non iam septem panes duntaxat, sed tot quot sufficerunt populo tanto *Et discipuli dederunt populo. & comederunt omnes & saturati sunt*, id est, sufficienter, non gulose refecti *Et quod superfuit de fragmentis*, videlicet reliquias panum ac pisciculorum, *Tulerunt* id est, collegerunt discipuli, *Septem sportas plenas* hoc est, materiā septem sportas implentem *Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum* Nume.1. *extra paruulos*, hoc est, præter eos qui erant sub anno vicesimo,

mo, *Et mulieres* in quo vtiq; signo ostensa est omnipotētia A Christi. ¶ Porrò huius miraculi sicut & superiores, de quin Matt.14. que panibus aliqualis fuit figura, quod in libro Regū de He- 4.Re.14. zeo recolitur, qui de panibus primitiarum centum viros cibauit, & superabūdauit Mysticè per hanc corporalem refectionem quatuor milium de septē panibus & paucis piscibus designatur spiritualis refectio populi Christiani, doctrinam quatuor Euangeliorum tenētis, & quatuor virtutes cardinales habentis, qui septem panibus, id est, septiformi gratia seu septem donis spiritus sancti reficitur. Et paucis pisciculis. i. cæteris donis gratis datis, quę comparatione dictorū bonorum minima sunt cùm possint haberi à malis, & tamen conferuntur à spiritu sancto, sicut testatur Apostolus, Alii B per spiritum sanctum datur sermo sapientiæ, alii sermo scien 1.Co.12. tiæ, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum. Hæc autem Act.5. sunt pauca numero. Hos autem cibos obtulit Christus hominibus per sanctos apostolos, per quorum manuum impositionem dabatur spiritus sanctus, & quorū prædicatione illuminatæ ac spiritu sancto repletæ sunt gētes. Deniq; quod Christus dixit se misereri turbæ, ipsum triduo imitanti. hoc significat, ꝙ Christus omnibus verè pœnitentibus & cōtritis, omnibus mundi huius delitias fugientibus, crucem suam portantibus, secretum locum petentibus, causa cōtemplationis, lachrimationis ac austerioris cōuersationis, qui dicere possunt cum Psalmista, Similis factus sum pellicano solitudinis. Psal. 10. C Item, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. His in quam Christus misereatur, peccata indulgendo, gratiarū opulentiam influendo, intus loquendo & consolando, quēadmodum ait per Oseam, Ecce (inquiens) ego lactabo eam & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Propter quod et Apostolus, Sicut pro Christo abundant tribulationes nostræ ita per Christū abundat consolatio nostra. Oportet ergo Christum in solitudinem sequi, fugiendo, tacēdo, & quiescendo, cum eo stabiliter die & nocte perseuerare, carnales atque humanas consolationes vitando, & tunc Christus cōsolans, quia à nobis ipsis non habemus quod manducemus, hoc est, quo spiritualiter confortemur, nō dimittet nos ieiunos, sed alet nos vsq; ad satietatē, ita vt totū capere necessitatem, vel vltra deficiamus in via, peregrinationis huius exilii, sed cœlesti confortati viatico perducamur ad patriā.

D Cap. XVI. Et *dimissa turba, ascendit in nauiculam,*

ARTICVLVS XXIX.

T *dimissa turba* quam in fine precedentis capituli le
E gitur refeciſſe, quæ refecta remeauit ad ꝓpria, ꝺ ꝯ-
dit Iesus *In nauiculam* cum discipulis suis, raro le-
gitur Christus dominus maiestatis ascendisse in nauim, sed
in nauiculam, vt sicut in aliis, ita in hoc quoque humilitatis
exemplum præberet *Venit in fines*, id est, loca Magedam,
vbi in libris Regū habetur: Iosias rex Iuda occurrit Nechao
Pharaoni regi Aegypti, à cuius sagittariis lætaliter Iesus est
¶ Sed huic videtur contrariū, quod in Marco asseritur, Sta-
tim ascendens in nauim, venit in partes Dalmunutha. Et re-
spondendum, quòd eadem terra est habens nomina duo, vt
aliqui dicūt: alii dicunt quòd sint loca cōtigua, & ergo Chri-
stus existens in confinio horum locorum, in vtroque fuisse
E describitur. Et *accesserunt ad eum pharisæi, & Sadducæi tētā-
tes Christum* id est, experimentum sumere cupientes, an ipse
esset Christus, vel quærentes reprehēdere eum in aliquo vel
bo vel facto, Et *rogauerunt eum* insidiosè ac perfida mente,
Vt *signum de cœlo* i. aliquam supernaturalem mutationem in
corporibus superioribus, vel apparitionem angelicā, Osten-
deret eis per quod scire possent, ꝙ Messias veniſſet, & quod
ipse esse Messias. *At ille respōdens ait eis. facto vespere* id est
de sero *Dicitis* interdum, *Serenum erit* id est, crās erit se-
ra pulchra *Rubicundum est enim cœlum* id, rubeus quidam
color apparet in cœlo, ex incidentia lucis solaris per modicē
F super vapores eleuatos in aere, in quibus est rubor predictus
nō in cœlestibus corporibus. Talis autem dispositio signum
est futuræ serenitatis, quia vapores subtiles ac modici sunt,
qui non resoluuntur in pluuias. Interdum tamen contingit
oppositum ex causa superueniente. Et *mane* dicitis sæpe, *Ho-
die tempestas erit* id est, aura turbulenta seu pluuiosa, *Ful-
gulat enim* id est, chorusçationibus fulget, vel rubore quodam
coloratur, *Triste cœlum* id est, nubibus obductum, & dicitur
cœlum rutilum, triste ac rubeum, quia in nubibus est quali-
tas ista fulgoris siue ruboris, & dicitur cœlum triste, quia ter-
libus qualitatibus in aere existentibus, ex aspectu cœli gene-
ratur tristitia quædam in anima. Sicut oppositō modo dici-
tur lętum, cum adest serenitas aeris. Hæ itaque dispositiones
apparentes in cœlo, sunt signa tempestatis instantis, *Facietis*

ergo eam id est, prædictas dispositiones apparentes in cœlo, A
quæ facies cœli vocantur, quoniam per modum vultus in su
perficie apparent, & primo ingerunt se oculis intuētis, *Di-
iudicare* id est, ab inuicem distinguere, & ex eis futura quæ-
dam coniicere. *Nostis signa autem temporum* id est, argumen
ta atque indicia quibus pateat tempus primi aduentus Chri-
sti iam esse impletum, meque esse Christum, *Non potestis
diiudicare* & scire: hoc ait Saluator increpādo & exprobrā-
do, quasi dicat, Merito attenderetis signa prophetię prænū-
ciata de Christi aduentu iam esse completa in me. In Danie-
lis etenim prophetia, Tempus aduentus Christi, & passionis
eius prætaxatum fuit Gabriele dicente, Post hebdomadas
sexaginta duas occidetur Christus, Similiter in Genesi per
ablationem sceptri à Iuda, quod Herodis tempore erat co- B
pletum. Sic nempe prædixit patriarcha Iacob, Non aufere-
tur sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat
qui mittendus est. Item quod Esaias prædixit, Tunc aperien
tur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet
claudus sicut ceruus, &c. Testimonium quoque Iohannis, de
quo Esaias & Malachias vaticinati fuerunt, fuit manifestum
signum aduentus Christi: similiter trium Magorum oblatio:
innocentum occisio, atque miracula Christi, de quibus ait
Saluator. Opera quę ego facio in nomine patris mei, testi-
monium perhibēt de me. Et rursus, Si non facio opera dei, no-
lite credere michi. Si autem facio, & si mihi nō vultis crede-
re, operibus credite. Increpat ergo Iudeos, quòd ex omnib⁹
illis non considerauerunt eum esse Messiam. *Generatio mala* C
*& adultera signum quærit, & signum nō dabitur ei, nisi signū Io
næ prophetæ.* Hoc supra habitum atque expositum est. Et re-
liquit illis Incredulis diuino signo indignis, *Abiit* Iesus in-
grediens nauim cum discipulis suis, & transfretans vt Mar-
cus habet. Et *cum venissent discipuli eius*, & etiam ipse *Trans
freum, obliti sunt panes accipere* hoc est, tunc aduerterūt se ex
oblitione non sumpsisse panes, antequam transfretare inci-
perent, forte tam occupati fuerūt circa cibum animæ, quod
corporalem cibum secum ferre obliti sunt. Habuerūt tamen
vnum panem secūdum Marcum. ¶ Et quæri potest, vbi dimi
serint septem illos cophinos, fragmentis ciborum impletos,
de quibus in fine præcedentis capituli dictū est: Dici potest
quòd cibos illos dederunt egenis ad propria redeuntibus, vt

habe

D haberẽt escas in via, quia nonnulli eorũ de longe (teste Mar co) venerunt. *Qui* Christus *Dixit eis, Intuemini* hoc est, prudenter discernite, *Et cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum.* Quomodo autem intelligendum sit hoc, Chri stus post pauca exponit. Nec decet eius expositionẽ anticipare. Marcus addit, dicens, Et à fermento Herodis. *At, illi cogitabant,* & ex præuia cogitatione loquebantur. *Inter se dicentes: quia panes non accepimus* hoc est, quoniam panem materialem nõ sumpsimus nobiscum, ideo admonet nos, ne emamus vel accipiamus panem fermentatum à Phariseis, & Sadducæis. Rudes nanque discipuli existimabant magistrum loqui de pane materiali, & de prouisione solicita corporei cibi. Ideo increpãtur sicut subiungitur, *Sciens autem Iesus* co-
E gitationes & verba eorum, quæ inter se susurrando dixerũt voce submissa, ne audirentur ab eo: sed eum nil latuit, & cogitationes eorum prodendo diuinitatem suam ostendit, & dixit eis, *Quid cogitatis inter vos modicæ fidei?* id est, qui modicam fidem habetis, quoniam existimatis, quod monuerim vos de corporalis alimenti prouisione, quasi non possem vobis supernaturaliter prouidere. Quid ergo cogitatis me loqui de corporali fermento vitando? *Quia panes non habetis,* ideoque putatis me vos exhortari de pane materiali. *Non intelligitis* signa quę vidistis, per quæ omnipotentiã meã merito cognosceretis, *Neque recordamini quinq; panũ* multiplicatorum & expositorum per manus vestras, *In quinq; milia hominũ* propter pueros & mulieres, & nõ recordamini *Quot*
F *cophinos sumpsistis* id est, quot sportas de fragmentis implestis. *Neque* recordamini *Septem panum in quatuor milia hominum, & quot sportas sumpsistis?* tanquam dicat: si ista sagaci ter pensaretis, sciretis vtique, quia non de materiali fermento loquutus sum, ideo subditur, *Quare non intelligitis?* quod merito intelligeretis, in quo apparet imperfectio vel negligentia vestra. *Quia non de pane* corporeo *Dixi vobis* istud *Cauete à fermẽto Pharisæorum, & Sadducæorũ. Tunc intellexerunt* discipuli. *Quia non dixerit* Christus, esse *Cauendum à fermẽto panum* id est, pane fermeito, seu fermentato corporeo, *Sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorum* ecce hic ponitur expositio metaphoricæ loquutionis Christi. Itaq; per fermẽtum propter suam corruptionem designatur infecta, & falsa doctrina istorum, à qua Christus admonet esse cauẽdum

um. Quandoque etiam per fermentum notatur simulatio A
citatis, vt cũ ait Saluator, Cauete à fermento Pharisæorum quod est hypocrisis. *Venit autem Iesus in partes* id est, ad loca vicina, *Cæsareæ Philippi* i. ciuitatis, quàm Philippus frater Herodis Antipæ qui decollauit Iohannem, vocauit Cæsaream, ad honorem Tyberii Cæsaris, à quo recepit quartam partem regni patris sui Herodis Ascolomitæ, videli cet Tetrarchiam. Hæc vrbs olim (vt fertur) vocabatur Dan, quam sicut in lib. Iudicũ recitatur, Filii Dan destruxerunt, reparatamque vocauerunt nomine patris sui Dan. Iste Philippus iste amplificans & emendans, vocauit Cæsaream, & postea dicta est Paneas. Fuit quoque secundum hi storiam alia Cæsarea palestinæ, in qua Cornelius Centurio habitasse narratur, *Et interogabat discipulos* non velut igno- B rans, sed vt discipulorum fidem corroboraret, & ex eorũ responsione conuenientia documenta inferret. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* scilicet me, Secundum quosdam Christus non dicit, Quem dicunt me esse, sed quem dicunt filium hominis, ne de se iactanter interrogare videtur. Sed cũ aliquid tale à quocũq; doctore catholico dicitur, cuius oppo nens in scriptura canonica inuenitur, ingenti cautela vti oportet magisque sequi oportet scripturam quàm verba doctoris. Sic in præsenti. Nam in Marco legitur Christum quę rere, Quem me dicũt homines esse? Et in Luca, Quem me dicunt turbæ? At *illi dixerunt, Alii* dicunt filiũ hominis, seu te esse *Iohannem Baptistam* sicut Herodes qui dixit, Quem ego C decollaui Iohannem, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operatur in eo. Ista fuit rudis opinio. Nã tẽpore decollationis Iohannis Christus habuit triginta circiter annos, de hoc dictum est supra. *Alii autem dicunt te esse Heliam* quẽadmodũ eorum sacerdotes suspicati sunt Iohãnẽ Baptistã esse Heliã, di centes, Helias es tu? propter solitariæ vitæ austeritatẽ, & vegetam parilitatẽ, sic aliqui putauerũt Iesum esse Heliã, primò, quia Helias creditur rediturus ad populũ Iudæorũ, iuxta illud Malachiæ prophetæ, Ecce ego mittã vobis Heliã. Secundo propter miraculorũ eminentiã. Tertiò, propter veritatis & iustitiæ insuperabilẽ zelũ. *Alii verò Hieremiam* vel propter vitæ sanctitatẽ, quoniã Hieremias sanctificatus fuit in vtero, vel propter eximiã charitatẽ ad populum, sicut de Hie remia scriptũ est, Hic est fratrũ amator, vel propter patien-

tiam

D tiam inconcussam, *Aut vnum ex prophetis*, videlicet Esaiam, vel aliquem talem propter eloquentiam. Putabant enim ali-
quem prophetarum surrexisse à mortuis: iuxta illud Lucæ, Luc. 9.
Quia propheta vnus de prioribus surrexit. *Dixit illis Iesus*, Psal. 81.
Vos autem, quorum non est circa communia languere, qui
non tam homines quàm dii estis, & documẽta mea ac opera
melius aliis nostis. *Quem me esse dicitis?* quid sentitis & af-
firmatis de me? *Respondens Simon Petrus, dixit ei*, Petrus
tanquam principalis pro omnibus dat responsum *Tu es Chri-*
stus filius dei viui, Christus est nomen personæ in duabus na-
turis subsistentis in diuina, videlicet & humana. Itaque, tu
es Christus, id est, rex Messias, mundi Saluator, oleo exul-
E tationis, plenitudine gratiæ, charismate spirituali excellen-
tissimè vnctus, filius dei vnicus, vnigenitus, naturalis, non
adoptiuus. Dei viui, id est, verè viuentis vita beata: quod ad-
ditur ad differentiam hominum mortuorum, qui à gentibus
colebantur, vt dii, vel Iupiter, Apollo, Minerua, Diana: quæ
quantum ad corpus omnino defuncti sunt, quantum verò ad
animam mortui sunt morte culpæ ac pœnæ, quæ est mors
secunda. *Respondens autem Iesus, dixit ei, Beatus es* bea-
titudine viæ, beatitudine inchoata, beatitudine spei &
gratiæ. *Symon* quod interpretatur obediens, *Bariona* id
Iohan. 21. est, filius Iohannis. Sic enim dictus est pater eius, vnde in Io-
hanne Saluator ait, Symõ Iohãnis diligis me? vel Bar Iona,
id est, filius columbæ, videlicet spiritus sancti, qui per colum-
F bam significatur. *Quia caro & sanguis* id est, Iudæi, de quo-
rum sanguine natus est, vel caro & sanguis, &c. *Non reuela-*
uit tibi, id est, à teipso non inuenisti, quod professus es di-
cens, ℣ sim Christus filius dei viui. Simili modo Paulus te-
statur, Non acquieui carni & sanguini, *Sed pater meus qui in*
Galat. 2. *cœlis est*, A quo est omne datum optimum, & omne datum
perfectũ. Nemo enim nouit filium nisi pater, & cui reuela-
uerit pater. *Et ego dico tibi*, hoc est, tui confessioni qua mi-
hi dixisti, tu es Christus, vicissitudinem & præmium reddo,
& dico, dicendo ℣ facio, quoniam meum dixisse fecisse est,
Quia tu es petrus id est, principalis, & in fide firmus. Vel Pe-
trus, id est, vere Petre qui es Christi dignus confessor. Sic et
go imponitur ei nouum nomen propter fidei suæ confessio-
nem. Et dicitur Petrus, qui Symon vocabatur, *Et super hanc*
petram hoc est, fidei huius firmitatem & fundamentum. Vel
super

super hanc petram, quã cõfessus es, hoc est, super meipsum A
fidem angularẽ, montẽ altissimum, de quo ait Apostolus,
fundamentũ aliud nemo potest ponere, preter id quod posi
tum est, quod est Christus Iesu. *Aedificabo* hoc est, spiritua Actu. 4.
liter collocabo ac confirmabo *Ecclesiam meam*, id est, con- 1. Cor. 3.
gregationem fidelium, corda eorum per fidem, charitatẽ &
spẽ mihi inseparabiliter connectendo, ita vt omnes sint
vnus corpus mysticũ, vnaq; domus: iuxta illud Pauli apos-
toli. Scias quomodo oporteat te cõuersari in domo dei, quæ
est ecclesia dei viui, columna & fundamẽtũ veritatis, In hac
igitur fide, quod Iesus est Christus, filius dei viui, fundatur
super saluatur ecclesia, præsertim cũ in nomine Christi, to
tius superbeatissima trinitas intelligatur, videlicet pater vn-
gens, filius vnctus, spiritus sanctus vnctio. Hinc Iohannes in B
canonica, Omnis (inquit) qui credit, quoniã Iesus est Chri-
stus, ex deo natus est, Et rursus, Quis est qui vincit mundũ,
nisi qui credit, quoniam Iesus est Christus. *Et portæ inferi*
hoc est, ea quæ ducunt ad pœnas inferni, videlicet tentatio-
nes diaboli, doctrinæ fallaces, & vitia, vel ea quæ propter ſu
pra pœnalitatem comparantur portis vel pœnis inferni, vi-
delicet tribulationes aduersariorum, persecutiones tyrãno-
rum, & reliqua presentis vitæ incõmoda, *Non prævalebunt*
aduersus eam, id est, contra totam ecclesiam supra prædictã
petram spiritualiter ædificatam. Non enim poterũt eam à fi
de auertere, à deo abstrahere, dæmonum seruituti subiicere,
quo se ad totam, hoc est, quantum ad electos, in quibus præ
cipuum consistit ecclesia, de quibus Iohãnes, Omnis (inquit) C
natus ex deo, nõ peccat, sed generatio dei cõseruat il-
lum. In eadem quoque epistola ait Iohannes, qui natus est philip. 4.
ex deo, non peccat finaliter scilicet, quoniã semen eius ma-
net in eo. Talibus quippe Christus promisit, Ecce ego vo-
biscum sum omnibus diebus, vsque ad cõsummationem se-
culi. Hanc potestatem habet ecclesia, non à se per naturam,
sed gratiam Christi de quo dicit Apostolus, Omnia possum
in eo, qui me confortat, *Et tibi dabo claues regni cœlorum.*
Hic loco paulisper immorari oportet. Primò ergo pẽsan-
dum, quòd sicut in corporalibus, clauis vocatur instrumen-
tum, quo ianua regulariter aperitur: ita in spiritualibus seu
sacramento pœnitentiæ, clauis appellatur potestas, qua ob-
staculum ingrediendi regnũ cœleste aufertur. Hoc autẽ ob-
staculum

D staculum duplex est, scilicet macula & reatus seu obligatio ad pœnam. Clauis ergo, vt nunc sumitur, est potestas ligãdi & soluendi, qua ecclesiasticus iudex indigno excludit à regno, & dignos ad illud admittit. Quæ potestas est in deo trinitate per authoritatẽ, in Christo homine per excellentiam in ministris ecclesiæ per instrumẽtalem administrationem. Quedam verò dixerunt, ꝙ sint duæ claues realiter cõdistinctæ, videlicet, scientia infusa seu acquisita, per quã sacerdos iudicat quis dignus, & quis indignꝰ cõsistat, & potestas admittendi ad regnum, vel excludendi à regno: sic tamen, vt scietia dicatur clauis minus principalis, & in ordine ad aliã clauẽ sine qua nec clauis esset, & hæc videtur fuisse opinio magistri in libro quarto. Alij probabilius dicunt, ꝙ & communius iam tenetur, quod non ipsa scientia, sed authoritas vtendi scientia ad discernendum inter bonum & malum, sic clauis, quæ potest esse sine scientia & econtra, quẽadmodũ in secularibus iudiciis quidam habent authoritatẽ iudicandi, non habentes iuris scientiã: & quidam vice versa habent scientiam iuris, non autẽ authoritatem exercendi iudicium. Et clarũ est, quod sciẽtia necessario exigitur ad debitũ vsum clauis istius. Porrò Hieronymus ait hoc loco, quòd sicut in veteri testamento iubebãtur leprosi ostendere se sacerdotibus, v si lepram haberent, à sacerdote immundi fierent, non ꝙ sacerdotes legales, leprosos faciant, & immundos, sed ꝙ habeant notitiam leprosi & nõ leprosi, posintq; discernere quis mundus vel immũdus sit. Quomodo ergo ibi sacerdos leprosum facit immũdũ, sic in nouo testamẽto ligat vel soluit Episcopus vel sacerdos non eos qui insontes seu innocentes sunt, vel qui noxij, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, vel qui soluendus. Verùm iuxta hanc assertionem, non videretur sacerdos noue legis (vt quidam obiiciunt) maiorem habere efficaciam atque virtutem quam sacerdos legalis, nec sacramẽta nouæ legis facerent (vt videtur) quod significant. Cõsiderandum ergo ꝙ secundũ magistrũ quarto lib. Sentẽtiarũ sacerdotibus nouæ legis commissa est authoritas remittendi peccata vel retinendi, nõ vt propria authoritate hoc faciant, sed dei operationem vitia remittentis ostendant, quasi ipsius ministri. ¶ Hæc autem ostensio tribus modis efficitur. Primò, ostendendo eam non vt præsentem, sed promittẽdo tanquam futuram,

Hiero. Leuit. 33.

E

F

ram, sine hoc quòd aliquid operetur ad eam, sicque sacramenta veteris legis ostendebant dei operationẽ, & significabant eam. Vnde sacerdos legalis ostendebat duntaxat, nil operabatur ad culpæ remissionem. Secundò fit ostensio, vt sacerdotes significẽt operationem dei tanquam præsentem & nil operentur ad eã. Et ita aliqui asserunt, sacramenta noue legis solum ostendere infusionem gratiæ, quam deus cõfert in sacramentorum dispensatione, sicq; potestas clauium eorum ostenderet collationem gratiæ, seu remissionẽ culpæ factam in sacramento pœnitentiæ. Tertiò, vt sacerdotes significent præsentem operationem dei in remissionem culpæ aliquid operando ad eam instrumẽtaliter & dispositiue, quantum in ipsis est, licet interdum culpa sit ante remissa, & Iohan. 20. B
illud communius nũc tenetur, ꝙ scilicet virtute clauium militer ecclesiæ cooperetur, hoc modo ad remissionẽ peccatorum. Et quod etiam verbis Christi magis consonare videtur: qui-
bus ait apud Iohannem, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis retẽta sunt. Vnde nunc quoq; dicitur Et *quodcunque ligaueris super terram*, id est, quemcunque à regno excluseris, excommunicaueris, inabsolutũ dimiseris, seruato recto processu seu debito clauium vsu. Ait itaque theologus vltimo ecclesiasticæ hierarchiæ capitulo, ꝙ sacerdotes vti debent virtutibus hierarchiæ sibi collatis, secundum ꝙ diuinitas mouerit eos, quoniam agens instrumentale non sortitur efficaciam, nisi prout à principali agẽte mouetur, propter quod dicit Apostolus, secundũ potestã 2. Cor. 10.
tem quæ data est mihi in ædificationẽ, non in destructionẽ, C
Erit ligatum & in cœlis, id est, ratũ & approbatũ erit coram deo, Et *quodcunque solueris super terram*, id est, quẽcunq; in ecclesia militante absolueris, ad regnũ admiseris, *Erit solutũ & in cœlis*, id est, à deo dimissum erit & ratum, seruato (vt dictum est) ordinato processu, vt verè pœnitens & cõtritus absoluatur, nõ is qui in volũtate manet peccati, hãc autẽ potestatẽ Christus dedit apostolis omnibus (vt aliqui dicunt) Ioan. 21.
quãdo post resurrectionẽ insufflauit in eos, & dixit, Acipite Thomas.
spiritũ sanctũ quorũ remiseritis peccata, &c. Deniq; secundũ Thomam, & alios multos, duæ prefatæ claues non differunt secundum essentiam, sed per comparationẽ ad actum, ita vt duæ dicãtur, ppter actus diuersos. Imò secũdũ Thomã potestas ista, seu clauis realiter idẽ est ꝙ character, seu ordo sacer-

D cerdotalis vel virtus cõficiendi, secundũ hoc Christus dedit hanc potestatẽ apostolis in cœna quãdo ordinauit, id est fecit eos sacerdotes, dicẽdo. Hoc facite in meã cõmemoratione. Tunc Iesus *Præcepit discipulis suis vt nemini dicerent,*
Matt. 16. Marci. 3. *quia ipse esset Christus.* ¶ Mirum videtur, cur Christus istud præcepit, Si enim noluit prædicari se esse Christum, cur misit & permisit Iohannẽ Baptistam prædicare eius aduentũ? Et cur ipsemet interdum respõdit se esse Christum dicẽdo, Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepistis me? Et, Qui credit in me, nõ morietur in æternum. Et Ego & pater vnũ sumus. Supra quoq; capitulo decimo legitur, quòd misit Apostolos prædicare suum aduentũ. Ad quod Hieronymus, Ambrosius, aliiq; expositores diuersimode respondent, & satis obscure. Videtur autem hoc modo posse responderi
Hiero. E quòd Christus noluit suũ aduentũ penitus publicari, ne sua passio impediretur. Quia si cognouissent, nunquã dominũ gloriæ crucifixissent, Noluit etiã suũ aduentũ penitus tacere & occultari, ne Iudæi excusationẽ haberent. Ideo per Annam prophetisam, Per Symeonem iustũ, per Magos, per præcursorẽ, per discipulos, per propria verba atq; miracula, interdum insinuauit se esse Christũ secundũ congruentiã ceteræ, loci & temporis. Vnde interdũ præcepit miracula sua tacere, aliquãdo manifestari. Nũc ergo iussi taceri se esse Christum, ne Iudæi audientes, quód esset filius dei, & postea videntes eum occidi scandalizerentur. Idcirco iam subditur, *Exinde* id est, statim post hæc verba, in quibus ostendit se verum Christum, dei filium, verumque deum, habentem potestiam dandi claues regni cœlorum, *Cæpit Iesus ostendere per*
F scripturas prophetarum: vel aliis modis, *Discipulis suis, quia oportet eum ire* tempore præordinato atque præfixo à patre *Hierosolymam*, hoc autem oportuit nõ necessitate coactionis, sed vt impleretur præordinatio dei, qui per Christi passionem proposuit mũdum redimere. Oportuit ergo necessitate cõditionata, necessitate consequentiæ, & necessitate finis. *Multa pati* id est, verba blasphema ac dira supplicia, A *senioribus* Iudæorum, Et *scribis* & Pharisæis qui erant clerici Iudæorum, Et *principibus sacerdotum*, Anna & Caipha, Et *occidi* vt implerentur scripturæ, & vestra delicta soluerentur, non propter propriam culpam, sicut in psalmo testatur, Quæ non rapui tunc exoluebam. Et *tertia die resurgere*, hoc ad con-

ad consolationem discipulorum adiecit, ne propter passionis eius auditum inconsolabiliter tristarentur. Et assumens A
eum Petrus seorsum, ne magistrum in præsentia discipulorum arguere videretur, quia non debet subditus superiorem suum publice increpare. Vel ideo sumpsit eum seorsum, vt ei familiarius atque audacius seu fiducialius loqueretur, sicut mos est amicorum in secreto securius colloqui, *Cæpit increpare* non quasi de culpa, sed increpare: id est, verbis reprimere per modum dissuadentis. *Illum* suum prædilectum magistrum à quo tam dulcia verba immediate audiuit, Beatus es Simon Bar Iona. *Absit à te domine*, vt tanta patiaris quã culpam non habeas, cum & pœna culpæ debeatur, *Non erit hoc* malum pœnæ *Tibi* innocenti. Et quo patet, quòd Petrus nondũ agnouit ex scripturis, quòd Christus pro mun B
di salute fuerit occidendus. *Qui conuersus* id est, vultum suum ad petrum conuertens, vt cum districtius increparet, & aspectu suo terrifico perterreret, Nam per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis, *Dixit Petro*, *Vade post me* id est sensum tuum relinque, & sequere me, voluntatemque tuã conforma præordinationi diuinæ, *Satana*, id est, aduersator meus, imò omnium inimice, quantum ad hoc quod passionem meam ex qua mundi salus dependet, niteris impedire, & meo sermoni conaris resistere. *Scandalum es mihi*, id est, quantum in te est, suggeris mihi malum culpæ, & occasionẽ ruinæ, vt nõ obediam deo patri, qui decreuit mea passione mundum saluare *Quia non sapis ea quæ dei sunt*. Diui- C
as nõdũ intelligis, nec secundum deũ afficeris, habendo cupitionem formatam ac sapidam, affectionesque spirituales secundum influentiam spiritus sancti. Sic quoque ait Aposto
lus, Animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus dei. *Sed sapis ea quæ hominum.* hoc est humanum sensum & naturalem affectum sectaris, optãdo ne patiar. ¶ Ex naturali ergo amore, & quadam pia compassione Petrus hæc dixit, Nec pecca uit mortaliter. ¶ Præterea constat ex his q̃ sicut Iesus blandus erat in commẽdando quæ bona sunt, sic terribilis erat in increpando illicita: quod secundũ cõgruentiam loci, cautelæ, ac temporis imitari debet prælatus, & omnis Christi vicarius. Veritas enim neminem palpat. Vnde ad Titum dicit Apostolus durè increpa illos. Non tamen semper hoc expedit, propter quod dicit Apostolus, Seruũ domini non opor-

D tet litigare, sed docibilem esse ad omnes, patienté, cum ma-
destia corripientem. *Tunc Iesus dixit discipulis suis*, & etiam
aliis. Vnde Lucas ait, Dixit autẽ ad omnes. Et Marcus, Con-
uocata (inquit) turba cum discipulis suis dixit ad eos, *Si quis*
vult post me venire, hoc est, mea vestigia sequi, meis virtuti-
bus conformari, ad perfectionẽ pertingere, ad patriam cœ-
lestem post me intrare, *Abneget semetipsum*, id est, propriam
E uolũtatem relinquat, deo obediat, cõcupiscẽtias vincat, hoc
est secundũ Apostolum, deponere veterem hominẽ cũ actí-
bus suis, & induere nouũ, qui secundum deum creatus est in
sanctitate & iustitia, Et *tollat crucem suam*, hoc est, tribula-
tiones, aduersitates, tẽtatiões, æquanimiter atq; viriliter per-
ferat, seipsum quotidie per opera pœnitentiæ mortificet, &
omne genus martyrij pro fide & æquitate pati paratus sit.
quẽadmodũ scriptũ est, Quoniã propter te mortificamur to-
ta die, propter quod Paulus, Semper (inquit) mortificationẽ
Iesu in corpore nostro circũferẽtes, & vita Iesu manifeste-
tur in carne nostra mortali. Hoc agit qui sapienter pẽsat il-
lud Apostoli, Non sunt cõdignæ passiones huius tẽporis ad
futuram gloriã. Et, Omnes qui volũt piè viuere in Christo,
persecutionẽ patiẽtur, Et *sequatur me* perseuerando in bo-
F nis vsque ad finem. Istud ad omnes pertinet. Quoniã teste
Iohanne, Qui se dicit, in Christo manere, debet sicut ille am-
bulauit, & ipse ambulare. Si verò quod dictũ est, Abneget se-
metipsum, intelligatur sic, vt propriam voluntatem prorsus
abiiciat, obedientiã promittendo, homini superiori propter
deum, tunc erit consilium. *Qui enim voluerit* voluntate per-
fecta & efficaci, quæ procedit in opus dum potest. *Animam*
suã saluam facere, hoc est, à dãnatione æterna eripere, atq;
ad veram fœlicitatẽ perducere, *Perdet eam*. i. in præsenti
vita eam vitaliter, salubriterq; occidet, priuatum amorẽ ex-
tirpãdo, delectabilia huius vitæ spernẽdo, & animã propriã
propter Christũ in omnibus affligẽdo, vel morti corporali
eam exponendo propter iustitiã, ita vt cũ Apostolo dicere
possit, Viuo autẽ iam non ego, viuit verò in me Christus, i.
nil ago secundũ priuatum amorẽ, sed omnia secundũ charí-
tatem diuinam, propter vitam æternam. ¶ Porrò q̃ iste fuit
verus ac proprius intellectus huius scripturæ, innotescit ex
eo quod subditur, *Qui autẽ perdiderit animam suam* hoc ma-
do eam despiciendo & affligendo, quasi non esset sua, Pro-

pter me, id est, amore mei, & ad hoc vt præmium cõsequatur A
à me, *Inueniet eam*. i. in futuro seculo ipsam saluam habebit,
ac fœliciter possidebit iuxta illud, De cælo ista possideo, sed
propter deũ nunc ista despicio, quia in futuro ea recipere spe
ro. Ad hoc pertinet quod alibi ait Saluator, Qui amat animã
suam in hoc mundo, in vitam æternã custodit eam. Sic ergo
debet homo animã suã salubriter perdere propter suiipsius
salutem, cuius ratio assignatur. *Quid enim prodest homini, si*
uniuersum mundum lucretur omnia temporalia acquirendo,
delitiis affluendo, alios sibi subiiciendo, vel etiam aliis præ-
dicando ac proficiendo, *Animæ verò suæ detrimentum*. i. dam-
nationem, casum seu nocumentum in spiritualibus *Patiatur* B
per negligentiam propriam, non faciendo quæ docui. Imò
hoc solum non proficit, sed plurimum deficit perdendo bo-
nam spirituale propter corporale, fœlicitatẽ æternã propter
rem temporalem. ¶ Ordo ergo charitatis requirit, vt vnus-
quisque post deum primò ac maximè amet seipsum in deo, &
proprię satagat prouidere saluti: sciens quoniam vnusquisq;
onus suum portabit, & pro seipso redditurus est rationẽ: ve-
rumtamen multi sunt qui docent & non faciunt, qui aliorum
magis q̃ proprios obseruant, ponderant, increpantque defe-
ctus, qui totum mundũ volunt saluare, & tamen palpant se-
ipsos: talib⁹ clamat Apostolus, Qui alium doces, teipsum nõ Galat. 6.
doces? Qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis deũ Mat. 23.
inhonoras. *Aut quam dabit* hoc est, dare poterit, *Homo com-* Roma. 2.
mutationem. i. redemptionem seu pretium, *Pro anima sua*
si contigerit eam damnari? Nullam vtique. Ideo nil proficit
totum mundum lucretur, & eam neglexerit. Propter quod
ait Psalmista, Non dabit deo placationem suam, & pretium C
redemptionis animæ suæ. Iob quoque ait, Non recedat im-
pius frustra, quòd aliquo pretio redimendus sit. Exteriorum
verò rerum damna potest homo aliqua commutatione re-
compensare ac recuperare. Quod autem homo non possit
aliquam cõmutationem dare pro anima sua, ostẽditur ex di-
ctione diuini iudicij. *Filius enim hominis venturus est* in die
nouissimo ac iudicium, *In gloria patris sui*, id est, in maiesta-
te & potestate, quam habet à patre. *Cum angelis suis* quĩ
tunc visibiliter apparebunt secundum Gregorium, *& tunc*
reddet vnicuique secundum opera eius, id est, secundum exi-
gentiam meritorum suorum per opera, omnem actum in-

D teriorem & exteriorē intelligendo, videlicet, cogitationes, affectiones, locutiones & operationes: imò & operum debitorum omissiones, quia & arbor quæ nō facit opera bona, excidetur, & in ignem mittetur: multi tamen saluabuntur frene operibus propriis, scilicet pueri baptizati ante discretionis annos defuncti. Loquitur ergo Saluator de adultis & tātione vtentibus. Hinc scriptum est in Iob, Absit à deo impietas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet. Sed quoniam dura erant quæ de Christi passione, eiusq; imitatione prædicta sunt, & discipuli eius auditis tremefacti ac desolati fuerunt, idcirco subditur consolatio pia qua ipsis promittitur visio eius in præsenti seculo, quod in futuro visuri sunt. *Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus*

E id est, quidam discipulorum meorum *qui non gustabunt mortem*, hoc est, morituri nō sunt, *Donec videant filium hominis ve-*
Act. 5. *nientem in regno suo*, id est, ascendentem ad regnum cæleste, quod omnes apostoli in die ascensionis viderunt. Vel, venientem in regno suo, id est, in ecclesia militante, in qua Christus spiritualiter venit per gratiosam inhabitationē, & piam subuentionem, quando post resurrectionē numerus credentium quotidie mirabiliter augebatur. Adhuc nanque viuen-
Matth. 17. tibus apostolis prædicata atq; recepta fuit fides per omnes principales partes mundi. Vel, venientem in regno suo, hoc est, apparentē in tali claritate qualem habebit in regno cælesti. Talem quippe viderunt eum Petrus, Iacobus & Iohannes in tranfiguratione. Vel, in regno suo, id est, in corpore glorificato, in quo semper regnabit. In illo enim viderunt eū discipuli post resurrectionem, quanuis non apparuerit eis in forma gloriosa.

F CAPVT XVII.

Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius.

ARTICVLVS XXX.

VI id quod in fine præcedentis capituli Christus promisit de visione sui in regno suo, exponunt de visione Christi in forma gloriosa, dicunt ꝙ in huius capituli exordio ostenditur Christus illam promissionē implesse. Et *post dies sex* à promissione & sermocinatione in precedenti capitulo factis, *Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius*. Tanquam familiariores & charo-

res, qui & resuscitationi puellę interfuerunt, & nocte passionis à Christo assumpti atque seorsum ducti fuerunt. A ¶ Quidam sentire videntur, quod Iacobus qui transfigurationi interfuit, fuerit Iocob⁹ primus Hierosolymitarum episcopus, scilicet Iacobus filius Alphæi: sed quia hoc loco aperte assentitur, quòd fuerat Iacobus frater Iohannis, simpliciter dicendum, quòd fuit Iacobus maior filius Zebedei ab Herode occisus. Quandocunque autem doctores catholici aliud asserunt, cuius contrarium manifeste habetur in scriptura canonica, certum est, quòd dicant hoc non recolentes nec attendentes, quemadmodum scriptura sacra contineat. Et si eam attendissent, nequaquam sic affirmassent. Vnde in talibus nō oportet deliberare, quid respondeatur. ¶ Quæritur, quomodo dicat Matthæus, post dies sex, assumpsit Iesus, &c. cum B Lucas dicat, Post dies ferè octo. Respondendum, quòd Lucas connumerat diem prædictæ promissionis, & diem implenionis. Matthæus verò & Marcus dies intermedios computant. Et *duxit illos in montem excelsum* videlicet in montem Thabor *Seorsum* ab aliis discipulis. Et *transfiguratus* hoc est, in splendidiorem formam, seu glorioſiorem figuram ac qualitatem mutatus est, *Ante eos* videlicet in conspectu eorum quibus ostendere voluit gloriam, quam ipse post resurrectionem fuerat habiturus quam dabit in resurrectione futura suis electis. Ideo tres assumpsit, vt in ore trium testium staret huius transfigurationis testimoninm, & propter sanctæ trinitatis mysterium designandū, & propter ternarij numeri perfectionem. Omnia nanque super tria poni- C mus secundum philosophum. In hac transfiguratione Christi Deut. 7. nec substantia suæ humanitatis, nec quantitas sui corporis est mutata. Sed qualitas dignior seu claritas admiranda superinducta est corpori. Et *resplenduit facies eius sicut sol.* Si illa claritas tanta fuit, quanta post resurrectionem erit, dubium nullum est, quin facies eius incōparabiliter clarior fuerit sole: præsertim cum de cæteris scriptum est, Quia fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. ¶ Denique secundum Matth. 13. commune dictum doctorū in resurrectione futura dotes corporum glorificatorum, erunt ex redundantia beatitudinis animarum in corpora, quod intelligendum videtur per modū causæ meritoriæ, non effectiue ex parte animarum. Anima autem Christi in primo instante suę creationis ac vnionis cū

D verbo erat verè ac fruitiuè beata. Idcirco nisi ex diuinæ dispensationis moderamine retracta atque dilata fuisset redundantia beatitudinis animæ eius in sacratissimũ corpus ipsius, omnes quatuor dotes corporis glorioſi fuissent in corpore Christi à primo suæ formationis instanti, sed fuit dispensatiue dilata. Aliquando tamen fuit permissa, scilicet in transfiguratione. ¶ Porrò secundum Hugonem, Christus ante passionẽ successiue seu diuersis tẽporibus assumpsit quatuor cor-

E poris dotes, videlicet, Subtilitatẽ in natiuitate egrediẽdo de clauso dulcissimæ virginis vtero: Agilitatem ambulando super aquarum fluenta: Claritatem in transfiguratione: Impassibilitatem in consecratione seu porrectione corporis sui in cœna. Alij tamen communiter tenent oppositum, maximè quantum ad dotem impassibilitatis tempore cœnæ. Tale enim corpus dedit Apostolis, quale tunc habuit. Et cum de ratione dotis sit, vt habeatur & insit per modum qualitatis fixæ ac permanentis, non traseuntis, propterea claritas ista licet secundum essentiam fuerit eiusdem rationis cum claritate quæ ponitur dos, tamen non habuit ibi modum, rationemq; dotis, quia non innerat permanenter, *Vestimenta eius facta sunt alba sicut nix*. De modo huius albefactionis dubitatio est. Augustinus enim videtur asserere, quòd claritas

F seu albedo apparens in vestibus, non erat subiectiue in eis, sed ex illustratione aëris, candidè apparebant ac albæ, quemadmodum ea pars cœli cui sol est vicinior. Veruntamen satis probabile est, quod ad declarandam futuram glorificationẽ corporum electorum in se & in mansionib⁹ suis, etiam vestimenta Christi fuerunt veraciter immutata & clarificata, quod & scripturis magis consonare censetur. Scribitur namque in Marco sic, Vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo super terram non potest cãdida facere. Et Lucas, Vestitus (inquit) eius factus est albus refulgens. ¶ Hoc quoque sentit Hieronymus, si verba eius bene pensentur. Ait enim, quòd in transfiguratione non est substantia mutata, sed splendor vultui additus, quod probat eò quòd substantia vestium non sit mutata, quæ tamen splendidæ factæ fuerunt. Clarum est autem, quod argumentatio ista nulla esset, nisi & vestes verè clarificatæ fuissent. ¶ Hoc quoque sciendum, quod licet Lucas dicat, quòd species vultus Christi facta sit altera, non tamen sic intelligendum

Iohan.6. Mat.26.

Augusti.

Marci.9.

Lucæ.9. Hierony.

Lucæ.9.

gẽlum est, quasi sola facies sit clarificata, sed tota caro, quẽ- A admodum in resurrectione futurũ est. Et *ecce*, res valde notabilis, nã *Apparuerunt eis*, videlicet Petro, Iacobo & Iohanni, *Moyses & Helias* Hi præ cæteris cum Christo affuerunt. Act.10. Primò, vt per Moysen verè defunctum, & Heliam nondum Num.12. mortuũ ostẽderetur Christus iudex ac dominus viuorum & 3.Re.19. mortuorum. Secundò, propter specialem cõformitatem eorum cum Christo: nã sicut Moyses veteris, sic Christus nouæ legis est collator, & Helias, secundũ eius præcurret aductũ. Tertiò, ad designandum Christi perfectionem, per Moysen nempe qui mansuetus erat præ omnibus hominibus habitãtibus super terrã. Et Heliam rigorosissimũ, qui surrexit velut ignis & maxim⁹ diuini honoris ac legis fuit æmulator, signi ficatur, quòd Christus simul mitissimus atq; iustissimus fuit, & in tantum zelatus est pro patris honore, vt transgressores constantissimè increparet, & propter patrem glorificandum B pro hominum salute vitam suam exponeret morti. Quartò, propter imminentiam dignitatis ac miraculorum & sanctita tis Moysi & Heliæ. Quintò, vt ostendatur Christus non esse legis solutor, sed impletor, & ꝓphetarũ verificator, cuius op positũ imposuerũt ei Iudæi. Insuper Moyses & Helias verè & ꝓsonaliter aderant nõ secundũ similitudinẽ quandam, vel angeli in forma eorum, vt aliqui dicunt. De Moyse enim ali qui dicunt, ꝙ surrexit ad horam apparens in proprio corpore, ꝙ videtur esse de mẽte Hieronymi, qui ait, quòd Moyses Matth.5. resurrexit ab inferis. Alii probabiliter dicunt, quòd apparuit Hierony. in corpore assumpto & sibi adaptato, eo modo quo angeli. C De Helia verò certũ est, ꝙ diuina virtute, forsã angelico ministerio adductus sit de paradiso terrestri, ficut subsistit in anima & corpore, tamẽ vterq; eorũ apparuit tũc in magna claritate, & ampliori quàm Helias ante vel postea habuit. Vnde Lucæ.9. Lucas ait, ꝙ apparuerunt cum Christo in maiestate, *Cum eo loquentes*, sermocinationis illius materiam exprimit Lucas. Ex dicebãt excessum quẽ completurus erat in Hierusalem, id est de Christi passione loquebantur, cũ Christo gratias refe rendo, & pro mundi salute orãdo, de Iudæorũ quoq; peruer sitate dolendo ac admirãdo ¶ Dicitur autem passio Christi excessus propter eius excessiuũ dolorem, quia ex amore excessiuo ad nos, pati dignatus est: propter excessiuã impietatem Iudæorum in eum. *Respondens autem Petrus*, qui verba

D Moysi & Heliæ audiuit de Christi passione, vt aliqui dicunt tamẽ Lucas habet, ꝙ Petrus & qui cum eo erant somno erãt grauati: & antequam Lucas describit euigilationẽ eorũ, recitat de colloquutione Christi, Moysi atq; Heliæ. Vnde certũ non habeo, an colloquentium verba audierit, quæ tamẽ postea eum cognouisse ex reuelatione certissimũ est, *Dixit ad Iesum, domine, bonum*, id est, delectabile & honestum. *Est, nos esse*, videlicet in monte, vt videamus te in tanta maiestate & gloria, Moysen quoque & Heliam excellentissimos viros in tanto decore. *Si vis.* Reuerenter & sobriẽ loquitur Petrus, quantum ad hoc quod defert domino suo, non absolute, sed conditionaliter loquens, quia inferior suã semper debet voluntatem subiicere beneplacito domini sui in licitis & honestis. Vnde & Christus in passione orauit, Pater si vis, inquit, transfer calicem istum à me, *Faciamus hic tria tabernacula*, id est, habitacula in quibus stabiliter perseueremus, forte talia tabernacula voluit facere, qualia habebantur in veteri testamento, videlicet de frondibus atq; tentoriis quę facile fiunt, *Tibi vnũ, & Moysi vnũ, & Heliæ vnũ.* Quare nõ dixit, faciamus hic sex tabernacula? Forte ideo, quia putauit in illis tribus tabernaculis se & duos cõdiscipulos suos recipi posse ad commorari: sic tamẽ, vt ipse esset in tabernaculo sui magistri charissimi: Secundum Lucam & Marcũ, Petrus hęc dixit, nescions quid diceret, quia præ excessiua dilectione, dulcedine & deuotione in Christum loquebatur quasi in extasi, & sine consideratione considerandorũ. Nihilominus secundũ Marcum, causa huius nescientiæ fuit nimius timor ex insolito visu. Timor autem immoderatus impedit valde vsum rationis & linguæ: iuxta illud Iob, Auferat dominus à me virgã suã, & pauor eius nõ me terreat. Neq; enim possum metuens respondere. Nihilominus ordinata tristitia, vel non multũ excessiua, confert ad veritatis contemplationẽ, inquantũ dissolutionem, vanitatem, & incõsideratam libertatẽ aufert. propter quod Esaias, inquit, Domine in angustia requisierũt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. ¶ Secundum Hieronymum, Petrus hæc dicens errauit. Primò enim errasse videtur, ꝙ in contemplatione humanitatis Christi voluit contentari siue quiescere, cũ tamen beatitudo in diuinitatis sue contẽplatione: essentialiter sita sit, quam tunc Petrus nõ vidit. Secundò, quòd in terra & nõ potius in cœlo locum mansionis quæsiuit, cum tamen dicat Apostolus, Non habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futurã inquirimus. Tertiò, quòd aliorũ discipulorum obliuisci videbatur, & de præsentiũ cõtentari salute. Sed vtique si Petrus voluit ibi ad tempus cum Christo sic transfigurato commorari, non penitus errasse dicendus est. *Adhuc eo* videlicet Petro *Loquente* verba præd̃a, *Ecce nubes lucida*, id est, pulchra & clara, nõ ex grossis vaporibus causata, sed talis qualis recepit Iesum in hora ascẽsionis ab oculis discipulorũ, vt in Actis legitur, *Obumbrauit*, id est, temperanter operuit *Eos*. Difficile forte apparet ad quos referẽdum sit hoc, Immediate enim de Christo, Moyse & Helia est mẽtio, sicque videtur obumbratio ista referẽda ad eos. Veruntamen si ea quæ Lucas scribit diligenter pensentur, inueniemus Moysen & Heliam ante nubis apparitionẽ recessisse: nam ibi habetur, ꝙ cum Moyses & Helias discederent, Petrus dixit, Bonum est nos hic esse. Nubes ergo obũbrauit eos, id est, Petrũ, Iacobum & Iohãnem, ne oculi eorũ claritate corporis Christi omnino repercuterentur & obtũderentur. Et *ecce vox* patris De *nube* sonuit, *Dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui.* Hoc ipsum supra scripti ac diligenter expositum est, *Ipsum audite* auribus cordis & corporis, quoniam ipse est veritas infallibilis, sapiẽtia increata, magister perfectus, doctor saluificus, qui ait, Qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Hunc magistrum esse audiendum, prænunciauit Moyses in Deuteronomio. Prophetã (inquiens) suscitabit vobis dominus, tanquam me ipsum audietis, & omnis qui non audierit verba prophetę illius, exterminabitur de populo suo. Denique similis apparitio & testificatio factæ sunt in Christi baptismo ac trãsfiguratione, vtrobique nanq; ostensa est trinitas superbenedicta, videlicet paterĩ voce, quę angelico ministerio creditur formata, Filius in humanitate, Spiritus sanctus ibi in specie columbæ, hic autẽ in nube. Quemadmodũ enim spiritus sanctus per colũbã designatur propter simplicitatẽ & innocentiã, cæterasq; bonas proprietates columbæ sic figuratur per nubẽ, quia vt nubes refrigerat & defendit à solis calore, sic spiritus sanctus ab igne cõcupiscentię & omniũ tentationũ feruore, propter quod in Esaia per nubẽ exprimitur gratia spiritus sancti, cum dicitur, Creabit dominus super

Ibidem.

Matt.26.
Luc.22.

Lucæ.9.
Marc.9.

Iob.9.

Esa.26.

A Heb.13.

Act.1.

B Lucæ.9.

Matth.3.

Ioan.5.
Deu.18.

C

D nus super omnẽ locum mõtis Sion, & ibi inuocatus est, nubẽ per diẽ. Cum ergo Christus sit nobis causa gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, idcirco in eius baptismo & transfiguratione apparuit trinitas, & pater de filio testimoniũ protulit, quia baptismus Christi fuit figura & causa nostræ regenerationis, qua in præsenti renascimur gratiã acquirendo. eius trãsfiguratio figura fuit nostræ glorificationis in futuro. Vade per nubẽ lucidam hic apparẽtem, intelligi potest claritas visionis diuinæ, qua electi ab omni aduersitate tutãtur: iuxta illud Apocalypsis & Esaię, Non esuriẽt neq; sitient amplius, & non percutiet eos æstus & sol. Et *audientes discipuli* vocẽ qua deus maiestatis de nube intonuit, *Ceciderunt in facie sua*

E more prophetarum qui frequenter corruisse legũtur auditis sermonibus reuelationis diuinæ, Et *timuerũt valde*, quia hoc naturale est vt homo propter suæ naturæ fragilitatẽ terreatur auditis diuinæ maiestatis sermonibus. Hinc in Exodo filii Israel dicunt ad Moysen. Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et in Deuterono. habetur, Quid est omnis caro vt audiat vocẽ domini dei viuentis? Et *accessit Iesus & tetigit eos*, Moyse & Helia ad loca sua vnde aduecti erãt reuersis, *Dixitq; eis, Surgite non*

F solũ à terra, sed & à pristina imperfectione, Et *nolite timere*, inordinato pauore propter vocẽ celestẽ, sed potius de vestre fidei certificatione, & mea dignitate vobis iã reuelata, gaudete sicut Daniel & Ezechiel tactu angelico se leuatos & confortatos fuisse testantur. *Leuantes autem oculos suos* Apostoli, *Neminem viderunt, nisi Iesum solum*, Abierũt etenim Moyses & Helias ante prædicta, ne vel ab eis vel ad aliquem eorum crederetur vox facta de nube. Et *descendentibus illis de monte*, *præcepit Iesus, dicẽs, Nemini dixeritis visionem*, id est, quod iam in monte vidistis, *Donec filius hominis à mortuis resurgat*. Hoc Christus præcepit, Primò vt doceat nos occultare propriam excellentiam, quosq; in præsenti viuimus seculo. Secundò, ne res illa propter suam magnitudinem putaretur incredibilis. Tertiò, ne tempore passionis grauiter scandalizẽtur, qui ante ædificari poterant ex transfigurationis reuelatione. Et *interrogauerũt eũ discipuli, dicentes, Quin ergo dicũt scribæ, quòd Heliam oportet primum venire?* Si transfiguratio ista glorificatio tua est, quomodo dicunt doctores Iudæorum, quòd Helias venturus est primum, id est, antequam appareas in gloria?

Nouerant scribæ ex testimonio Malachiæ, quòd Helias A
præcederet secundum Christi aduentũ, seu diem iudicii, in quo Christus gloriosus omnibus monstrabitur. Quoniam ergo prophetæ tres apostoli transfigurationem Christi quam videbant, putabant esse gloriam in qua ad iudicandum venturus esset, ita quòd tranfiguratio illa esset iudicium consummationis mundi atq; extremi iudicii de proximo imminentis, ideo felicitabantur Christũ, qualiter intelligenda esset scribarum assertio de aduẽtu Heliæ ante diem iudicii. Viderant quippe Heliã, sed mirabantur, q̃ tam subito abiit, quẽ scribæ testantur manifeste venturum, & prædicaturum Iudeis Interroga ergo igitur apostolorum ex quodã errore procedit, quia putabant instare diem iudicii, finemq; seculi, Christus tamen clementer instruit eos, sicut subiungitur. At *ille respondẽs, ait illis*, B
videlicet Petro, Iacobo & Iohanni, *Helias quidẽ venturus est*, quemadmodum scribæ affirmant, quia secundum meũ præcursum præparet aduentum, sicut Iohannes primum, Et *restituet omnia*, id est totum genus Iudæorũ reducet ad deum, conuertendo, illos ad Christum. Aperiet nanq; Antichristi mendacia, quo falso Iudæi fidẽ recipient. Vnde in Malac. legitur, Cõuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres. Sic ergo ait Salvator, Helias restituet omnia quomodo alibi de se profitetur, si exaltatus fuero, omnia trahã ad meipsum, Helias autẽ quamuis minister erit restitutionis illius nõ actor principalis, sed instrumentalis. *Dico autẽ vobis, quia Helias iam venit* non personaliter, sed æquiualenter, videlicet alius in virtute & spiritu suo. Et *non cognouerunt eum* Iudæi increduli, scilicet scribæ, C
& sacerdotes ac pharisæi, dicentes de Iohanne, quia dæmonium habet. Et quanuis Herodes & alii quidam maligni aliter Iohannem nouerunt, (Sciebat enim Herodes quòd esset vir iustus & sanctus) dicuntur tamen eũ nõ cognouisse. Primò, quoniã nescierunt q̃ esset Christi præcursor. Secundò, quoniam documenta & opera eius finaliter reprobauerunt. *Sed fecerũt in eum quæcunq; voluerunt*, id est, multipliciter persequuti sunt ipsum. Nã & Herodes de consensu & forti consilio scribarum, pharisęorum ac sacerdotũ, Iohannem incarcerauit & decollauit, *Sic & filius hominis passurus est ab* eo supplicium crucis, quia in passione idem Herodes spreuit Christum, albaq; veste illusum reddidit voluntati Pilati, qui tandem procurantibus Iudæis crucifixit Christum.

Denique

D Denique Christus loquitur de diuersis iniustis generaliter, quasi de eisdem, secũdum ꝙ vna generatio ponitur omnium reproborum, cui ait Saluator, Venient hæc omnia, scilicet omnis sanguis innocenter effusus, super generationem istam. *Tunc intellexerunt discipuli* tres prædicti, *Quia de Iohanne Baptista dixisset eis* illa, quæ de præterito Heliæ aduentu narrauit, Per Heliam intelligendo ac designando Iohannem, propter proprietatum similitudinem, non propter personæ virtatem. Nam & Iohannes à Iudæis interrogatus, Helias es tu, respondit, Non.

¶ Residuum cap. *Et cum venisset Iesus ad turbam.*

ARTICVLVS XXXI.

E E *Cum venisset Iesus ad turbam* videlicet die sequenti à transfiguratione prædicta, *Accessit ad eum homo genibus prouolutus*, id est, genua flectens *Ante eum, dicens, Domine miserere filio meo* liberando eum à sua miseria, *Quia lunaticus est* id est, secundum lunationes seu tẽpore noui luniorum furit tãquam arreptitius, *Et male patitur* id est, dire vexatur à dæmone. Cur autem aliquis nũcupetur lunaticus, plenius dictum est supra. *Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam* id est, diabolo ipsum apprehendente in ignẽ & aquam proiicitur vt occidatur. Vnde Marcus clarius dicit, Vbicunque apprehenderit eum spiritus, allidit eũ & spumat & stridet dentibus & arescit. *Et obtuli eum discipulis tuis* non tamen Petro, Iacobo, & Iohanni, sed eis qui transfigurationi non interfuerunt, *Et non potuerunt curare eum* à prædictis incõmodis & à dæmonio. Huius impotẽtiæ causa fuit, tam incredulitas patris quàm discipulorũ, sicut dicetur. *Respondens autem Iesus, ait, O generatio incredula, & peruersa* id est, infideles & iniqui, hoc dicit ad patrem lunatici, & ad similes ei, *Quousque ero vobiscum?* inter vos corporaliter conuersando, *Vsquequo patiar vos?* id est, incredulitatem, peruersitatemque vestram, quasi dicat, non diu. Vel hoc dicit, significans se desiderare reuerti ad patrem, & vt malos digne redarguat, ac suę iustitię zelum ostendat, seque de hominum prauitate monstret dolere. Non autem dicit hæc quasi impatiens & tædio victus, vel quasi ante tempus diuinitus præordinatum mori desiderans, sed potius loquitur affectu ac more prudentissimi medici, qui contrariantibus suæ artis remediis durius loquitur. *Afferte huc illum* lunaticum *Ad me*, vt curatio

ratio & modus suæ curationis omnib⁹ innotescat: ideo se A
ꝙ eum Christus adduci ad se, quẽ vtiq; poterat curare absentem. *Et increpauit illum Iesus*, vel puerũ eò quòd aliquid forte commisit, propter quod diabolus in eum potestatẽ ac spiritum vel (quod verius est) dæmonem. Vnde Marcus ait, Cõminatus spiritui inmundo, & Lucas, Increpauit (inquit) spiritum immundum, & exiit ab eo dæmonium, quod secundum Marcum erat surdum & mutum, quoniam fecit puerum surdum, & ad loquendum impotentem, *Et curatus est puer* à dæmonio, à surditate, & mutitate, *Ex illa hora*, qua Iesus dæmoni iussit exire à puero, *Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto & dixerunt, Quare nos non potuimus eiicere illum?* dẽmonem à puero isto? ¶ Superius dictũ est, quod Iesus dedit discipulis potestatem super omnia dæmonia, imò super omnẽ B virtutẽ inimici, secundũ Lucam: Quomodo ergo nunc dicunt, quòd non potuerunt dæmonem istum expellere? Et respondendum, quòd illa potestatis collatio intelligenda erat si discipuli ponerent obicem, *Dicit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram*, non quod simpliciter infideles fuerint, sed quia in fidei p rfectione defecerunt. Quemadmodum enim ex consequentibus innotescit, cæteri discipuli vidẽtes ꝙ Iesus Petrum, Iacobum, & Iohannẽ specialiter duxit seorsum in montem, humanum aliquid passi sunt, videlicet motum inuidiæ atque superbiæ, dolentes illos sibi præferri? ob hoc quoque meruerunt incurrere quandam hęsitationẽ in fide. Vnde, ꝙ propter incredulitatem suã non potuerint eiicere dæmonem, declarat Saluator. *Amen quippe dico vobis, Si habueritis fidem sicut granum sinapis* id est, quæ tali grano cõparatur, cui superius comparatum est regnum cœlorum, quia C venus sicut huiusmodi granum paruum est quantitate, maximumque virtute: sic fides vestra in se vigorosa, fœcunda ac fortis cosistat, *Dicetis monti huic, transi hinc* id est, de loco isto transferaris virtute diuina, *Et transibit*, quo iusseritis. Per hoc exemplum innuit Christus, ꝙ fidei nihil impossibile sit. Et quanuis tale quid raro factum negatur, tamen verũ est quod ait saluator. Nam si ratio id exigeret, deus montẽ transferret ad instantiã viri in fide perfecti, Maiora quoque fecerũt discipuli quàm esset montis translatio, mortuos suscitando, à natiuitate claudos & cæcos sanando, arcana cordium reserando. ¶ Quidã per mõtem ratione elationis intelligunt

D telligunt dæmonem, quem viri perfecti solo verbo transire, & fugere cogunt. Vnde de impio legitur apud Hieremiam, Ecce ego ad te mons pestifer ait dominus, qui corrúpis vniuersam terram. Hoc *autem genus* dæmonum *Non eiicitur* ab obsessis, *Nisi per orationem & ieiunium* id est, virtute, & merito orationis & abstinentiæ: quæ sunt effectus fidei & perfectæ, vt grano sinapis merito cõparetur. Diuersorũ enim dæmonum varia est potestas, & diuersi de diuersis vitiis tentant homines. Vnde quidam dicuntur spiritus fornicationis, alij spiritus inuidię, alij spiritus superbię. Genus itaque dæmonum ad quod pertinebat dæmon iste, fortiter imprimit se hominibus quos obsidet. Et aliqui dicunt, ꝙ tẽtet de vitio carnis, propter quod non eiicitur, nisi oratione atq; E per orationẽ, quæ est eleuatio mentis in deũ: & per ieiunium, quod est castigatio corporis datur intelligi, ꝙ hoc dæmonium genus non eiiciatur, nisi ob hominibus notabiliter virtuosis mẽte & corpore depurgatis. Hic beatissimi Anachorite restati sunt, vnumquenq; facilè illi posse dominari demonio, qui vicerit passionem & culpã, de qua dæmon huiusmodi retat. *Conuersantibus autem eis*, videlicet Iesu & eius discipulis in Galilæa, *Dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum & occident eũ, & tertia die resurget.* Aduertis ac tristibus læta permiscet, vt mœrorẽ lætitia tẽperet. Ideo de sua passione prædicens, de gloria resurrectionis mox addidit. Frequenter quoque prænuntiat se passurũ, ne inopinate ceptus putetur, & iacula præuisa minus feriant: ipsiq; discipuli cum viderint verificata quæ prædixit, constabiliantur in fF de *Et contristati sunt vehementer*, & tanto vehementius, quanto in eius amore magis feruebant, & quãto inuitius separabantur à tam dulci magistro, à tam pio patrono atque fidelissimo defẽsore ac prouisore, & quia agnouerant sanctitatem ac innocentiam eius. Et quoniam nõdum spirituales erant perfecte, ne resurrectionis gloriam diligenter pensabant, idcirco tanto magis de Christi occisione dolebãt, quãto illã in seipsa sub ratione pœnæ ac mali & nocumenti, nõ sub ratione remedij & salutis pensabant. Nec tamẽ audebãt suadere oppositum, scientes quid Petrus oppositum conflés, paulo ante audisset, videlicet, vade retro me satana, quia non sapis quæ dei sunt. *Et cum venissent Capharnaum*, Iesus eiusque

discipuli, *Accesserunt qui didragma accipiebant ad Petrum*, A id est, exactores tributi, quod vocabatur didragma, hoc est duplex dragma. Dragma verò (vt dicitur) est octaua pars vnciæ, valés sex obulos. Exactores ergo seu collectores tributorũ ex parte Imperatoris commorantis in vrbe pręcipua Galilææ, puta Capharnanũ, nõ accedunt ad Iesum propter reuerentiam eius, quem nouerant tãta operari miracula & tantum honorari à populo, sed Petrum tanquam principalem inter discipulos *Et dixerunt ei, Magister vester*, hic videlicet, *Non soluit didragma?* id est, solet ne dare tributum, sicut ordinauerũt Romani? *Ait Petrus, Etiam. Et quum intrasset Petrus in domum* vt diceret Christo verba exactorum *Præuenit eum Iesus*, vt ostenderet se omnia scire, *Dicens, Quid tibi videtur Symon?* Quærit non ignorans quid respon- B deus sit Petrus, sed vt ex eius responsione conueniẽtius instruat eum, & optima proferat documenta. *Reges terræ à quibus accipiunt tributũ vel censum? à filiis suis an ab alienis? id est*, cæteris sibi subiectis. *Et ille dixit, Ab alienis, Dixit illi Iesus, Ergo liberi* à persolutione tributi ac census *Sunt filii* regum. Per hoc Christus intendebat cõcludere se liberũ esse à dando tributa tanquam filium regis regum, nulli legi humanæ de necessitate subiectum: de quo fertur in psalmo, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.

¶ Denique aduertendũ, quòd libertas est duplex. Vna spiritualis, sicque omnes Christiani facti sunt liberi, quia per Christi passionem sunt à potestate diaboli & iugo peccati exempti: propter quod ait Saluator, *Si filius vos liberauerit, ve-* C *re liberi eritis*. Alia corporalis, & ita fideles tenentur ad tributa quẽadmodum dicit Apostolus, *Cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal*. Vnde Christus alibi, *Reddite* (inquit) *quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Vt autem non scandalizemus*, i. ad ruinã peccati occasionaliter inducamus eos qui didragma requirunt, qui putassent Christum Imperatori repugnantẽ, & seculare ius violantẽ, nisi soluisset didragma. ¶ Præterea Christus magis vitauit scandalum istorum quam scribarũ ac Pharisæorũ, quia istorũ scãdalũ ortũ fuisset ex ignorãtia, qua ignorabãt Iesum esse naturalem ac verum filium dei, ad quam notitiã non tenebantur explicite prester eo cum essent Romani gẽtiles. Scandalum verò scribarum ac Pharisæorum processit ex mera malitia. Christus quoque

sicut

D sicut peccare non potuit, ita nec aliquē potuit scandalizare directe, sed occasionaliter tantū *Vade ad mare* supra quod sita fuit vrbs ista Capharnaū *Et mitte hamum*, videlicet instrumentum quo pisces capiuntur *In aquam, & eū piscem qui primus ascenderit* i. hamo captus inhæserit, leuatusque fuerit, *Tolle & aperto ore eius, inuenies stateram* valentem duplex didragma, & per cōseques pro duobus sufficiens. ideo subditur, *Illum* stateram, *Sumens, da eis pro me & te*, Christus tanquā veraciter liberalis atque largissimus plus dedit quā illi exigebant. In hoc autem ꝙ eo operāte inuentus, & secundum Hieronymum creatus est in ore piscis stater, ostēditur omnipotentia. In eo verò ꝙ de inuentione piscis ac stateris tant certe prædixit, mōstratur omnis scientia eius: atque in E vtroque eius diuinitas declaratur. In eo quoque ꝙ humanis se legibus subdidit, cum esset liberrimus filius regis æterni, eius humilitas summa, & vera humanitas agnoscuntur.

CAPVT XVIII. *In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum*

ARTICVLVS XXXII.

IN superioribus dictum est quemadmodum Christus specialiter dixerit Petro, Tibi dabo claues regni cœlorū, quomodo etiā primus fuit inter tres, quos Iesus assumpsit, vt trasfigurationi suæ interessent. Et qualiter pro se atque pro Petro soluit tributū. Ex his atque similibus discipuli moti sunt ad suspicandum, ꝙ Petrus omnibus eis esset præferendus, de quo minus bene contentabantur, nondum enim humilitatis apicem attigerunt, idcirco *In illa hora* qua facta sunt quæ in fine præcedentis cap. scripta sunt F in Capharnaum de persolutione tributi, *Accesserunt discipuli* præsertim apostoli *Ad Iesum, dicētes, Quis putas maior est in regno cœlorum?* id est, quis ampliori s gratiæ & meriti est in Ecclesia militante? Et quis plenioris glorię & præmij est in Ecclesia triumphante? hoc quæsierunt, quatenus talis eis præficeretur qui dignoris esset gratiæ in præsenti & gloria in futuro. Sed his obuiare videtur quod apud Marcū inducitur, quemadmodum quum veniissemt domū, Iesus interrogauit discipulos, Quid in via tractabatis? At illi obticuerunt, videlicet præ verecundia, Si quidem in via disputauerāt quis eorū esset maior. Quomodo ergo nunc dicuntur accessisse, & Iesum interrogasse? Respondeti potest. Primò, quòd videntes se à Christo deprehensos ad tempus prærubore silebāt. Post modicum temporis resumpta fidutia, scisciātati sunt do- A
minum secundū quòd aliqui tacuerunt, & alij interrogauerunt. Tertiò ꝙ tacuerunt de sua ambitiosa disputatione, sed loquuti sunt de vtili quæstione Et *aduocans Iesus paruulū sta* uit id est, collocauit *Eum in medio eorum*, videlicet discipulorum Et *dixit* humilis magister, non solum verbis, sed & factis humilitatem commendans, ambitionem funditus eradicauit. *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis* id est, corde saluberrimè immutati, videlicet à cōtētione, elatione, & omni amditione, ad pacem, humilitatem, obedientiam, Et *efficiamini sicut paruuli* id est, paruulis assimilati fueritis, quātum ad bonas proprietates eorum amplectendo innocētiā, puritatē & humilitatem eorū quos cōstat de prælatione non occupa B
re, nec inuicē inuidere, *Non intrabitis in regnū cœlorum* quod humilibus atque pacificis est paratū. Hoc in persona apostolorum omnibus dicitur Christianis: sed quoniā nemo excludatur à regno cœlorum, nisi pro peccato mortali, videntur apostoli peccasse mortaliter: quibus nūc dicitur, Nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, &c. Si autem dicantur non peccasse mortaliter in prædictis, tunc illud quod dicitur Nisi cōuersi fueritis) intelligendū erit cōditionaliter, vt sensus, Nisi conuersi fueritis. i. si magni fueritis in oculis spiritis elati & ambitiosi, non potueritiis saluari, nisi cōuersi fueritis modo præfato. Vnde per Hierem. dicit, Nolite elevari, sed date gloriam domino deo, Et apostolus Petrus, Deponentes (inquit) omnem malitiam, & dolum, & simulationem, & detractionem, quasi modo geniti infantes lac cōcu- C
piscite. Deniq; in paruulo cōsiderari possunt minoratio sensus, & indisciplinatio morum, & sic non debemus fieri sicut paruuli: iuxta illud apostoli, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Veruntamen nomē paruuli in scriptu ra interdum in malo accipitur, vt cum Salomon ait, Auersio paruulorū interficiet eos. Et Iob, Paruulū (ait) occidit inuidia. ¶ Quidā per paruulum istū quem Iesus statuit inter discipulos, intelligunt ipsummet Christum. Sed hoc ad literā stare non potest, cum de paruulo isto scriptum sit apud Marcum. Quem cū amplexus esset Iesus. Certū autem est, quod non amplexabatur seipsum, *Quicunque ergo humiliauerit se* sicut deo & hominibus *Sicut paruulus iste* i. omnē motum superbiæ prorsus abiecerit, & tam alienus fuerit ab elatione

D vt puer, consideratione diuinæ maiestatis, atque intuitu pro-
priæ defectuositatis, *Hic maior est in regno cœlorum* quam
alij minus humiles. Humilitas nãq; directè disponit ad pro-
fectum gratiæ in præsenti, & exaltationem, incrementum
gloriæ in futuro: prout scriptũ est, Deus superbis resistit, hu-
milibus autem dat gratiam. Et iterum, Humilia vale spiri-
tum tuũ, & inuenies gratiã corã deo & hominib⁹. Hinc in-
Prouerb. legitur, Humilitas præcedet gloriã, & humilé spiri-
tu suscipit gloria. Quãto itaq; quis se magis humiliauerit pa-
re propter deum ex charitate, tanto sublimior erit in patria
Non quòd præmium essentiale correspondeat humilitati di-
recte, sed dispositiuè ac fundamentaliter, & quia maiori hu-
militati maior adest charitas. *Et qui susceperit* in visceribus
E charitatis seu domo ad hospitandum ac reficiendum *Vnum*
paruulum *Talem*, videlicet innocentem ac humilem, de quo
in prouerb. Aeterna sapientia inquit, Si quis est paruulus, ve-
niat ad me *In nomine meo* id est, ideo quia fidelis est, vel pro-
pter me atq; ad gloriam nominis mei. *Me suscipit* in mem-
bro meo mystico, quanuis non in memetipso. Itaq; suscipit
me, id est, mihi fieri iudico quod fit illi: & tam gratum est mi-
hi, acsi mihi in propria persona exhiberetur. Ecclesia nempe
est mysticum corpus Christi, & ipse est caput ipsius: quod ei
gofit membris, fit capiti. Intantum quoque diligit Christus
paruulos & egenos, vt sibi fieri arbitretur quod impenditur
illis. Vnde Paulo ait, Quid me persequeris? Et per Zacha.
Qui tetigerit (inquit) vos, tanget pupillam oculi mei. *Qui*
F *autem scandalizauerit* id est, verbo vel facto suo inordinato
ad peccandum induxerit *Vnum* id est aliquem *De pusillis*
istis qui in me credunt id est, de fidelibus adhuc imperfectis,
incipientibus, vel etiam proficientibus, nondum perfectis.
Expedit ei, vt suspendatur molla asinaria in collo eius. Per mol-
lam asinariam, quam equi vel asini trahunt cum rota in molen-
nis, intelligitur quodcunque grande saxum seu lapis grauis
mus, *Et demergatur in profundum maris.* Vt illius enim sibi e
iuste occidi, quàm impiè viuere. Vtilius est enim corporal
perpeti mortem, quàm alium ad animæ mortem inducere.
Vtilius ei est in vita hac puniri, quàm eternaliter condemna
ri. Istud potissimum verum est de scandalizatione actiua &
passiua, prout sunt peccata mortalia. Tunc enim scandalum
actiuum mortale est, quando verbum vel factum scanda-
dalizantis

dalizantis est in se mortale, videlicet charitati vel iustitiæ A
contrarium. Vel quãdo est in se veniale, & tamen homo per
illud intendit aut nititur alium ad peccatum mortale indu-
cere, partipendens eius salutem per hoc q; non vult sibi pla-
centiã omittere propter fratris salutem: quod quàm sit ini-
quum, patet ex verbis Pauli dicentis, Sic autem in fratres pec
cantes & percutientes cõscientiam eorum infirmã, in Chri-
stum peccatis. Et rursus, Hoc (inquit) iudicate ne ponatis fra
tribus offendiculum vel scãdalum. Denique melius esset oc-
cidi q; scandalizare alium, quãuis scandalizantis & scandali-
zati peccatum esset veniale. ¶ Peccatum nanque est infinite
turpibilitatis, magisque debet homo eligere mortem pati, q;
venialiter peccare. Et bene ait Saluator, Qui scandalizaue-
rit vnum ex pusillis, quia (vt ait Hierony.) qui scandalizatur
paruulus est. Maiores enim scãdala nõ recipiunt. Vnde per-
fectorum non est scandalizare aut scandalizari, quia tam for B
titer cum deo vniti sunt, vt tam magnum malum nõ operen-
tur, vnde merito aliquis debeat scandalizari, quamuis sæpe
venialiter peccent. Hoc enim humanæ indulgendum est fra-
gilitati. Similiter ex verbis & factis aliorum inordinatis non
scandalizantur, sed compatiuntur, & cautiores redduntur,
imo & fœliciores: iuxta illud, Fœlix quem faciunt aliena
pericula cautum. Hinc ait Psal. Pax multa diligentibus legẽ
tuam, & non est illis scandalum. Et Apostolus, Quis nos se-
parabit à charitate dei? *Væ mundo* id est, mundanis & inti-
moratis hominibus, A *scandalis* id est, propter scandala quæ
inuicem inferunt & patiuntur, in quibus æternam pœnam
merentur. Et merito væ mundo à scandalis, cum non possit
euadere, *Necesse est enim vt veniant* id est, oriantur *Scandala* C
actiua & passiua, videlicet offendicula culpæ, ex quibus pro-
cedunt nocumenta animæ, hoc necesse est non absolute, sed
ex suppositione, quia videlicet homines nolunt peccata sua
relinquere. Ideo necessario concomitatur scandalum alio-
rum, maximè pusillorum & impiorum. Sic ergo necesse est
vt veniant scandala, quomodo ait Apostolus, Necesse est vt
veniant hæreses, vt qui probati sunt, manifesti fiãt. Vnde quod
dictum est, necesse est vt veniant scandala, quidam exponunt
sic. Expediens est ad exercitationem & probationem aliorũ:
verumtamen væ. i. eterna damnatio imminet ac debetur, Ho-
mini illi per quem. i. à quo *Scandalum venit*. i. qui alium scanda-

D lizat mortaliter. Ex hoc concluditur ꝙ scãdala eueníre non sit absolute necessarium, quia tunc quilibet excusaretur à tentio scandali. Radix nanque peccati in libertate fundatur. Si *autem manus tua vel pes tuus scandalizat*, id est, ad culpam inducit Te per actum seu operationem quamcunque vel pergressum ac cursum illicitum, *Abscinde eum*, videlicet pedẽ ac manum. non membra abscindendo, sed inordinatum vsum membrorum vitando: iuxta quem sensum dicit Apost. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, *Et proiice abte*, id est, spiritualiter separa te à vitiosis actibus membrorum istorum. Sic enim ait Apost. Vos autem in carne nõ estis, sed in spiritu, Et qui in carne sunt deo placere non possunt. Be-

E *num est tibi ad vitam ingredi* id est, melius est tibi saluari Debilem *vel claudum* id est ordinatis, delectabilibus & solitis actibus manuum, & pedum carentem, *Quam duas manus aut duos pedes hæbentem* id est, vitiosis ac placitis actibus membrorum istorum vtentem, *Mitti in ignem æternum*. Quemadmodum ergo castratus propter regnum cælorum vocatur, qui amore fœlicitatis futuræ ab omni concubitu abstinet, nõ quia membra generationis abscindit: sic Christus docet manum ac pedem abscindere, & sic claudus ac debilis nũcupatur, qui membra ista ab actibus malis restringit. Et *si oculus tuus scandalizat te* per immoderatum, incautum, impudicum, aut vanum

F aspectum, Erue *eum* quantum ad vsum huiusmodi, Et *proice abs te* sicut de manibus dictum est. Vnde in Eccle. legitur, Auerte oculos tuos à muliere compta. Et propheta, Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. Maxime necessaria est ista proiectio siue erutio oculorũ. Oculo enim quid nequius creatum est? Et in libr. Num. dominus iussit filiis Israel, ne sequerentur oculos suos per res varias fornicantes. Custodiendus ergo & diligentissimè refrenandus est oculus, maximè tempore orationis, contemplationis, diuiniq; cultus, & in ecclesia, ac coram aliis. A visu enim suo cognoscitur vir, & ab occursu faciei sensatus prudens. *Bonum* id est, melius *Est tibi cum vno oculo*, id est, cum moderato vsu oculorum, & refrenatione eorum, *Ad vitam ingredi, quàm duos oculos habentem* id est, oculis ad libitum tuum vtentem, & vndiq; circunspicientem, *Mitti in gehennam ignis*. Porrò præhabita alio modo exponi possunt, eritque sensus, Si manus tua aut pes tuus. i. aliquis tibi tam charus propinquus, aut auxiliatrix, vt

vt propria manus vel pes, scandalizat te, pertrahendo te in A peccata, vel quia carnales affectiones habes existendo cum ipso, abscinde eum, id est, segrega te ab ipso mẽte & corpore, sed non charitate si fieri potest. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum. i. talium amicitia atque subsidio destitutum, quàm duas manus vel duos pedes habentẽ, id est, talium auxilio & amore vallatũ damnari, Simili modo intelligendum de oculo est. ¶ Quidam obtusi ista superficialiter intelligentes, putabant licitam esse militationẽ membrorum propter vitanda peccata, cum simili ratione liceret ipsum occidere. Talis quoq; mutilatio concupiscentiã nõ auferret, & multa virtuosa opera impediret. *Videte ne contemnatis vnum*, id est, aliquem quantuncunque vilem ac modicum. Ex *his pusillis*. i. imperfectis fidelibus ministrantibus mihi per hoc Saluator excludit causam ac fomitem scandaliza- B tionis. Multi nanque idcirco non curant nec metuunt alios scandalizare, quoniam parui pendunt eorum personam, nec attendunt dignitatẽ naturæ ad dei imaginem factę, ac pretiũ sanguinis Christi ꝑ illis effusi. Consideremus ergo nobilitatem animæ rationalis, & beatitudinẽ ad quam condita est, & q̃ta pro eius salute tota trinitas fecit, quãta Christus sustinuit, quãta beneficia contulit, inter quæ est superdignissimũ corporis & sanguinis sui sacramentum, & sic fiet vt neminẽ aspernemur, sed cum apostolo dicemus, Quis scandalizatur, & ego non vxor? Itemq;, Si esca scandalizat fratrem meum, nõ mãducabo carnes in æternum. ¶ Præterea q̃ vitiosum sit contemnere quempiã, patet ex eo ꝙ in Esaia scriptum est, Væ qui spernis, nónne & ipse sperneris? Cum ipse fatigatus desie- C ris contemnere, contemneris, Et Malac. inquit, Nunquid nõ pater vnus omnium nostrum? Nunquid nõ deus vnus creauit nos? Quare ergo vnusquisque nostrum despicit fratrem suum? Cur autem non sint pusilli spernendi, subiungitur, Dicit enim vobis, *quia angeli eorum*. i. custodes animarum ipsorũ existentes, vt in pluribus *In cælis* id est, in cælo empyreo, quod est locus & mansio beatorum *Semper*. i. indesinenter neque in quo omne tempus comprehendẽte *Vident* clare & immediate per speciem oculo intellectuali *Faciem patris* præsentialiter, & luculenter eis obiectam *Qui in cælis est*. Cum ergo sit tanta dignitas hominum, vt custodiantur à spiritibus angelicis deũ clare videntibus, non sunt spernendi. ¶ Porrò

D secundum Dionysium ecclesiast. hierarchia ab angelica gubernatur, ideo angeli infimi ordinis immediate custodiunt homines bona suggerendo, à malis plurimis retrahendo, diuersis periculis defendendo, pro ipsis orando, gratiam impetrando, dæmonum potestatem & impetum coercendo, & secundum doctores quilibet homo sortitus est angelum speciale, imò secundum Thomã, & alios quosdã, etiã pueri nõdũ nati in vtero matrũ habent custodientes se angelos, propter pericula quæ possunt ante partum, & in partu occurrere. Ab verò alia ratio subditur, cur nemo quamuis pusillus spernendus sit *Venit enim* per incarnationem *Filius hominis saluare*. i. E pendendi, nec salus eorum negligenda est. Quod autẽ Christus venit ad saluandum quod periit, probat per simile *Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oues*. i. centum oues habuerit Et *si errauerit*. i. si perdita fuerit *Vna ex illis, nonne relinquit nonaginta nouẽ oues in montibus* in quibus pascuntur Et *vadit quærere eam quæ errauit?* Et *si contigerit vt inueniat eam, Amen dico vobis, quia gaudet super eam*. i. de ea & eius inuẽtione *Magis quàm super nonagintanouem* oues *Quæ nõ errauerãt* ne non q̃ simpliciter plus amet illam vnã, quàm cæteras omnes, sed quia speciali atq; recenti quadã lætitia propter eam afficitur: quod accidit propter duo, primo, quoniam eam magis considerat quàm alias oues: secundò, quoniam propter præcedẽtem de perditione ouis tristitiam, magis sentitur oppositum gaudium, hoc totum ad literã sic est. ¶ Mysticè verò, homo iste est Christus, qui habuit centũ oues. i. perfectũ numerum electorum. Cumq; vna errasset. i. humanũ genus peF cãdo periisset, reliquit nonagintanouem. i. nouẽ ordines angelorum in mõtib⁹. i. in cælis, de quibus legitur, Leuaui oculos meos in montes, & venit in mundum quærens, & saluans genus humanum. Magis autem lætatur Christus, & etiam angeli de vna oue perdita reperta, q̃ super nonagintanouem vel vt Lucas refert, Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente, q̃ super nonagintanouem iustis qui nõ indigent pœnitentia. Non q̃ absolute loquendo, peccator pœnitẽs melior aut magis dilectus sit quàm multi iusti perseuerantes in bono, imò comparando statum statui meliores

liores sunt innocentes quàm pœnitentes. Sed hęc ideo dicta A sunt, quia de peccatore pœnitente habet Christus quoddam speciale gaudiũ. Lætatur enim dominus in operibus suis. Et in Neemia habetur, Gaudiũ domini est fortitudo vestra: & quia in his frequenter abundant feruor & gratia in quibus abundauit malitia, sicque amabiliores redduntur. *Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est*, id est, in patre cœlesti, *Vt pereat* id est, damnetur. *Vnus de pusillis istis*, quamuis enim diuina voluntas sit causa salutis prædestinatorum, non tamen est causa damnationis reproborum, nec ipse vult eos damnari voluntate antecedente vel voluntate signi, sed voluntate consequente, considerata culpa eorũ. ¶ Sed posset aliquis dicere, Si non est voluntas dei, vt pereat vnus ex pusillis, ergo voluntas dei est, vt omnes pusilli saluentur. B Quod etiam sacra scriptura testatur. Dicit enim Apostolus, loquens de deo, Qui (inquiens) vult omnes homines saluos fieri, & ad veritatis agnitionem venire. Et Petrus, Patienter (inquiens) agit dominus, nolens aliquẽ perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vnde per Ezechielem dominus loquitur, Nunquid voluntatis meæ est mors impii dicit dominus, vt non cõuertatur & viuat? Et denuo, Nolo (inquit) mortem morientis, sed si ita est, videtur sequi, quòd omnes saluabuntur. Nam teste Apostolo, Volũtati eius quis resistet? In Esaia quoque perhibet deus, Consilium (inquiens) meum stabit & omnis voluntas mea fiet. ¶ Denique omnia quæcunque voluit dominus fecit in cælo & in terra. Hæc atque similia concordando respõdit Damascenus, q̃ dominus vult omnes saluari voluntate antecedente non consequẽte: quæ duplex vo C luntas in deo ratione distinguitur. Dicitur nanque volũtas antecedens, qua quis aliquid vult secundum communem & absolutam considerationem ipsius, hac voluntate vult principaliter omnes subditos suos permanere in vita inquãtum sunt facti sui: voluntas verò cõsequens dicitur, qua quis aliquid vult pensatis particularibus circũstantiis eius. hac voluntate vult princeps multos subditorum suorum occidi, inquantum sunt latrones, aut fures, vel reipublicæ aduersantes. Itaq; voluntas dicitur antecedens, quia secundum ordinem rationis præcedit distinctam considerationem rei, seu conditionem ipsius. Consequés verò, quia consequitur eam. Sic ergo deus vult omnes saluari voluntate antecedente, cõsiderã

do eos inquantum sunt creaturæ ad dei imaginem factæ beatitudinis susceptiuæ. Non autem voluntate cõsequẽte, videlicet, inquantum sunt impii. Et quia volũtas fertur in rem sicut in se est, ideo voluntas antecedens, non est voluntas simpliciter, sed secundũ quid. Voluntas verò consequens est voluntas simpliciter. Ideo quicquid hac volũtate vult deus impletur. Et de ea loquuntur authoritates, quibus ostenditur adimpleri quicquid voluerit deus. Potest etiam dici, ꝙ non est voluntas ante deum, vt pereat aliquis, quoniam deus vult omnes saluari quantum in se est, ita ꝙ ex parte ipsius nõ est defectus, nullumque ad se venientem repellit, quoniam singulis gratiam suam infundere est paratus, si fecerint quod in ipsis est. De hac materia plenius dixi super epistolas Pauli.

E ¶ Superius docuit Christus vt neminẽ scandalizemus, nunc precipit vt proximos ex charitate ædificemus, vitia eorũ ordinate, piè, & charitatiue increpando. *Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum.* Per fratrem intelligitur quilibet proximus. Quòd autem dicitur in te, intelligi potest tripliciter. Primo, secundũ Augustinũ. In te, id est, te sciente, quia qui alio sciente peccat, quantum in se illum scandalizat, sicq; scientia culpæ læsiua est: sicut cognitio boni est ad melius prouocatiua. Secũdò, iuxta Hieronymum. In te, id est, contra te directè, non cõtra deum directè. si enim fieret blasphemia vel impugnatio fidei, non oporteret seruare ordinem subsequẽtem. Tertio, In te, id est, te solum læserit, si enim alios læderet, vel eorã aliis peccaret, nõ

F seruaretur modus subscriptus: Vade mẽtis prompto affectu, vel si opus est etiam corporis gressu, & corripe eum inter te & ipsum solum, videlicet in secreto, ne confundatur, exasperetur, aut diffametur, & diffamatus de cætero nõ retrahatur à vitiis timore diffamiæ, sed fiat ei frons mererricis, & pecet sine rubore. *Si te audierit* aure mentali, id est, tuæ increpationi humiliter acquierit, *Lucratus es fratrem tuum*, id est, perditum recuperasti, & de iugo peccati ac dominationis diaboli eripuisti. *Si autem te non audierit*, hoc est, verba tua contempserit, vel se excusauerit, vel id quod fecit, bonum esse affirmauerit, non peccatum, *Adhibe tecum vnum testem vel duos*, id est, in præsentia vnius vel duorum testium corripe eũ, ne cito coram omnibus diffametur, sed paulatim peccatum eius deducatur in publicum, *Vt in ore* id est, sermone

Duorum testium vel trium videlicet duorum quos adduxisti, A & tui qui primo culpam nouisti, *Stet* id est, probetur atq; credatur. *Omne verbum* quod delinquenti obiicitur, scilicet accusatio. *Quod si eos non audierit*, qui simul tecum corripiunt eum, *Dic Ecclesiæ* id est, prælato seu iudici vel congregationi communiter quid ille fecerit vel omiserit impie, & quomodo correptionem secretam ac testium adhibitionem abiecit manens in sua duritia. *Si autem Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus*, id est, gentilis. *Et publicanus* qui manifeste & quasi incorrigibiliter peccat, vt vsurarii, id est, tunc omnino recedas, & retrahas te ab eo quasi ab eo qui per excommunicationem ecclesiasticamque censuram separari meretur à communione fidelium. ¶ Porrò, quòd Apostolorum & successorum eorum, videlicet prælatorum excom- B municatio & sententia vim habeant, & diuino iudicio approbentur, atque à deo efficientiam sortiantur, ostendit Saluator subdendo, *Amen dico vobis* apostolis, & in persona vestra successoribus vestris, *Quæcunque* facta vel genera hominum *Alligaueritis* per excommunicationem, reprobationem, vel condemnationem, *Super terram, erunt ligata & in cœlo*, id est, à deo ligata reputabuntur, si tamen ordinate procedatur. *Et quæcunque solueritis* id est, dimiseritis seu relaxaueritis. *Super terram, erunt soluta & in cœlo* Hoc superius dictum est Petro, illicque diligentius expositum est.

¶ Denique cum præsens materia sit practica, vtilis & quo- C tidiana, oportet paulisper plenius loqui, de correptione fraterna, de testium inductione, & publica denunciatione. Primò ergo sciendum, quòd vitiũ delinquentis consideratur dupliciter: Primò inquantum nocet peccanti, & sic peccantem arguere, actus est charitatis, ad quẽ omnes tenemur, quemadmodum & charitatem, cum ista correptio non sit, nisi remedium contra peccatũ. Vnde in Ecclesiastico scriptum est, Vnicuique mandauit deus de proximo suo. Secundò, considerator peccatum prout est aliorum scandalizatiuum, vel bonis communis læsiuum ac turbatiuum, aut diuinæ maiestatis inhonoratiuum, sicque peccantem arguere est actus iustitiæ, pertinens ad prælatos ac iudices potius quàm ad alios, quoniam talis correptio ordinatur præcipue ad debitam punitionem peccantis propter conseruationem iustitię, & non semper ad correctionem peccantis, quia interdum occiditur

vt vel

D vt vel sic alij terreantur, reprimantur à similibus malis. Insu-
per cum præceptum de correptione fraterna sit affirmativum,
obligat semper, sed non ad semper. Propterea correctio ista
exercenda est cum debitis circumstantiis actus virtuosi, vi-
delicet pro loco, causa, & tempore, secundum quod vtile est
ad emendationem alterius. ¶ Vnde fraterna correptio tri-
bus modis omittitur. Primò, meritorie & ex charitate, quan
do videlicet cõgruum tẽpus exepectatur, vel de ampliori in-
duratione peccantis probabiliter formidatur: teste enim scri
ptura, Qui derisorem instruit, ipse sibi iniuriã facit. Et, Non
amat pestilens eum, qui se corripit. Secũdò, omittitur vitio-
se, & cum mortali peccato, vt dum ex cupiditate vel timore
corporalis pœnæ, seu damni temporalis, vel simili causã quę
E non est charitati præferenda, omittitur. Tertiò, cum veniali
peccato, vt dum causæ prædictæ correptionẽ fraternã retar-
dant, non tamẽ omnino impediunt. Deniq; subditi prælatos
suos corripere debẽt in vitiis manifestis, vel correptione di-
gnis, seruatis tamen debitis circunstantiis, scilicet congruo
loco, non in conuentu, debito tempore & debita forma, nõ
proterue & dure, sed reuerenter & mansuete. vnde Apost.
Colossen. hortatur, vt episcopũ suum, scilicet Archippum fi-
lium Philemonis, cui Paulus breuem ac specialem scripsit e-
pistolam, admoneant, dicens, Archippo dicite, Vide minis-
terium tuũ quod accepisti in domino, vt illud impleas. Vi-
de Moyses qui quotidie angelico pfruebatur colloquio, do-
cumẽto ac magisterio dedignatus non est viri gẽtilis Iethro
F increpationem & informationem recipere: imò quo prælatus pluribus occupatur atque distrahitur, eo amplius indiget admonitione frequenti ac diligẽti, nisi esset vehemẽter perfectus, quod non debet de seipso sentire. Sed debet filiorum suorum humilem correptionem ac charitatiuam exhortationem dignanter & affectuose recipere. Ait enim Salomon in Proueb. Argue (inquiens) sapientem & diliget te, da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum & festinabit accipere. ¶ Preterea, fraterna correptio, vt est actus iustitiæ pertinens ad prelatos, non est omittenda ob id ne cor reptus fiat deterior, quoniã talis correptio habet potestatẽ cogendi. Et ergo per pœnam compellendus est peccans, vt cesset à malo, si aliter nolit desistere. Ex tali quoque correptione vtilitas oritur communitati, dum ordo iustitiæ obser-

uatur, & alij exẽplo puniti terrẽtur, ne agant similia. Propter A
quod scriptũ est, Pestilente flagellato stultus sapientior erit.
Oportet insuper scire, q̃ quædam peccata sunt publica: & in
talibus prouidere oportet, non solũ peccanti, sed etiam aliis
ne scãdalizentur. Talia itaq; mox publice redarguẽda sunt,
prout ad Timoth. iubet Apostolus, Peccantẽ (inquiens) corã
omnibus argue, vt cæteri timorem habeãt. Quædam verò
peccata contrariãtur fidei, vel bono communi, & in talibus
quamuis occulta sint. statim procedendum est ad publicatio-
nem, vt si quis machinetur ciuitatem incẽdere, vel fidẽ alio-
rum corrumpere. Si tamen verisimiliter existimet quis, q̃ ta
lis peccantem possit per secretam increparionem corrige
re, potest primo occultè corripere. Quædam autẽ sunt pec-
cata occulta sibi peccãti nociua, & ei in quem peccat, qui ex B
ipsã peccati notitia læditur quantum est ex parte peccantis,
& in istis seruandus est ordo correptionis, quẽ hoc loco do
cet Saluator, vnde de necessitate præcepti est, vt publicã de-
nunciationem præcedat secreta correptio, & inter extrema
hæc mediare debet testium inductio, sicut ostensum est. Pec
catum nanque occultandum non est, ne putrescat in corde.
Hinc Augustinus, Si neglexeris (inquit) corrigere, peior eo
qui peccauit efficieris. Et iterum, Nescientes quis ad nume-
rum prædestinatorum, & quis ad sortem reproborum perti-
neat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus
saluari, & ideo omnibus fraternę correptionis debemus affe
ctum impẽdere sub spe diuini auxilii. ¶ Testium quoque
inductio intelligi potest tripliciter. Primò, vt per eos osten- C
datur peccanti, id esse peccatũ quod fecit, si fortè hoc igno-
rat aut neget. Secundò, ad conuincẽdum peccãtem si denuo
peccet. Tertiò, ad probandum quòd correptor fecit, id quod
ad se pertinebat. ¶ Sed his obuiare videtur, quòd in capitu-
lis religiosorũ fiunt proclamationes sine admonitione prę-
cedente. Augustinus etiam ait in regula, Peccatum primo denun-
candum prælato q̃ testes inducantur. Vnde nonnulli præ-
lati subditis suis præcipere solent, vt si emendatione dignum
quid nouerint sibi reuelent, & tamen ad prælatũ publica de-
nunciatio pertinet. Et respondendum, quòd proclamationes
prædictæ non sunt de leuibus culpis, quæ non derogant fa-
mæ, & sunt potius oblitarum commemorationes culparum,
quam accusationes vel denunciationes. Si verò aliquis gra-
uia mala

Quia mala & famæ contraria alteri in proclamádo obiiceret, ageret contra præceptum saluatoris, cuius præceptorũ trágressio mortale peccatũ censetur. ¶ Præterea verbũ Augustini intelligendum est de prælato, inquantum est singularis persona, non inquantum est iudex & loco ecclesiæ. Et simili modo præcepto prælatorum iubentium sibi insinuari occulta peccata subditorũ, dicendum est. Vehemẽter timeo quod multi præscriptum ordinẽ correptionis fraternæ male obseruent, qui de peccato mortali indigẽt pertimescere. ¶ Postremo quàm virtuosum sit correptionem patienter, gratãter & amorose recipere, quàm itẽ vitiosum sit eam abiicere, cõstat ex his quæ in Proueb. sapiẽtissimus Solomon loquitur, Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus superueniet interitus. Et rursus, Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autẽ acquiescit increpationibus possessor est cordis. Ideo ait Psalmista, Corripiet me in misericordia, & increpabit me. Et in Ecclesiastico scriptum est, Quambonũ est correptũ ostendere pœnitentiã, sic enim effugiet peccatũ. Hinc Seneca notabiliter fatur. Moneberis libẽter, & reprehẽderis patiẽter, Si merito obiurgat te aliquis, scito, quia profuit: si immerito. scito, quia prodesse voluit: non acerba, sed blanda timeas verba. Quoniã vero in superioribus plura induxit, & docuit Christus, vt nos ad charitatẽ & mutuã pacem prouocaret, idcirco subditur, quàm vtile si concordiam possidere cũ aliis, quatenus incitemur ad pacẽ sanctissimam. *Iterũ dico vobis, Si duo* & multa fortius si plures. *Ex vobis, hoc est*, de numero seruorũ meorũ in charitate viuentiũ. *Cõsenserint* i. concordi animo idẽ senserint vel optauerint. *Super terram* i. in presenti peregrinatione atq; exilio vbi est loc⁹ merendi ac demerẽdi, opportunitasq; orãdi. *De omni re quæcũq; petierint* i. de quocunq; bono eis salubri. *Fiet illis* id est, exaudientur A *patre meo qui est in cœlis* oportet enim vt petant q̃ decet & expedit, orentq; perseuerãter. Cum autẽ orat quis pro se, piè ac perseueranter, indubitãter exauditur à deo. Ex quibus patet q̃ spiritualis amicitia, societasq; fraterna adinteriorem profectum relata sit fructuosa, & ad gratiæ magnã adeptionẽ proficua est. Frater enim qui iuuatur à fratre quasi vrbs munita, Et quanto maior est multitudo orantiũ, tanto deprecatio exaudibilior redditur cæteris partibus. Vbi *enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo* i. in me, videlicet in charitate & gratia vel secundũ voluntatẽ meã, seu ad honorẽ & gloriam nominis mei, vt sint corporaliter spirituali terq; vniti, *Ibi sum in medio eorum* i. inter eos atq; in cordib⁹ singulorum per spiritus sancti directionẽ, piam gubernationẽ & præcũ illorũ gratiosam exauditionẽ. Tales ergo Christus custodit, ꝓtegit & illustrat. Qui in prouerbiis testatus est delitiæ meæ esse cũ filiis hominũ. Vnde per Moysẽ sæpe prædixit, Ego sum qui habito in medio filiorum Israel. Hinc ergo credendũ generales synodos, atq; cõcilia à spiritu sancto regi & in medio totius cõuentus deũ laudantis, Christũ clemẽter assistere. *Tunc accedens Petrus ad eũ, dixit.* Quoniã Petrus audiuit Christũ docentẽ, ꝙ peccãs in aliquo charitati ne monẽdus sit, quod fieri nequit, nisi peccatũ ei ex corde dimittatur: saltẽ quantũ ad culpam, ideo quærit *Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittã ei?* id est, quod vicib⁹ proximo meo in me peccanti indulgebo? An *Vsq; septies* i. septẽ vicibus? Quoniã Petrus nouit Iudæos ad talionẽ procliuos, idcirco putauit se multum dicere, cum paratũ se offerret ad ignoscẽdũ septies. *Dicit illi Iesus, Nõ dico tibi* & sub persona tua omni fideli *Vsq; septies* tãtũ esse dimittendũ. *Sed vsq; ad septuagies septies* i. toties quoties te offẽdit. Ponitur enim numerus determinatus pro numero indeterminato. Nã toties oportet ꝓximo in nos peccãti remittere, quoties volumus nobis peccantibus à deo ignosci, à quo vtique volumus indesinenter ignosci, quotiescũq; peccamus: aliter nõ posse nos iugiter dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nõ ergo vincamur à malo nec fatigemur bene agẽdo, sed incessanter parcamus peccãtibus, culpã dimittendo. Pœna tamẽ dimittenda nõ est, si ex remissione pœnæ peccator ad peccãdũ fiat procliuior, vel alij scãdalizẽtur, vel disciplinę & ordo iustitię periclitetur, imò tunc pertinet ad magnã charitatẽ infligere pœnã secũdum iuris processum. Propter quod dicit Augustinus. Peccat semel, ignoui: peccat secundo, ignoui: peccat tertio, vapulet.

¶ Deniq; Christus proponit similitudinẽ valde terribilem, qua mõstratur quã necesse sit proximo in se peccãti semper ignoscere, si quis velit diuinã clemẽtiã impetrare. *Ideo*, id est, ex quo toties dimittendũ est delinquenti *Assimilatum est regnum cœlorum* i. status & regimen ecclesiæ militãtis, cuius conuersatio est in cœlis *Homini regi qui voluit rationẽ ponere* i.

com-

D computationē & iustam exactionē, seu inquisitionē facere Cū *seruis suis*. Et *cū cœpisset rationē ponere, oblat⁹ est vn⁹ qui debebat ei decem milia talenta*. iuxta literam non est aliqua difficultas in ista parabola. ¶ Porrò iuxta mysticum intellectum dominus iste est Christus rex regū & dominus vniuersorū, qui licet in die iudicij, vel in hora mortis ac particularis iudicij nullum peccatum relinquat inultum, nec tēpus pœnitētiæ tribuat, tamen quotidie ponit rationem cū fidelibus per vicarios suos, prelatos, per scripturarū admonitiones, & per inspirationes internas Per illum autē qui debuit decē miliata lenta, intelligitur quicunq; magnis multisq; peccatis obnoxius, C*ū autē* talis transgressor N*on haberet vnde redderet*, id est, opera virtuosa ac satisfactoria quib⁹ deū placaret, & suæ E iustitiæ condignā recompensationem honoris, pro illata iniuria exhiberet, I*ussit eū dominus venundari*, id est, pœnis immergi, seu dæmonib⁹ tradi, vt pro numero culpæ, & proportione eis tradito, solueret deo nummū vindictæ, subseruiendo diuinæ iustitiæ in punitione damnati. Ista facit Christus quotidie per communicationem & pronunciationē scripturæ prælatorū ecclesiæ. Et *vxorem eius & filios* id est, sensualitatem, seu insipientiā & opera mala Et *omnia quæ habebat*, quia omnia ista obligata sunt ad pœnam propter peccata Et F plicia in temporalem pœnā commuta, Et *omnia reddam tibi*, id est pro vniuersis peccatis pœnitentiam & emendationē efficiam, & sicut te inhonorauī male agendo, sic te honorificabo bene viuendo M*isertus autē dominus* Iesus serui illius. *Dimisit eum, & debitū dimisit ei* quacūque hora peccator ingemiscit, p peccatis suis, omnia ei donātur, & larga dei pietas veniam non dimidiat, sed omnia mortalia simul dimittit. Eg*ressus autem* id est, mente auersus *Seruus* ille liber à debito, sed seruus peccati. Egressus ergo, i, deum relinquēs per recidiū peccati, I*nuenit vnū de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios*, id est, modicū cōparatione debiti sui ad deum. Secundum Augu. Omnis homo debitor est dei, à quo multa bona sortitus est, & quē multū multisq; modis offendit, & debitorem habet, pximū suū, qui in se peccauit, vel aliquid A ei alio modo tenetur. Sed debitū quò proximus nobis obligatur minimū est cōparatione debiti, quo deo astricti sumus in quē tanto grauius est peccare, quanto maior est dignitas eius præ cunctis, quod insinuatur in lib. Regū quo legitur, Si peccauerit vir in virū, placari ei potest deus: si autē in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? Et *tenēs suffocabat* i. strāgulabat E*um* vitalem spiritū includendo, ne respiraret *Dicens*, Redde mihi *Quod debes* Hōc agūt crudeles, qui per solutionem & satisfactionē vindictæ à proximis suis violenter vel vltra vires eorū requirunt. Et *procidens cōseruus eius rogabat eum, dicens*, P*atientiam habe in me, & omnia reddam tibi* i. soluam totū quod debeo, & satisfaciam tibi. I*lle autem noluit* acquiescere deprecanti *Sed abiit* id est, cum conseruo suo à B se rento & cōprehenso recesit Et *misit eum in carcerē, donec redderet debitum* in quo patet eius sæua nimis crudelitas. *Videntes autē conserui eius quæ fiebant* inter hos duos C*ōtristati sunt valde* quia sicut ad charitatē pertinet de bono proximi exultare: ita spectat ad eam de malo eius tristari Et *venerūt & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant* inter seruos præfatos. Serui isti intelligi possunt angeli qui sunt administratorij spirit⁹. quorū vnus ait Iohāni in Apoc. Conser uus tuus sum, & fratrū tuorum. Hi tanquā dilgentes custodes considerāt facta nostra, & sicut de nostro profectu verè lætātur, ita de nostris peccatis & afflictionibus metaphoricè contristari dicuntur, quia per modum dolentis se habent, C dum displicet eis quod impie agimus. Hi narrant Christo nō quasi ignorāti, sed vt iudicanti opera nostra, verba, &c Sicut Tobiæ Angelus loquitur, Ego obtuli orationem tuā domino Secundò, per conseruos intelligi possunt homines iusti, prælati ac iudices zelo æquitatis succensi, qui videntes quomodo vnus opprimat alium, coram deo cor suum effundunt & diuinam vltricem iustitiam inuocant, non zelo vindictæ, sed amore iustitiæ. Et vt in præsenti corrigatur crudelissimē, Postea grauius iudicetur. Tunc istis perceptis vel citer & cito post hæc, V*ocauit illum* suffocatorē crudelemq; seruum D*ominus suus* videlicet, Christus qui quotidie quosdam per mortē ad se vocat, Et *ait illis*, S*erue nequā* i. nociuus in proximum, & domino infidelis, O*mne debitum* id est, omnia peccata tua D*imisi tibi quoniam rogasti me* pro dilatione Matt. 7.

& feci

D & feci plus quàm rogasti omnia relaxando, *Nónne ergo oportuit & te* qui dominũ tuũ imitari debueras, & ad misericordiã naturali præcepto teneris, vt facias alteri ꝙ tibi vis fieri Oportuit ergo debito cõdecentiæ ac præcepti, necessitateq; finis, hoc est, ad obtinẽdam salutẽ necessariũ fuit, *Misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sũ* dimittẽs te liberũ
Et iratus est dominus illius videlicet Christus qui nunc irascit non per passionis cõmotionẽ inordinatã, sed iustitiæ executionẽ, *Tradidit eum tortoribus* putà dæmonibus qui sunt instigabiles impiorum punitores, saltẽ vsq; ad diẽ iudicij, postquam omnes reprobi simul cruciabũtur à pœnis inferni, nõ
E briter pœnitent. vnde nec debitum soluũt satisfaciẽdo pro culpis. *Sic & pater meus cœlestis* qui est pater meus per verã generationẽ, & naturæ idẽtitatem *Faciet vobis* mancipando vos pœnis æternis, *Si non remiseritis vnusquisq; fratri suo*, hoc est proximo *De cordibus vestris* cordialiter diligendo, iniurianté vel peccanté & culpam penitus dimittendo, ita vt nil amaritudinis, iræ, vel impatientiæ, inhæreat animæ vestræ.
¶ Videtur autẽ hoc loco quodammodo insiuuari, quod peccata semel dimissa, redeant eadẽ & vindicentur quia de seruo illo prædictũ est, quod dominꝰ tradidit eum tortoribus, quoſq; solueret debitum vniuersum & subditur, *Sic pater sa*
ciet vobis. ¶ Sed vt cõmuniter iam tenetur, peccata dimissa non redeunt eadem, nec quò ad culpã nec quò ad pœnã
F directè & integre: sed indirecte & aliquo modo redire dicitur inquãtum sequentia vitia grauiora & damnabiliora sunt propter ingratitudinẽ indultę pietatis, & propter recidiuũ in eadẽ mala, sicut & periculosius est, eandem corporis partem vulnerari quæ læsa est semel.

¶ CAPVT. XIX. *Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos.*

ARTICVLVS XXXIII.

E *Tfactum est cũ consummasset* i, impleuisset *Iesus sermones istos* in præcedẽti capitulo recitatos, *Migrauit a Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanẽ* videlicet in partes: seu terram duarũ tribuũ ac mediæ, scilicet Rubẽ, Gad, & manasse, *Et secutæ sunt eũ turbæ multæ* propter diuersas causas, vt dictũ est sæpius, *Et curauit eos ibi* eosdẽ

vtique qui indigebant, non totã turbã, in quo tangit Euange- A
lista diuersa sanitatũ miracula esse peracta, ad præcedẽtis cõ
firmationẽ doctrinæ, quæ propter prolixitatẽ vitandam nõ
recitat sigillatim. Nec solũ curauit eos ab infirmitatibꝰ cor
poris, sed & à lãguoribus animæ *Et accesserunt ad eũ pharisæi*
tentantes eũ hoc est, experiri volentes, an posset eũ reprehẽ-
dere in sermone, seu responsione, *Et dicentes, Si* id est, vtrum
Licet homini dimittere vxorem suam omnino, non solũ quò ad
cohabitationẽ & copulam, sed etiã quãtũ ad vinculum vt ac-
cipiat aliam *Quacunq; ex causa* i. ex qualibet causa indifferẽ
ter vel ex leui causa, videlicet, ppter deformitatẽ, fœditatẽ
seu odium? Hoc dolosè quærebãt, volẽtes redarguere Chri
stum quicquid responderet. Si enim diceret nõ licere, argue B
rent eum blasphemię, quasi contradicentẽ sacræ scripturæ.
Quoniam in Deuter. Moyses ait, *Si* acceperit homo vxorẽ,
& nõ inuenerit gratiã in oculis eius propter aliquã fœdita-
tẽ, scribet libellum repudij, Et Malach. propheta, Cum odio
(inquit) habueris, eam dimitte. Si autẽ respõderet ꝙ liceret, Deut. 24.
arguerent eum libidinis licẽtiatorem. Sed si (Salomone te- Malac. 2.
ste) frustra iacitur rete ante oculos pẽnatorũ, multo amplius inaniter expanduntur laquei ante oculos cũcta cernẽtis sic infallibilis Christi. Ideo ipse tanquam sapientia dei re
sponsionẽ suam testimonio scripturæ sic muniuit, vt pro nul
la parte valeat reprehendi. *Qui respondens ait eis, Non legistis*
vos pharisei qui cæteris religiosiores esse videmini, quasi di
cat, Vtique legistis, sed forte nõ sane intellexistis. *Quia qui*
fecit hominem ab initio, id est deus qui protoplastos parentes
creauit, circa principium mundi, sexto videlicet die, *Masculum & fœminam creauit eos*, id est, vnũ eorum fecit marem, & C
aliam fœminam in adiutorium viri, ad prolem procreandũ
Et dixit deus per Adam, seu ipse Adam deo inspirante *Propter hoc*, id est ob id quod vir & mulier conditæ sunt in adiutorium mutuum gratia generandi, *Dimittet homo patrem & matrem* Ista dimissio intelligi potest dupliciter. Primò, quoad cohabitationis separationem. Videmus nãque quod sponsus & sponsa parentum suorum domos relinquũt, & seorsim cohabitant. Secundò, quòad exclusionem matrimonialis contractus, quia parentes non sunt personæ legitimæ ad contrahendum matrimonium. Relinquet ergo homo patrem & matrẽ, id est, filius non ducet matrẽ, nec filia patrẽ.

D Hoc enim semper fuit illicitū propter naturalem reuerentiā quæ debetur parentibus, Et *adhærebit vxori suæ* & illa suo viro per amorē, cohabitationē atq; perpetuū vinculū, Et *erunt duo* suppositа, vtpote maritus & coniunx *In carne vna* i. in vno carnali cōmercio: ita quod quilibet eorū potestatē habebit corporis alterius, & nullus proprij corporis. Hæc scripta sunt in Genesi, Cū enim immisisset dominus sopore supernę cōtēplationis, seu extasim mētis in Adā, tulisset q; vnā costarū eius, & inde fecisset Euam: ille euigilans, vel potius ad se rediēs, & quod factū erat ex reuelatione agnoscēs, locutus est, Hoc nūc os ex ossib⁹ meis, & caro de carne mea: propter hoc relinquet homo patrē, &c. sicut nūc allegatū est. Ex quibus concludit Saluator, Itaq; *iam* post copulā matrimonialem *Non sunt* vir eiusq; vxor *Duo* separabilia ab inuicē E *Sed vna caro* i. tam indissolubiliter iuncti sunt, ac si essent per nitus vna caro, & quodammodo sunt vna caro, quoniā caro vnius est in potestate alterius, & ecōtra: quemadmodum ait Apostolus, Vir sui corporis nō habet potestatem, sed mulier similiter mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Ex his infert responsionem firmissimam. *Quod ergo deus coniunxit* hoc est, virum & fœmina, quos deus tam inseparabiliter cōiunxit *Homo nō separet* authoritate humana, & propria voluntate ex qualibet causa. Possunt tamen separari quo ad cohabitationē, & debiti soluēdi obligationē communi eorū consensu authoritate ecclesiæ, propter cultū diuinū, dum alter eorū vel vterq; ingredi vult religionē. Veruntamē quocunq; modo F separētur, vinculum matrimonij permanet alterō viuēte, quēadmodum ait Apostolus. Mulier alligata est legi, quàm diu vjuit vir eius *Dicūt illi* videlicet pharisæi Christo obiiciendo eius responsioni *Quid ergo* id est, si ita est, vt asseris, cur *Moyses* ex parte dei *Mandauit* viris dare libellum repudij, id est, scripturam continentē causam diuortij? Quando enim marit⁹ voluit vxorem dimittere, redegit in scripturā causam separationis, & dedit vxori, vel præsentauit eā superiori. Ait *illis* Iesus, *Quoniam Moyses ad* i. propter *Duritiā cordis vestri permisit* non iussit *Vobis dimittere vxores vestras*, quasi dimissio illa sit in se bona ac licita, sed propter deterius malum vitandum, videlicet, ne eas occideritis, quia crudeles & inuidi semper fuistis, simili ratione permisit vsuram ad extraneos *Ab initio autem* mundi, videlicet tēpore legis naturalis *Non fuit sic* quia non licuit ante tēpora Moysi dare A libellum repudij, cō ꝙ indiuisibilitatis sit de ratione matrimonij. ¶ Quod sic diffinitur, Matrimoniū est coniunctio maris & fœminæ inter legitimas personas, indiuiduam vitæ cōsuetudinē retinens *Dico autē vobis, quia quicūq; dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationē*, id est, adulterium propter quod dimitti licita est, si perseueret in eo, ne maritus videatur eius malitiæ consentire; & quia ex adulterio sequeretur incertitudo de prole cuius esset, vt patris Et *aliā duxerit* illa viuēte Mœchatur adulterium cōmittēdo. Nā vinculū manet, vt dictum est, Et *qui dimissam* fœminā *Duxerit* atq; cognouerit priori viro viuente Mœchatur Ipsa quoq; sic ducta mœchatur, sicut Apostolus ait, Si fuerit cum alio viro vocabitur adulterа. *Dicunt ei discipuli eius* non obiiciendo vt pharisæi, sed vt instruantur & certificentur à summo magistro *Si ita est causa* i. negotiū B *hominis cum vxore* videlicet ꝙ insolubile vinculum permanet inter eos, nec separari possunt, nisi ob fornicationem secundum sensum prætactum *Non expedit nubere* Non solum ob hoc quod status matrimonialis minus meritorius est q̄ status virginalis, sed etiā propter seruitutem & incommoda vitæ præsentis, vt si mulier fuerit litigiosa, gulosa, inuerecunda, vel grauem, seu incurabilem morbum incurrat. Vnde in Ecclesiastico habetur, Omnis plaga, tristitia cordis, & omnis malitia nequitia mulieris. Rursusq; commorari leoni & draconi placebit, quàm cum muliere nequam. Hinc dicit Apostolus, Beatior erit, si sic permānserit secundum meum consilium. Et iterum, Tribulationem carnis habebunt huiusmodi. *Qui dixit illis* suis discipulis, *Non omnes capiunt* Per accessionem & saporem *Verbum istud* videlicet quòd non expedit C nubere, id est, omnibus non apparet hoc, nec sic sentiunt, neque virginalem continentiam apprehendunt propter eam perfectionem *Sed quibus datum est* quibus dominus per gratiam dat sic sentire & operari. Nemo enim potest esse continens, nisi deus det, vt Sapiens inquit. ¶ Denique ad hoc ostendendum ponit Saluator triplicem continentiam, quarum tertia habetur per gratiam, & est virtuosa, duæ verò sunt naturales necessariæ. *Sunt enim eunuchi qui de vtero matris sic nati sunt*, hoc est naturaliter frigidi, voluptatem non appetentes, seu genitalibus membris priuati. Et *sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus*, id est, castrati,

D quorum secătur genitalia. Isti sunt corporales eunuchi, quorum continentia in se meritoria non est, si tamen sponte acceptetur, potest esse laudabilis. Et *sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt*, hoc est, vsum genitalium sibi voluntarie subtraxerunt, omnino castè viuendo *Propter regnum cælorum*, id est, amore fœlicitatis cælestis, vt eam copiosius adipiscătur, per hoc quod nunc cõtinẽter viuunt, vt spirituali dilectione fortius accendantur, diuinorumq; contemplationi liberius, purius, atque stabilius vacent, imò angelicam vitam ducant in carne: qui enim sine vxore est (teste Apostolo) solicitus est quæ sunt domini, quomodo placeat deo: qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est, horum continentia sancta ac meritoria est, &

E tanto virtuosior quanto laboriosior, ideo subdit, *Qui potest capere* ist est, verba hæc perfectæ continentiæ dignè intelligere, efficaciterque implere *Capiat* ea hoc modo. Nec enim oportet, quoniã tam sublimis perfectio supererogationis est non præcepti. hoc ait Saluator hortando, suosq; pugiles ad pudicitiæ præmia excitando. *Tunc oblati sunt ei parvuli* forte à parentibus *Vt manus eis imponeret* benedicendo eos hoc modo Et *oraret pro eis* Iudei nanq; scientes patriarchas benedixisse filiis suis per manuum impositionẽ & orationem, videntesq; Christi sanctitatẽ & efficaciam, ex deuotione obtulerũt ei paruulos suos *Discipuli autem increpabant eos* videlicet offerentes non oblatos. Viderunt enim discipuli magistrum suum multis laboribꝰ itineris ac sermonis lassatũ. Pro-

Chrysost. pter quod putabant eum offerẽtium importunitate & obla-
Matth.18. torum benedictione posse grauari. Chrysostomus reprehen-

F dit in hoc facto discipulos, nã pauloante vocato ad se paruulo, eoq; in medio cõstituto, hortatus fuit discipulos ad paruulorũ similitudinẽ ac imitationẽ, dicendo, Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. *Iesus autem ait eis* puta discipulis *Sinite paruulos* istos ætate, & corpore paruos Et *nolite eos prohibere venire ad me* vt benedicantur. Nemo ergo quantumcunq; sublimis aut sapiens pusillos cõtemnat & tangere dedignetur, cum videat Christum dominũ vniuersorum, & sapientiæ fontẽ, paruulos tam dignanter ac dulciter recepisse, tetigisse, ac benedixisse. *Talium est enim regnum cælorum*. Nõ dicit istorum, sed talium, vtpote humilium, obedientium, simplicium & castorum, quæ figuran-

gurãtur per paruulos & spiritualiter atq; salubriter paruulis appellantur, nihilominus paruulorũ, qui remedium contra originale peccatũ sortiti sunt, est regnum cælorum secundũ id quod iam sunt, & secundum præsentem iustitiã quãuis interdum crescendo peiorentur ac pereant. Et *cum imposuisset* Marci. 18. *eis manus* suas superdignissimas, diuinæ virtutis sacratissima Lucæ. 18. instrumenta paruulis benedicendo, & pro eis orando *Abiit* Matth. 5. *inde*. Vnde in Marco scriptum est, Complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Et *ecce vnus accedens ad illum*. Iste vnus secundum Marcum fuit adolescens, & secundum Lucam fuit princeps, videlicet nobilis, diues & potens habens subiectos. *Magister bone*, id est, iuste & sapiens qui aliis quod doces, non enim sola doctrina, sed vita cum doctrinæ bonum facit magistrum. Vnde superius dictum est, Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur. ¶ Secundum Hieron. Hieronymum, adolescens iste superbus fuit, & non voto discẽdi, A hoc est, intẽtione discẽdi, sed tentãtis interrogat. Sed obuiare videtur quod apud Marcum de adolescente isto narratur, videlicet ꝙ prærcurrit & genu flexo coram Iesu dixit quæ subiungũtur, & post pauca, cum adolescens dixisset se omnia præcepta à iuuentute seruasse subditur. *Intuitus eum Iesus dilexit eum*. Ex quo euidenter monstratur, quod verum dixit, & bona intentione quæsiuit. Et hoc etiã asserit B Beda, & innotescit ex subditis. Itaq; magister bone, *Quid fa*ciam *boni*, i. quid meritoriũ operabor, quoniã fides sine operibus mortua est Vt *habeã vitã æternã* pro mercede post vitam hanc ẽporalẽ? *Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono?* i. cur interrogando appellas me bonũ? *Vnus est bonus deus*. i. dominus C Marc. 10. tantaxat bonꝰ est. Vnde in Marco apertius legitur. Quid me dicis bonum? Nemo bonꝰ nisi vnus deus. ¶ Sed cur Christus Iohan. 10. negauit adolescentẽ cum ipse profecto bonꝰ tanq̃ verus deus & seipsum bonũ appellet apud Iohannẽ, Ego (inquiens) sum Matth. 20. pastor bonꝰ. Et alibi, An oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum? Et respondetur ꝙ Iesus respondit ad mentẽ non ad verba quærentis. Adolescens enim putauit eum hominẽ pure, idcirco vocauit eum bonũ per bonitatis participationẽ tantaxat: Iesus verò ostẽdere volens, ꝙ qui sic de seipso sentire nõ debeat ipsum dicere bonũ, loquendo de bono secundũ perfecti rationẽ ipsius, dixit, Quid me interrogas de bono? Est ergo pensandũ, ꝙ res dicitur bona dupliciter, primò, per

D essentiam vniuersaliter & perfectè, cui videlicet cõuenit plenitudo bonitatis quõmodo libet atq; simpliciter, ita ꝙ bonitas eius est omniformiter, seu in omni nobilitate & beatitudine penitus infinita, & ita nullus est bonus, nisi deus verus, quemadmodum nullus dicitur esse vel iustus aut sapiens, nisi deus. Secũdò, dicitur aliquid bonum per participationẽ, & in genere, ficq; creatura dicit bona. Vidit enim deꝰ cuncta
1.Tim.4. quæ fecit, & erant valde bona. Et iuxta Apostolum, Omnis creatura dei bona est. Vtroq; autẽ modo fuit & est dominus Iesus excellentissimè bonus, quia secundum naturã diuinam est bonus. Primo modo, & eadẽ numero bonitas cum patre quemadmodum ait, Ego & pater vnum sumus. Secundum na-
Ioban.10. turam verò humanã est bonꝰ. Secundo modo, & sic maior est bonitas eius, q̃ totius vniuersi, non quod eius humanitas di-
E gnior sit humanitate aliorum dignitate naturæ, sed gratiæ. Porrò i hac authoritate Christi qua ait, nemo bonꝰ, nisi deꝰ: videtur se fundasse beatissimus theologorũ dux sanctus Dionysius, asserendo quod bonũ sit primũ atq; potissimũ nomen dei. ¶ Deinde respondet Saluator ad verba adolescentis qui præinductam responsionem patienter sustinuit. *Si vis ad vitã* gloriæ *Ingredi*, id est, æternam beatitudinem adipisci, *Serua mandata* decalogi. Tanq̃ dicat, hoc requiritur & sufficit ad sa-
Prouer.6. lutem. Vnde in Prouerbiis habetur, Serua mandata, & legem quasi pupillam oculi tui. Liga ea in digitis tuis, & in tabulis
Eccle.15. cordis scribe. Et in Eccle. Si volueris mandata custodire, conseruabunt te. *Dicit ei adolescens*, Quæ? scilicet mandata seruabo, vt vitam ingrediar? Hoc quærit, quoniam legis præcepta
F erant triplicia, vtpote moralia, iudicialia, cærimonialia *Iesus autem dixit*, nominando quædam præcepta moralia secundæ tabulæ, quæ ordinant hominẽ ad proximum *Non homicidium facies*, prætermisso ordine iuris, aliàs licitum erat secundum ꝙ Moyses dixit, Maleficos non patieris viuere. Secundum Iohannem, Omnis qui odit fratrem suum, homicida est, Ambrosius quoq;, Pasce (inquit) fame periclitantem: si non paueris, occidisti. Iudæi autem occidunt Christum lingua, consilio & consensu. Cain verò occidit Abel propria manu. Omnia ergo homicidia ista prohibita sunt, *Non adulterabis, non*
Exod.30. *facies furtum, non falsum testimonium dices. Honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum.* qui enim diligit proximum, legem impleuit. *Dicit illi adolescens, Omnia hæc*

custodiui, & per consequens alia præcepta moralia hic non A
expressa. Nõ enim diligitur proximus, nisi diligitur & deus. *Quid adhuc mihi deest* vt sim perfectus ac tuus discipulus? *Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse* opera supererogationis faciendo eaque euangelica consilia amplectendo, *Vade* id est, à temporalium rerũ affectu recede, & corporaliter perge ad emptores si opus est, Et *vende omnia quæ habes* videlicet mobilia & immobilia, Et *da pauperibus* pretia eorum. Maius enim est omnia simul pro Christo relinquere, q̃ ea paulatim indigentibus cõmunicare, vt sit homo penitus liber & expeditus cura, affectu & onere temporalium diuitiarũ, totusq; intẽdat spiritualibus bonis, Et *habebis thesaurum* id est, copiosam & superefluẽtem remunerationem, ac possessionem multo plentiorem, quàm qui sola præcepta custodiunt, *In cœlo* em- B
pyreo, quod est mansio beatorum, Et *veni* corporis gressu, mentisque syncero affectu, Et *sequere me* pauperem vitam ducendo & perfectionis opera exercendo. *Cum audisset autem adolescens verbum hoc* de venditione prædicta. *Abiit tristis* vel quia doluit se interrogasse, vel quia vidit viam perfectionis esse difficilem, vel quia tædebat facere quod audiuit. *Erat enim habẽs multas possessiones* hoc est, diuitias. Ex quo patet, ꝙ licet fuerit iustus, seruando præcepta, charitatẽ dei rẽporalibus omnibus preferẽdo, non tamẽ erat perfectus, qui temporalibus aliqualiter inordinate adhæsit, nec tam ferues erat in diuino amore: quòd pro deo voluit cuncta relinquere. Tales sunt multi: nam plures sunt cum custodia præceptorũ C
contenti, nec statum superiorem volunt arripere, quos certũ est in ampliori esse periculo. *Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis, quia diues* i. in temporalibus bonis abundãs. *Difficile* id est, difficulter *Intrabit in regnum cœlorum* quod est pauperum, ita vt transeat de diuitiis ad diuitias. Difficile ergo est, nõ impossibile, diuitem saluari, quoniã difficillimũ est in temporalibus abundare, & ea non inordinate amare, esse in diuitiis & non vti delitiis, ab aliis propter diuitias horari & non extolli, nec mundi vanitates sectari. Ad insecundum enim quàm rarum atque difficile sit, locupletẽ esse iustum non cupidum, dicitur in Ecclesiastico, Beatus diues qui inuẽtus est sine macula, qui post aurum nõ abiit, nec speruit in pecuniæ thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua, veruntamen multi fuerunt

D ditissimi,& tamen non cupidi,vt Abraham,Isaac, Iacob,Ioseph,Booz. Talis fuit & Dauid qui cunctis diuitibus saluberrimum dedit consilium,dicens,Diuitiæ si affluant,nolite cor apponere. Et iterũ ait, Ego sum vir pauper & tenuis, Diues ergo difficulter saluatur , quia diuitiæ sunt spinæ ac tribuli suffocantes verbum dei:nec solum diues,sed & diuitias appetens,cum tamen facilius sit diuitias nondum adeptas , quàm iam possessas non immoderatè amare.dicit nanque Apostolus,Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem, & laqueũ diaboli. Difficile quoq; est diuiti implere illud Iohannis Baptistæ, Qui habet duas tunicas,id est, superfluas, det non habẽti. Et qui habet escas similiter. *Et iterum dico vobis,*

E *Facilius est camelum per foramẽ acus transire* quod naturaliter impossibile est,non tamen omnipotẽtiæ dei, quæ posset modicum quid in camelum transsubstãtiare, atque per foramen acus transducere. *Quam diuitem intrare in regnum cœlorum.* ¶Si acceperimus diuitem hoc loco sicut in verbo immediate prædicto, oportet fateri , quod his verbis non denotatur, nisi maxima difficultas saluationis diuitis:ita quòd diues naturali virtute saluarì non valeat,sicut nec camelus per foramen acus transire: & deus sua omnipotẽtia mirabilius ac vberiorosius vtatur saluando diuitem, quàm ducendo camelum per acus foramen. Sic nanque secundum Augustinum, Maius est impium iustificare,quàm mundum creare:cuius creatio non est minoris admirationis, incomprehẽsibilitatis at-

F que potentiæ,quàm transductio cameli per acum. Communiter verò expositores hoc loco accipiunt diuitem pro inordinato & cupido diuitiarum amatore , qui maiorem fiduciam & amorem habet in eis quàm in deo. Talem autem saluari impossibile est,loquendo de potentia dei ordinata. Huicexpositioni fauere potest,quod prædictis verbis Christus præmittit apud Marcum , Filioli (inquiens) quàm difficile est confidentem in diuitiis,introire in regnum cœlorum. Vnde apostolus ait ad Timotheum,Diuitibus huius seculi præcipe,non sublime sapere,nec sperare in incerto diuitiarum. Talis fuit diues & sanctus Iob, qui ait, *Si putaui aurum robur meum* , & obrizo dixi fiducia mea,si lætatus sum super diuitiis meis. *Auditis autem his* verbis,omnino diuiti vehementissime metuendis, *Discipuli , mirabantur valde* propter nouitatem,& arduitatem huius doctrinæ, toti seculo prius inaudi-

tæ. Nouam nempe & supernaturalem doctrinam cœ- A lestis magister aduexit atque deprompsit, *Dicentes* adinuicem, *Quis ergo poterit saluus esse?* si tam arduum est iter ad regnum cœleste:quasi dicant , Pene nullus,quum multa sint vitia grauiora , quàm amor diuitiarum superflus. *Aspiciens autem Iesus* pauorem, angustiamque ipsorum, *Dixit eis, Apud homines hoc impossibile est* id est, humana naturali potestate fieri nequit , vt diues saluetur , nec camelus per foramen acus ducatur, *Apud deum autem*, id est, omnipotentiæ dei, *Omnia possibilia sunt* quibus non repugnat ratio entis, videlicet quæ contradictionem non implicat.Ideo deus potest hominem in temporalibus abundantem præseruare à culpa , potest quoque diuitem vitiosum per gratiam immutare vt bene vtatur diuitiis , & saluetur, gratia enim dei vi- B ta æterna. Mentitur ergo Pelagius , dicens, hominem sine gratia posse iustificari. Tunc , videlicet audita commendatione voluntariæ paupertatis. *Respondens Petrus* in persona omnium apostolorum tãquam præcipuus inter eos,dixit, *Ecce* quæ dictio signum est quod magnum atque notabile sequod narratur, *Nos* duodecim quos in apostolos elegisti, *Reliquimus omnia* ista terrena, *Et secuti sumus te* corporis gressu & cordis affectu,assimilationeque vitæ.Hoc tamen de Iuda proditore sumi non potest, nisi forte pro certo scipore,quãuis autem Petrus fuerit pauper,quidã tamẽ Apostolorum,in quorum persona loquebatur,diuites erant,puta Matthæus, Bartholomæus, &c. ideo congrue ait , Reliquimus omnia. Denique sicut vidua mittens duo minuta, plus C omnibus misit in gazophylacium,sic Petrus pauca relinquẽs plus multis reliquit,qui pondera auri relinquunt,& tamẽ aliud sibi reseruant , vel nõ tam prompte & affectuose hoc agit,vt Petrus,Omnia quoq; dimisit,qui nisi nihil retinuit sibi,nec sola habita,sed & habẽda abiecit pro Christo , ipsum affectum diuitiarum eradicando. *Quid ergo erit nobis* mercedis & quid redditurus es nobis? Nondũ videtur Petrus fuisse perfectus. Perfectus nanq; amator de præmio non requirit, sed de dilecto. *Iesus autem dixit eis* nõ solũ Petro,sed cæteris quoq;,in quorum persona loquebatur. *Amen dico vobis,quod vos qui secuti estis me*,& omnes vestigia sectaturi,omnes videlicet perfecti,euangelica obseruantes cõsilia, qui figurãtur ac designãtur per vos. Itaque qui sequuti estis me modo

Matth.9. Lucæ.22.

prædi-

D prædicto in paupertate, ac cæteris bonis, *In regeneratione.* Hoc sanctus Hilarius nectit prædictis, vt sit sensus, qui sequuti estis me, accipiendo baptismum qui est spiritualis regeneratio ex aqua & spiritu sancto. Hieronymus verò conuenientius nectit hoc verbis sequentibus, eritque sensus. Qui sequuti estis me modo præfato, hanc mercedē habebitis. Nā in regeneratione, id est, in futura corporum resuscitatione, resurrectione, seu reformatione, quæ terminatur adesse substantiale secundo collatum, restitutumque corpori, propter quod regeneratio nuncupatur. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ* id est, exercere cœperit manifeste & vniuersaliter suam iudiciariam potestatem, dando singulis in anima & corpore quod meruerunt. Sedes hoc loco corporale solium nō designat, sed iudiciariam potestatem & vsum ipsius, quanuis accipi possit pro loco, in quo Christus in die iudicii corporaliter erit vel residebit in aere, prout Iohel dicit, Ascendant & consurgant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebit, vt iudicet omnes gentes in circuitu, *Sedebitis & vos super sedes duodecim* id est, in duodenis principalibus thronis, locis, seu soliis assidebitis, *Iudicantes* id est, iudicio, assessoriæ dignitatis, atque præcipuæ approbationis, *Duodecim tribus Israel*, quæ vobis credentibus pro maiore parte in incredulitate manserunt, sicque damnabitis eas. Vnde superius dixit saluator Iudæis de apostolis loquens, Ipsi iudices vestri erūt. ¶ Cum inter duodecim Apostolos fuerit Iudas proditor vnus, quomodo ait Christus, sedebitis super sedes quasi duodecim essent sessuri cum Christo, quorū vnum constat esse damnatum? Et respondendum, q̄ promissio ista quantum ad Iudam fuerat conditionalis, videlicet si perseueraret in bono. Denique per sedes duodecim significantur solia omnium perfectorum, & apostolicorum virorum, qui in die iudicii iudicabunt cum Christo. Similiter per duodecim tribus Israel iudicandorum vniuersitas declaratur. Præterea aduertendum, q̄ Christus in die iudicii secundum suam diuinam naturam, seu trinitas deus iudicabit per authoritatem, Christus verò vt homo per exequutionem. Vnde ait, Pater non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Apostoli & viri perfecti per assessoriam dignitatem, tanquā amici & cōsiliarii iudicis. Cæteri electi, imò omnes boni per approbationē, minus mali per cōparationē, quemadmodū Niniuitæ, Sodomitæ & regina Saba incredulos Iudæos iudicaturi dicuntur. Et *omnus qui reliquerit* ordinate dominum, dando eam vel pretium eius pro deo. Etenim in pium vsum conuertenda sunt temporalia quæ relinquuntur, non penitus cōuertenda aut destructioni exponenda, *Vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem*, parentes tamen relinquendi nō sunt à filiis aut filiabus si inopes aut debiles sint, nisi eis prouidetur de necessariis, *Aut filios*, vel vxores, aut filias, quæ licet hic non exprimantur, tamen sub prædictis, intelliguntur. Nā apud Marcum exponitur vxor, *Aut agros propter nomē meum* finaliter propter me, vt me in æternum cōspiciat atq; possideat, Et ad gloriā meā, vt me in præsenti seculo perfectius veneretur, contemplando, amando, ac seruiēdo in omnibus *Centuplū accipiet* i. spiritualibus bonis in præsenti dotabitur, videlicet, gratia gratū faciēte, charitate diuina, consolatione eterna, donis spiritus sancti, quę omnia incōparabiliter præstantiora sunt cūctis bonis terrenis. Talis quoq; efficitur spiritualis filius, imò & frater omniū sanctorum viatorū cōprehensorū, quibus charitate & mystica vnitate cōnectitur. Omnia quoq; tēporalia ei subduntur, sicut ait Apostolus, quasi nihil habentes, & omnia possidentes, Et *vitam æternam*, de qua ait apud Iohannem Saluator, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deū, & quē misisti Iesum Christū, *Possidebit* in patria, quādo videbit facie ad faciem. i. clare & immediate per speciē. ¶ Ecce triplex præmiū voluntariorū paupertatis videlicet centupla receptio in presenti, assessoria iudicandi potestas in die nouissimo, itēq; possessio vitę æternæ in patria, *Multi erunt primi nouissimi* id est, multi eorum qui modo magnæ sunt reputationis, dignitatis & abundantiæ erunt in die extremo infimi & abiecti. Multi quoque qui nunc ad alios bona incipiunt, paulatim torpent & deficiunt, & qui tardius inchoant, feruentiores redduntur. Similiter & Iudei qui erant primi vocatione, vltimi facti sunt saluatione: iuxta illud apostoli, Cum plenitudo gentium intrauerit, tūc omnis Israel saluus fiet, Et *nouissimi primi* id est, qui iam dignitate, potestate, vel tēpore posteriores sunt, & opprimūtur, ac triuiantur à primis, seu maioribus huius seculi, tunc erunt primi honore, & gloria apud deum. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria. Et abiecta ac infima mundi elegit deus, vt alta, fortia, & pomposa condemnet: propter quod fertur in

Psalmo

Hieron.

Psal. 63.
Iohel. 3.

Lucæ 22.

Mat. 18.
Mat. 17.

Iohan. 5.

Marc. 10.

D Psalmo, Suscitãs à terra inopem, & de stercore eleuans pauperem, vt collocet eum cum principibus populi sui. Ad quod pertinere potest illud Ecclesiastici, Sedes ducũ superborum destruxit de°, & sedere fecit mites pro eis. Hinc quoq; virgo Christifera, Deposuit (inquit) potentes de sede, & exaltauit humiles. Nemo ergo de præsenti sua glorietur in se aut præsumat iustitia, vel se aliis præferat, aut quenquam contẽnat, quia ab his superari potest in præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, quibus nunc videtur multo perfectior,

CAPVT XX.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane.

ARTICVLVS XXXIIII.

S Tatum ecclesiæ militantis comparat Christus reb° diuersis nobis notis, ac corporalibus: quatenus
E per similitudinem sensibilium, & notitiam manifestorum ad cognitionem mysteriorum ecclesiæ perducamur, gratiamque ac iudicium dispositionis diuinæ sciamus. Hinc ergo nunc ait, *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias*, Origenes per regnum cœlorum intelligit Christum, quem si hoc loco per regnum cœlorum intellexerimus, plana erit parabola. Quemadmodum enim paterfamilias aliquis diuersis horis diei egreditur, vt conducat operarios qui vineam suam operétur seu colant: sic Christus secundum quòd deus, à principio mundi per omnes ætates seculi huius exiit, per
F suæ potentiæ operationem, per suæ veritatis manifestationem, per angelorum missionem, per patriarcharum ac prophetarum legationem, vt vocaret quosdam ad ecclesiasticã vnitatem, ad fidem & gratiam, ad operandum in domo dei, quæ est vinea atque ecclesia Christ. Veruntamen expositores communiter intelligunt hic per regnum cœlorum ecclesiam militãtem, vt sit sensus, Simile est regnum cœlorum, id est, status seu negotium ecclesiæ militantis, vel ipsa ecclesia, ratione sui capitis, scilicet Christi, homini patrifamilias, id est, operi seu negotio vel personæ hominis cuiuscunque habentis familiam, *Qui exiit primo mane*, id est, diluculo, *Conducere operarios in vineam suam*, hoc est, ad hoc, quòd vitem suam putarent atque excolerent: sic autem exponẽdo, quod hic scribitur de patrefamilias difficultatem non habet, sed per patremfamilias spiritualiter figuratur ac designatur deus trinitas,

trinitas, seu quælibet diuina persona: per vineam verò eccle A
sia sicque in processu exponenda est litera: ita vt ecclesia cõ
paretur vineæ, quoniam sicut se habet paterfamilias ad vineam suam, sic deus ad ecclesiam. De deo ergo per patremfamilias significato exponentur sequentia. Dicitur autem deus paterfamilias tanquam creator & dispensator vniuersorum de cuius domo scriptum est in Baruch, O Israel quàm magna est domus dei & ingẽs locus possessionis ei°, cuius familia est congregatio omnium fidelium seruientium ei. *Qui exiit* non locum mutando, sed aliquid de nouo operando, suamque gratiam effundendo, & suos nuntios emittẽdo *Primò mane*, id est, in prima mundi ætate quæ durauit ab Adam vsque Noe, videlicet, ad ingressum in archam seu orB
tum diluuij *Conducere*, id est, per mercedis pollicitationem vocare. *Operarios*, id est, homines ad operandum potentes, qui non erant operarij meritorie agendo, antequam vocarentur, & eius gratia preuenirentur, *In vineam suam*, hoc est, ad societatem seu incorporationem ecclesiæ, quẽad modum ait Apostolus, Eripuit nos de presenti seculo nequã. & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. A principio etenim mundi vocauit deus quosdam ad fidem & charitatẽ, per quam facta sunt membra ecclesiæ, & vinea dei, producendo opera sancta tanquã optimas vuas. Cõgregatio ergo fideC
lium dicitur vinea, sicut per Esaiam asseritur, Vinea domini Sabaoth dom° Israel est. Et per Oseã, Vitis frõdosa domus Israel. Per hos autem operarios conductos quidã specialiter intelligũt aliorũ doctores, prælatos ac superiores, quos deus misit in vineam, scilicet ecclesiam propter aliorum conuersionem seu informationẽ, quales à principio mundi fuerant, Adam, Seth, Enoch, Mathusalem. *Conuentione autem facta* id est, promissione completa, seu pacto inito cum operatiis iam præfatis *Ex denario diurno*, id est, de fœlicitate æterna eis pro suo labore reddenda. Conuentio itaque hæc est vitæ æternæ promissio, de qua per Hieremiam dominus ait, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo. Porrò beatitudo, seu vita æterna appellatur Denarius, quia est premiũ bene agentis. Dicitur quoque Diurnus, quoniam propter eum quotidie laboratur, & quotidie ingredientibus regnum cœleste confertur, eumq; meremur in die gratiæ, & accipiemus in die gloriæ. *Misit*

eos

D eos *in vineam suam*, id est, ad ecclesiam instruendam, vel ad beneuiuendum in ea, Et *egressus* secundum modum prædictum deus, *Circa horam tertiam*, id est, statim post diluuium, vel à tempore Noe vsque ad Abraham, *Inuenit alios stantes in foro*, id est, in seculo negotiationibus temporalium rerum repleto, *Otiosos* id est, à bonis operibus vacantes, *Et illis dixit*, per inspirationem internam, angelicam reualationem vel alio modo *Ite & vos in vineam meam*, hoc est, ad fidelium sortem seu congregationē, dimittendo opera tenebrarum, & faciendo fructus iustitiæ, *Et quo iustum fuerit dabo vobis*, videlicet, iustam mercedem pro opere virtuoso, quido vnicuique quod meretur. *Illi autem abierunt* in vineam
E domini obedientes loquutioni diuinæ Tales fuerunt Noe, Sem, Iaphet, Haeber. *Iterum autem exiit circa sextam*, hoc est à tempore Abrahæ vsque ad Moysen Et *nonam horam*, id est, à tempore Moysi vsque ad Christum, Et *fecit similiter*: otiosos faciendo operarios, seu quosdam mittendo in vineā suā, vt pote Moysen, Aarō, Iosue, Iudices & prophetas, alios que innumerabiles, perducēdo ad statum salutis in illis duabus ætatibus. *Circa vndecimam verò horam* id est, ab aduentu Christi *Exiit*, mittendo vnigenitum suum in similitudinem carnis peccati, & Apostolos ad gentiles. Tunc quoque verbum dei verus deus exiit, nostram naturam assumēdo, &
Ioan.16. personaliter hominibus apparendo, loquendo & bene agendo, quemadmodum apud Iohannem ipse testatur. *Exiui à pa*
F *tre, & veni in mundum.* Et *inuenit alios stantes*, id est, rebus
Heb.20. temporalibus inhærentes, spiritualiter nō proficientes, per quos præcipuè intelliguntur gentiles, quorum aliquibus, tamen paucis & parum. Christus in propria prædicauit persona, cæteris per apostolos, eorumq; discipulos & successores. Et *dixit illis*, *Quid hic?* id est, in isto exilio, in hac peregrinatione vbi non habemus ciuitatem manentem, *Statis tota die* id est, toto tempore vitæ vestræ, *Otiosi*, non festinantes ad
Rom.14. patriam, gentiles nanque fide caruerunt, nil meritorium operabātur, idcirco toto tempore vitæ suæ vacabāt à bonis, præsertim cum dicat apostolus, Quicquid nō est ex fide, peccatum est. *Dicunt ei, quia nemo nos conduxit*, id est, nullus ad bene agendū nos inuitauit, promittēdo nobis regnū cœleste pro præmio. Nullus quippe propheta aut doctor missus est nobis. Prioris enim ignorantiæ tempora despexit deus, vt ait

vt ait Paulus, Veruntamen quibusdā gentilibus dati sunt viri sancti, videlicet, Iob, Melchisedec, sed tempore Christi & A Actu.27.
diu ante in toto mūdo regnauit idololatria exceptis Iudeis, *Dicit illis*, *Ite & vos in vineam meam*, Hoc deus dixit gentilibus per prædicationem apostolorum, vt conuerterentur ad Christum, fierentque ex eis & populo Iudæorum electo vna ecclesia. Denique sanctus Hieronymus exponit parabolam Hiero.
hanc de vocatis ad gratiam secundū diuersas hominum ætates, vt illi dicantur primo mane conducti, & in vineam missi, qui in pueritia ad dei obsequium perducuntur, quales potissimum fuerunt sanctificati in vtero, v Iohannes & Hieremias, & alij qui mox vsum rationis sortiti cœperunt dominо famulari, vt Samuel. Tertia verò hora conducti vocētur, B
qui in iuuentute conuertuntur, seu adolescentia, quæ interdum pro eodem sumuntur: iuxta illud ecclesiastæ, Lætare Hier.1.
iuuenis in adolescentia tua. Sexta, qui ætate virili Nona, qui Lucæ.1.
in senectute. Vndecima, qui in ętate decrepita. *Cum sero autem factum esset*, secundum Augustinum, Gregorium, & alios 1.Reg.3.
expositores communiter per sero intelligitur finis mundi, Eccle.11.
seu dies iudicii, sed hoc quidam nititur improbare, quia de recipientibus mercedem sero dicitur, quod quidam eorum murmurauerunt, quibus sub persona vnius eorum dicitur, An oculus tuus nequam? qui autem in fine mundi remunerationem fœlicem, de qua iam agitur, sortiētur: nec murmurabunt nec nequam erūt. Sed quàm facile hoc soluatur, patebit dum ad horū verborū explanationem peruenero. Rursus quàm extorta sit expositio eius, qui per sero intelligit C
tempus gratiæ, seu præsentem statum ecclesiæ, patet literā intuenti. Iam enim dictum est, quòd per horam vndecimam intelligatur tempus gratiæ, quòd à Christi aduentu incepit. Oportet ergo per sero intelligi terminū tēporis, scilicet horā ultimā. Iterū præsens tempus non est tempus præmiorum sed meritorum. Præterea clarū est, quòd Christus per sero intelligat horam, in qua finiuntur labores, pro quibus redditur merces, quæ non est nisi in die iudicii. Est igitur sensus, Cum sero autem factum esset, id est, cum finis mundi aduenerit, *Dicit dominus vineæ*, id est tunc deus pater seu trinitas, summus princeps ecclesiæ, dicet, *Procuratori suo*, id est, Christo, secundum quod homo est, quem pater constituit dominum domus suæ, & principē omnis possessio-

D sessionis suæ, *Voca operarios* id est, eos qui in ecclesia laborauerunt, à morte eos resuscitando, & ad iudiciũ conuocando. Hæc vocatio est, de qua inquit Apostolus, *Quoniã ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet* 1.Tes.4. de cœlo. Et Christus, Veniet (inquit) hora, in qua omnes qui Iohan.5. in monumento sunt, audient vocem eius, *Et reddet illis mer-* Apoc.22. *cedem*, videlicet vitam æternam, de qua Saluator in Apoca- Iohan.14. lypsi profitetur, Ecce venio cito, & merces mea mecum est. Psal.90. Hæc merces est clara visio diuinitatis Christi, prout apud Iohannẽ ipse ait, Qui diligit me, manifestabo ei meipsum. Vnde pater ait in Psal. Ostendam illi salutare meum, videlicet Christum. *Incipiens* dare mercedem A *nouissimis*, qui hora vndecima vocati sunt, progrediendo ab illis *Vsque ad primos* qui primo mane vocati sunt, per intermedios. Hi vocati sunt vel hora nona, vel sexta, vel tertia. In fine mundi

E omnes electi simul remunerabũtur à Christo, videlicet in momẽto, in ictu oculi. Quomodo ergo nouissimi dicent primo remunerari? Dicendum quòd ista prioritas nõ est referenda ad interualla diuinæ remunerationis, quæ instantanea erit, sed ad ordinem vocatorum, ita quod licet omnes simul præmium consequantur quo ad tempus, tamen primo

1.Cor.15. præmiari perhibentur, qui minus diu præstolati sunt præmium, & qui vltimo finierunt laborem. Sic enim communiter dicimus, illos prius aliquid adipisci, qui minorem dilationem passi sunt, quàm eos qui diu expectauerunt, quamuis simul præmientur. *Cum venissent ergo* ad iudicium *Qui circa vndecimam horam* id est, in vltima mundi ætate, *Venerunt* ad vineam christi, seu vitam bonam *Acceperunt* à Christo

F pro mercede, *Singulos denarios*, id est, quilibet proportionatum præmium, seu vitam æternam in cœlis, *Venientes autem & primi* ad tribunal Christi. *Arbitrati sunt*, id est, æstimabant in die iudicij, *Quod plus* id est, maius præmium *Essent accepturi* à Christo, quàm nouissimi, quia diutius & grauius laborauerunt in ætatibus, nempe qui Christi aduen- Matt.11. tum præcesserunt minor fuit gratia & lõgior vita, ideo diutius & durius laborauerunt, quàm fideles tempore gratiæ, quibus merito saluatoris & gratiæ eius affluẽtia leue est iugum dei & onus eius suaue. *Acceperunt autem & ipsi singulos denarios*, id est, tantum vt primi, videlicet vnusquisque sudenarium seu proprium premium, nõ enim respicit deus princi-

principaliter ad laborẽ exteriorem, seu temporis diuturnitatem, sed ad interiorem feruorem, & rectam intentionem cordisque mundiciam, per quam sit homo capax visionis diuinæ essentiæ. Et accipientes primi *Singulos* vt dictum est *Denarios*, *Murmurabant aduersus patrẽfamilias* scilicet deum A
Dicentes. Hi *nouissimi vna hora fecerunt*, id est, modico tempore in ecclesia laborauerunt, Et *pares* in præmio *Illos nobis fecisti*, qui per procuratorem tuum illis & nobis idẽ præmium contulisti, *Qui portauimus pondus diei*. id est, graues temporis labores & laboriosos actus iustitiæ sustinuimus, Et *æstus* tentationum, id est, vehementes tentationes & anxietates. Murmuratio ista sanctorum nõ est murmuratio tur
bationis, rancoris vel impatientiæ, sed vehemens replicatio
propriæ causæ, seu admirationis eruptio, procedens ex zelo B
iustitiæ, quemadmodum & inter angelos sanctos, secundum Gregorium, Thomam, & alios multos dicitur esse resistẽtia dicente Gabriele ad Danielem, Princeps Græcorũ restitit mihi, Quod prædicti exponunt de bono angelo Græcorum custode ac principe. Dicuntur itaque murmurasse, vel quia dilationem dolenter sustinuerunt secũdum Gregorium, vel
ignia de magnitudine liberalitatis, pietatisque diuinæ tan-
tum de præmio dantis nouissimis vt eius, vehementer mirãtur. Nihilhominus vnusquisque beatorũ de sua fœlicitate plenissime cõtẽtatur. ¶ Sed quæritur quomodo priores sancti
a die iudicij æstimabunt se plus recepturos, cum tamen erunt non possint? Et respondedum, quòd illa æstimatio non C
fuerit assertionis, sed opiniationis. Sancti autem in patria non præsciunt determinate, Quantum beatitudinis quilibet homi
norum electorum finaliter obtinebit, nisi ex speciali causa eis diuinitus reueletur. *At ille* paterfamilias *Vni eorum* murmurantium *Dixit*, & quod vni, hoc omnibus dixit, potest
per hunc vnum intelligi protoplastus, *Amice non facio* Marci.15.
tibi, nec aliis primis *Iniuriam*, aliquid tibi iniuste subtrahendo, ob hoc quod alium vltra condignum glorifico, & tibi in mercede parẽ facio. *Nõne ex denario* hoc est, pro certo præmio tibi præstando *Conuenisti mecum*? id est, acquiesti & concors factus es mihi eũdo in vineã meã, vt denariũ diurnum reciperes? ¶ Aduertendum, ꝙ sicut denarius diurnus vnus est secundũ suã formã & rationẽ specificã, multipliatur autem ex parte materiæ & recipiẽtium, & est æqualis

D quantum ad omnes: sic vita seu beatitudo æterna, per denarium figurata, vna est ex parte obiecti: videlicet dei, multiplicatur verò ex parte recipientium atq; fructium: est quoque æqualis omnibus quantum ad durationem: nam omnes æternaliter eam possidebunt, tamen in perfectione magna
Iohan. 12. distantia est, secundum exigentiam meritorum. Vnde in domo patris mansiones multæ sunt, hoc est, diuersi gradus præmiorum Tolle quod tuum est, id est denarium seu præmium tibi debitum ac promissum, Et vade in gaudium domini tui. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi i. tantũ de præmio quãtum tibi largitus sum propter feruorẽ charitatis tuæ & meritum Christi, aliasq; rationes iam tactas, quemadmodũ de primis locutus es singulariter vni pro omnibus respondendo, sic de nouissimis singulariter loquitur, dicens, Volo
E licet mihi quod volo facere, quasi dicat, Vtique, quia voluntas dei cũ sit essentialiter idẽ quod sapientia & iustitia eius nec
Marci. 10. iniusta, nec irrationabilis esse valet, sed eo ipso quo deus aliquid vult iustum ac licitũ est, Vnde in libro Sapientiæ legitur, Virtus tua domine iustitiæ initium est. An oculus tuus id est, æstimatio seu consideratio tua Nequam est, id est, erronea, Quia ego bonus sum essentialiter quẽadmodũ dictum est, Nemo bonus nisi deus, hoc est, an bonitas mea, liberalitas, seu misericordia est tibi occasio murmurationis, eo q tantũ tribuo nouissimis, sicut primis? Loquitur ergo de nequitia in cõsiderationis & nõ culpæ, quod probatur per hoc quia iam loquitur de operariis vineæ dei, qui omnes saluantur. Ex quibus concludit Saluator, Sic erunt nouissimi primi,
F & primi nouissimi. Hoc idem in fine præcedentis capituli dictum atque expositum est. Multi enim sunt vocati, hoc est, ad fidem & gratiam per prædicationem inuitati atque perducti, quemadmodum Christus ait in Psalmo, Annunciaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum, Pauci vero electi, hoc est, prædestinati, seu gloriam adepturi. Sed videtur cõtrarium, quòd de electis cantatur, Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur, Et in Apocalypsi, Vidi turbam magnam quàm dinumerare nemo poterat, Et respondendum, quòd pauci sunt comparatiue seu relatiue ad reprobos. Multi autem simpliciter, imò secundum Gregorium, Tantus est numerus hominum electorum quantus angelorum sanctorum. Probabile quoque est, quòd numerus hominum A reproborum excedat numerum angelorum, ac dæmonum & hominum electorum. Cum ergo ignoremus an electi simus, & an digni simus amore, non debemus inaniter gloriari, securi esse, aut eleuari, nec alios, quamuis impij videantur aspernari, seu desperare. Nã quales futuri sint, nescimus, & fortè in breui præcedent nos in omni virtute. Et ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos puta apostolos Secreto, vt eis tanquam familiaribus suam passionem prænunciaret, ne eam videntes, scandalizarentur, nec putarent magistrum suum præuentum vel improuise captum, aut inuite occisum. Secreta ergo non omnibus, sed familiaribus sunt B pandenda, & mystica maioribus reuelanda sunt. Et ait illis Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur à deo patre, à seipso, à Iuda proditore, à diabolo: sed diuersimode Principibus sacerdotum & scribis, in lege periti, Et condemnabunt eum morte, hoc est, reum mortis esse iudicabunt. Sic enim dixerunt coram Pilato, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. Et tradent eum principes sacerdotum & scribæ, Gentibus, scilicet Pilato & eius militibus, Ad illudendum, Induerunt enim eum veste purpurea, & arundinem posuerunt in dextera eius, spineamque coronam in capite, & genu flexo adorabant eum, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et flagellendum & crucifigendum. Ista prædixit CHRISTVS di- C scipulis suis frequenter, vt firmiter recordarentur eorum. Et tertia die resurget. hoc adiecit ad consolationem mœrentium. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis Iacobo & Iohanne, Adorans eum, vel adoratione duliæ, seu latriæ, si credidit eũ esse deũ verũ, vel adoratione duliæ, seu magnæ reuerentiæ posternens se coram eo. Et petens aliquid ab eo, quòd non statim expressit, sed adorando insinuauit se aliquid desiderare. In Marco scribitur, quòd ipsi filij accesserunt ad IESVM, dicentes, Magister volu- Marci. 10.
mus, vt quodcunque petierimus facias nobis. Veruntamen mater formauit atque proposuit petitionem, sed hoc filij fecisse scribuntur, quoniam matrem suam ad hoc induxerunt, quam putabant à Christo honorandam, & exaudiendam quasi materteram eius, & quoniam viro suo, vt videtur, relicto, CHRISTVM erat sequuta. Dixit ei Iesus Quid vis

D non ex ignorantia quærit, sed vt ad eius verba congruenter
respondeat, errantesque instruat. *Ait illi, dic* id est, dicendo
concede & fac, tuum enim dixisse fecisse est: quamuis mu-
lier ista nondum intellexit profunditatem verbi huius, dic,
tamen quo ad hoc subtiliter, dixit, dic, ipse enim cui hoc di-
Psal.32. xit, est, de quo scriptum est, Ipse dixit & facta sunt. *Vt sedeat*
hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram,
id est, tibi collaterales & singulariter assidentes, cæterisque
maiores cõsistant *In regno tuo.* Quidam dicunt, ꝙ mulier ista
& filij eius petierunt cum Christo regnare in seculo isto,
putantes Christum post resurrectionẽ statim in hoc mundo,
& in Hierusalem regnaturum, quẽadmodum Dauid & Salo-
mon illic regnasse leguntur. Hæc nanq; vt dicunt, fuit Iudæo
rum opinio, ꝙ Christus temporaliter regnaret in Hierusalẽ
E omnia regna subiiciendo Iudæis. sed huic assertioni obuiare
videtur, ꝙ Christus respondendo subiungit. *Sedere ad dexte-*
ram meam & sinistram, non est meum dare vobis. sed quibus pa-
ratum est à patre meo. Ex quo patet, quòd electis à deo patre
paratum sit sedere ad dexteram Christi & sinistram, non vti-
que in regno terreno, sed cælesti. Per regnum ergo Christi
intellexerunt mater & filij regnum cælorum, de quo & la-
tro dixit in cruce. Domine, memento mei, dum veneris in re-
gnum tuum. Nam ex quotidiana Christi prædicatione, sci-
uerunt ꝙ nõ terrenum sed cæleste regnum promisit fideli-
bus, sic quippe exorsus est prædicare, pœnitentiam agite, ap-
propinquabit enim regnum cælorum, in quo isti duo inordi-
nate ex altari quærebant. Quia enim filij audierunt futurã
F Christi resurrectionẽ, credebant, ꝙ statim post resurrectioné
regnaret, & hoc matri suæ intimauerunt, ꝙ tamen à Christo
in secreto audierunt. *Respondens autem Iesus dixit,* nõ matri,
sed filiis per quod ostenditur ꝙ mater petiuit inducta à filiis.
Nescitis quid petatis, id est, vel quid quomodo petere debea-
tis. Petitio siquidem ista fuit multipliciter ordinata. Primò,
quoniam petierunt coronam ante victoriam, Secundò, quia
de carnali propinquitate confidebant. Tertiò, quia ex quadã
præsumptione & elatione petisse videntur, optantes coapo-
stolis anteferri, & volẽtes summi esse ĩ gloria, qui nõdũ prio
ribus sanctis similes erant in merito, quantum ad hoc tene-
bant typum eorũ, qui à magnis prælatis ad ecclesiasticas di-
gnitates postulant propter cõsanguinitatis lineam promo-

ueri. *Potestis bibere calicem* id est, sustinere cruciatum, *Quem* A
ego bibiturus sum, de quo in passione habetur, Si non potest
hic calix trãsire nisi bibam illum, fiat voluntas tua, *Dicunt ei,*
possumus Calicem istum potare, hoc est, pro fide, pro iustitia,
pro te mori parati sumus. hoc dixerunt potius ex auiditate
obtinendi quod postulauerunt, q̃ ex vera circunspectione:
imò incaute responderunt, quia in Christi passione, instante Marci.14.
periculo fugerunt. Itaque dicendo tam absolute, possumus,
propriam fragilitatem non pensauerunt: sicut nec Petrus
dicendo, Paratus sum tecum in mortem & in carcerem ire.
Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, qua-
si ex nobis. Si autem dixissent, possumus per gratiam tuam,
tute dixissent, quomodo dixerat Paulus, Omnia possum in
eo qui me cõfortat. *Ait illis, Calicẽ quidẽ meum bibetis,* id est,
passionem meæ passioni aliqualiter similem, & propter me B
indigendam gustabitis. Iohannes enim affectu sustinuit mor
tem pro Christo ferentis olei dolium ingrediendo, pessi-
mumq; venenum potãdo, à quorũ vtroq; mãsit illæsus, quo-
tidianum quoq; martyrium passus est, præsertim in exilio in-
sulæ Pathmos. Iacobus verò ab Herode Agrippa decollatus
est, vt in actibus apostolorũ legitur, Sedere autẽ ad dexterã
meã & sinistrã. i. mihi collateralẽ & proximum esse in cælo.
Non est meum hoc est, non spectat ad me iustum iudicem, qui
personam non accipio, sed secundum merita reddo *Dare vo-*
bis, sed illis, quibus paratum est à patre meo, & vtique à patre pa Matth.25.
ratum fuit Iacobo & Iohãnni præmium istud: præsertim cũ
regnum cælorum ab origine mundi paratum est prædestina-
tis, iuxta illud, Venite benedicti patris mei, &c. quomodo er
go non fuit Christi dare Iacobo & Iohanni sessionem præ- C
dictam? Et respondendum, ꝙ non fuit Christi dare illis, eo
modo quo ipsam petebant, videlicet ratione consanguinita-
tis, & secundũ statum, in quo tunc fuerunt, quãdo adhuc car-
nales & ambitiosi fuerunt, puto tamen quod erant in statu
gloriæ, quia non quilibet motus elationis est peccatum mor-
tale, sed non erant tantæ perfectionis, vt digni essent sedere
tam proximè Christo, ideo subditur, *Sed quibus paratũ est à*
patre meo, hoc est, perfectis, verè humilibus, quibus pater de-
crevit gloriam esse præstandam. Illis (inquam) est meum da-
re, vt sedeant ad dexteram meam, & sinistram in regno, id
est, in circuitu meo, in præmio essentiali & accidentali.

D Et *audientes decem apostoli* quid isti duo petiissent, *Indignati sunt de duobus fratribus*, hoc est, contra eos commoti sunt, quod sibi præferri rogassent, & tam immoderatè petiissent. Vnde patet, quod decem quoq; discipuli adhuc similes erant istis duobus in imperfectionib⁹ multis: non enim zelo iustitiæ, sed cuiusdam liuoris indignati fuerunt more ambitiosorum, qui irascuntur dum cernunt socios suos sibi velle præponi. Cum tamen in cælorum promotio vnius non noceat alteri, nec eius exaltationem impediat. *Iesus autem* tanquam pius, sapiénsque magister & sobrius reprehensor *Vocauit eos* videlicet omnes apostolos pariter *Ad se*, vt vitium elationis ab eorum cordibus propulsaret, & errorem corrigeret. Et *ait*, *Scitis quia principes gentium dominantur eorum.*

E id est, maiores seu domini hominum mundanorum cum imperio & tumore præsident subditis suis, Et *qui maiores sunt*, videlicet dominatores subditorum, *Potestatem exercent in eos*, id est, per violentiam quandoque opprimunt ipsos, & sua potestate inordinate vtuntur. *Non ita erit inter vos*, tumor elationis, violentia, siue ambitio. *Sed qui voluerit inter vos maior fieri* id ampliorem gratiam & gloriam adipisci *Sit vester minister*, id est, præ cæteris se humiliet, atque in actibus humilitatis seipsum indesinenter exerceat. Quanto enim aliquis se sub alio deiicit, tanto deus eum exaltat. Et *qui voluerit inter vos primus esse* id est, aliis præfici, & à me sublimius promoueri, *Erit vester seruus*, hoc (vt arbitror) intelligi potest dupliciter. Primò, quòd ambitiosus cæteris supponetur & subijcietur. Secundò, quòd is qui licet prælationem

F non cupiet, tamen cupit esse talis, vt dignus sit aliis præsidere, oportet vt primo discat subesse, studeátque socijs suis seruire. Et quia exempla plus mouent quam verba, Saluator qui cœpit facere & docere proponit se in exemplum, *Sicut filius hominis non venit ministrari*, hoc est, ad hoc quod seruos haberet qui ei famularentur in corporalibus & humanis obsequijs ad instar secularium dominorum, *Sed ministrare*. Nam & discipulis suis frequenter ministrauit, iuxta illud, Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, Patri quoque indesinenter seruiuit cũ incomparabili humilitate: quemadmodum ait in Euangelio, Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et cum duodecim esset annorum, descendens cum virgine matre & Ioseph fuit subditus illis. Nec dubium

Act.1. Lucæ.2. Iohan.14. Lucæ.2.

bũ quin quotdie ministrauerit ipsis, tanq̃ verè humillimus, A
facer esset altissimus cui angelorũ exercitus cum ingẽti reuerentia & tremore assistit. Et *dare animã suam* vitã corporalẽ & animalem, seu ipsam animã suam *Redemptionẽ* i. pretium liberatiõis, *pro multis* hominibus, non pro dæmonibus: tradidit enim in mortẽ animam suã, & ipse peccata multorũ tulit, vt Esaias ait. Imò seipsum dedit pro nobis sponte se offerens, propter quod ait ore proprio, Nemo tollet animã meã Esaiæ.53. Heb. 5.
à me. Et apostol⁹, Qui dilexit me & tradidit semetipsum pro Ioan.19,
me. ¶ Sed quare non ait, Dare animã suam redẽptionẽ pro Gala. 2.
omnibus, cũ alibi dicat, Si exaltatus fuero à terra omnia tra Ioan. 21.
hã ad meipsum. Ipse equidem est vniuersorũ saluator dicẽte 1. Cor. 16.
apostolo, sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo
omnes viuificabuntur. Et respondendũ q̃ Christus dedit ani B
mã suam redẽptionẽ pro omnibus sufficiẽter, pro solis autẽ
electis efficiẽter seu efficaciter, quoniã nõ omnes sed multi
fructũ dũicæ passionis cõsequũtur, ideo ait. *Pro multis*. Deniq;
licet Christus dicatur pro nobis dedisse animã suã, & etiã vi
tã corporalẽ, hoc tamen est differẽter. Nam animã dedit per
hoc q̃ eã tormẽtis exposuit nõ q̃ ipsa extincta sit. Vitã verò
tã corporalẽ sic dedit, q̃ eã pro nostro spirituali viuificatio
ne extingui permisit. Quæ tamẽ vita, seu vitalis actio, erat in
æstimabilis dignitatis ac pretij propter vnionẽ cũ verbo. Et
prædicãtibus illis videlicet Iesu, eiusq; discipulis, *Ab Hiericho*
ciuitate famosa *Secutæ sunteũ turbæ multæ* ppter causas diuer
sas, vt dictũ est sæpi⁹, & etiã quia desertũ quod erat inter Hie
richo & Hierusalẽ, per quod Iesus pgebat, erat latronib⁹ ple C
num, propter quod homines illuc tendere non audebãt, nisi
simul collecto. Et *ecce duo cæci sedentes secus viam* vt à per-
egrinantibus eleemosynas peterent tanq̃ mendici *Audierũt quia*
Iesus transiret audientes enim tumultũ, interrogauerũt quid
hoc esset, quibus respõsum est, q̃ Iesus illic cum suis peram-
bularet. Et *clamauerunt* ex magnitudine desiderii in altã vo-
cem prorumpentes, clamabant ergo corde feruẽteroptãdo, &
voce altè sonando *Domine miserere nostri ò fili Dauid* credebãt
quidẽ isti verũ esse q̃ à populo interdum audierũt, videlicet q̃
Christus esset rex Messias, in lege pmissus, & de semine Dauid
oriturus, prænunciatus, ideo nominabant eũ dominũ, tanq̃
regem Israel: & aliqui dicunt q̃ eius diuinitatẽ agnouerant,
sed non est multũ probabile. *Turba autem increpabat eos vt*

D *tacerent*,vel quia multum importune clamabant,vel quia Iesum offendi timebãt,& inquietari ex clamore eorũ,vel quia clamando impedierunt multos ab auditu sermocinationum Christi,qui etiã ambulando docebat frequenter. *At illi magis clamabant* formidãtes ne propter strepitum increpantiũ, nõ audiretur clamor eorũ à Christo *Dicẽtes, Domine miserere nostri fili Dauid* per laudẽ eius qui oratur, capitur beneuolẽtia eius,ideo isti orãdo Iesum laudant eũ à maiestate cũ dicunt, Domine:& ab origine cũ dicũt,filii Dauid: sicq; facilius exaudiri merẽtur.vnde Psalmista,Laudãs(inquit) inuocabo dominũ,& ab inimicis meis saluꝰ ero. *Et stetit Iesus & vocauit eos* in quo manifestatur pietas atq; dignatio Christi, qui personas tam modicas non despexit. *Et ait,quid vultis vt faciã vobis*

E Non ignorãs requirit, sed vt quærendo illorũ desideriũ augeretur,oratio repeteret,meritũ cresceret, omnesq; scirẽt, Psal.17. q̃ nõ eleemosynã,sed naturæ reparationẽ imploraissent. *Dicunt ei domine* hoc volumus. *Vt aperiãtur oculi nostri* carnales & visum recipiant *Misertus autem eorũ Iesus tetigit oculos eorum* vt ostenderet,quòd virtus diuina in ipso consistẽs actum operabatur per corpus suum, sicut per instrumẽtum attens operabatur per corpus cui vnita est. *Et confestim viderunt,& secuti sunt eum*. Non solum gressibus corporis,sed imitatione virtutis,tanquam spiritualiter illuminati à Christo & gratia beneficio eius.Christus nanque mente sanauit atque illustrauit, quos corporaliter reparauit:ipsius nempe perfecta sunt opera, & totum hominem saluum fecit in sabbato.

F ¶ Quæritur,cum Matthæus referat de duobus cæcis, cum Marcus nõ scribat nisi de vno. Respondit Augustinus quòd ideo,quoniam vnus eorum famosior fuit, & forte importunius exclamauit,qué Marcus Barthimium,id est,filium Thimei appellat.Iterum quæritur, an cæcus de quo Lucas scribit,sit idem de quo recitat Marcus,vnusq; istorum duorum. Ad hoc aliqui dicunt quòd non. Nam apud Lucam legitur solum.Cũ appropinquaret Hiericho cæcus quidam sedebat secus viam, ex quo sequi videtur,quòd ille cæcus fuerit illuminatus ante introitum Hiericho. ¶ Porrò Marcus refert, Proficiscente eo de Hiericho.similiter hic egredientibus illis ab Hiericho:per quod ostenditur, quòd cæcus iste sit natus post egressum ex Hiericho. Alii asserunt quòd fuit ide

cæcus,quia historia de vtroque omnino concordat,vt patet A literam intuenti,excepto verbo prædicto quod isti ita exponunt. *Cum appropinquaret Hiericho*, i.adhuc prope esset huic ciuitati. Potest etiam dici, quòd Lucas non seruat in omnibus ordinem rei gestæ. Et ita,quanuis Christo accedente ad Hiericho cæcus sedebat prope viam,non tamẽ à Christo vocatus,sanatusq; fuit,nisi post egressionem à Hiericho.Iuxta spiritualem intelligentiam per clamorem horum cæcorum, figuratur clamor vtriusque populi Iudeorum & Gentiliũ ad saluatorem,cum audissent quod in terris visus,& cum hominibus conuersatus fuisset. Turba verò videlicet obstinati & infideles increpabant eos,sed illi occidi malebant,q̃ ab inuocatione Christi cessare:imò beatissimi martyres tanto validius atque frequentius clamauerunt ad Christum , quò amplius à tyrannis,& eorum satellitibus prohibebantur,quorũ B vestigia sequi debemus orantes iugiter cum propheta, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte.

CAPVT XXI.

Et cum appropinquasset Iesus Hierosolymis. & venisset Bethphage.

ARTICVLVS XXXV.

E T *cum appropinquasset Iesus Hierosolymis & venisset Bethphage*, id est, ad villam quandam sacerdotum *ad montem olivueti* in quo oliuarum copia creuit,iuxta cuius pedem , seu latus sita fuit hæc villa, vno vt dicitur miliario à Hierusalem distans. *Tunc Iesus misit duos discipulos* dicunt aliqui, quòd secundum Chrysostomum isti discipuli C fuerunt Petrus & Philippus.Sed hoc Chrysostomus non affirmat. Sed in commento cuiusdam se legisse commemorat. *Misit autem duos* propter socialis vitæ commendationem,& ad ostendendum, quod per duplicem vitam,videlicet actiuã & contemplatiuam , vel per sciẽtiam & operationem ad ipsum pertingitur. Ista historia facta est in die palmarum , altero die postquam Iesus cœnauit in domo Symonis leprosi in Bethania , quando Lazarus fuit vnus discumbentium, & Maria Magdalena accepit libram vnguenti effundens super pedes ipsius. *Ite in castellum quod contra vos est*. Communiter per castellum intelligitur vrbs ipsa Hierusalem, vel propter fortitudinem murorum , quibus circundata fuit per modum castelli, vel despectiue propter discordiam atque inuidiam habitantium

D habitantiũ in ea, & quia alienigenis, seu Romanis erat subiecta. Videtur autẽ per castellum posse intelligi aliqua domus lapidea eminens, forte muro propinqua, in qua vel iuxta qui asina fuit. Itaq; ite in castellum quod contra vos, id est, ex opposito vestro est, sic ait Psalmista, In die tribulationis meæ deũ exquisiui manibus meis nocte cõtra eum. Et apud Marcum ait Saluator, Transiuimus de contra, vel contra vos est, hoc est, contrariatur, quorũ magistrũ ac dominũ necare molitur, Et *statim inuenietis asinã alligatã* præsepio vel alteri rei, ne vagando discurrat, Et *pullum eius cum ea* hæc asina deputata fuit ad pauperum vsum & ad hunc vsum pullus eius nutriebatur *Soluite* asinam *& adducite mihi* eam cum pullo suo.

E In Euang. Lucæ legitur dixisse, Inuenietis pullum asinæ alligatũ, cui Marcus concordat. Asina ergo & pullus ligati erãt, & vtrunq; iussit Christus solui, & sibi adduci: inuenerunt autem discipuli animalia ista foris in biuio iuxta Hierusalẽ, vt dicit Marcus, Et *si quis vobis aliquid dixerit* interrogando, cur animalia ista soluatis, *Dicite eis, quia dominus* rex Messias His scilicet asina & pullo *Opus habet*, non necessitate absoluta siue coacta, sed conditionata, atq; spontanea, videlicet ad verificandum vaticinium Zachariæ, & ad nostram informationem, Et *confestim dimittet eos* solui, & mihi adduci. ¶ Quæritur, quid isti custodes, seu domini asinæ & pulli, (qui secundum Lucam & Marcũ dixerunt discipulis, cur soluerent pullum) intellexerunt per dominum, quando discipuli respondeF runt dominus operam eius desiderat. Ad quod dicendum opinor, quod Apostoli Christi ex habitu, vel aliis signis facile agnoscebantur esse discipuli Iesu. De Iesu quoque tũc rumor fuit, q̃ ipse esset Christus, ideirco custodes cognoscentes, q̃ isti essent discipuli Iesu, per dominum intellexerũt Iesum. Chrysostomus verò respondet, quòd virtus Christi mouit corda custodum, ita quòd nomine domini audito, contradicere non audebant. Sed cur humilis Iesus seipsum tam sublimi nomine exprimit, quod deo est proprium. Sicut per Esaiam testatur, Ego dominus, hoc est, nomẽ meum: de quo scriptum est in Amos, Faciens arcturum & orionem dominus nomen eius. Dicẽdum, q̃ Christus hoc die voluit maiestatem suam verbis & factis suis, ac aliorũ multipliciter declarare, sicut patebit: vnde & alibi ait, Dominus est filius hominis etiam sabbati, *Hoc autem totum* videlicet quòd discipulos

Esa. 42.
Amos. 5.
Mat. 12.

pulos misit, & asinã eiusque pullum solui, & sibi adduci præ- A
cepit, *Factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam*
Zachariam, *Dicentem dicite filiæ Sion*, hoc est, plebi Hie- Zach. 9.
rusalem quæ plebs dicitur filia, propter paternum affectum
dei ad eam. Vnde in prophetis sæpissime nomine filiæ congregatio populi designatur. ¶ Sion verò fuit mons in quo erat templum dei atque palatium regis, propter quod nomine Sion ciuitas tota significatur, tanquam à parte principali. *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus* mitis & humilis, nõ cum terribili apparatu aut animo bellicoso, vt moris est regum mũdanorum, *Sedens* successiue *Super asinam* deinde, Et *super pullum filium subiugalis*, id est, asinæ quæ fuit assueta portare
B iugum atq; sessores, super pullum verò vsque ad illam horã
Lucæ. 9. nemo ascẽdit secundum Lucam & Marcum, sed Christus pri-
Marc. 11. mus sedit super eum. Ratio horũ infra tangetur. Ex hac prophetia debuissent scribæ & sacerdotes merito Christum cognouisse, ex qua etiam apertissime declaratur, quòd primum Christi aduentum descripserunt prophetæ in paupertate &
Ioan. 18. humilitate, nõ in regno temporali, secundum quòd Christus dixit coram Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo. ¶ Deniq; prædicta Zachariæ prophetia in nostra translatione plenius continetur. hoc modo, Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator ipse pauper & ascẽdens super asinam, & super pullũ filiũ asinæ, *Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerũt asinã & pullũ, & imposuerũt super eos vestimẽta sua* vt Iesus mollius, honestiusq; sederet, Et *cum desuper sedere se*
C *opãt* successiue, vt dictũ est. ¶ Quidam videntur asserere, q̃ Christus non sedit super vtrunque animal. Itaque secundum eos historia vel impossibilitatem vel turpitudinem cõtinet. Impossibilitatẽ, quia in tam breui itineris spacio super vtrunque animal sedere nõ potuit. Turpitudinẽ, quoniam indecẽs esset vt in asina sederet. Veruntamẽ ppter manifestã authoritatem scripturæ canonicæ vtriusq; testamẽti dicendũ videtur, sicut nunc dictũ est. Poterat nanque infra vnius miliaris spacium vtriq; animali sedere, præsertim propter mysticam rationem, quæ statim dicetur. Nec apparet, cur fecisset asinã sibi adduci nisi vt super eã veheretur, nec aliter dixisset discipulis vt dicerent, quia dominus his opus habet. Præterea, ad literã verisimile est, q̃ pullus adhuc iuuenis fuit, ac debilis,

quoniam

D quoniam nemo hucusque sedit super eum. Et ideo Christus non diu mansit super pullum. Mysticè nanq; per prædictum castellum designatur totus hic mundus, paruus virtute, magnus prauitate: per modum castelli contra deum murus impietatis, duritia cordis, seu obstinatione munitus, in quem Christus misit discipulos suos, dicens, Ite in mundū vniuersum, in quo apostoli inuenerunt asinam alligatam, id est, synagogam, seu populum Iudæorum, & pullum, id est, gentilitatē, eratque vterque populus funibus vitiorum obstrictus. Quoniam tamen synagoga super se tulit onera legis, iugum vtique (teste Petro) grauissimum, ideo designatur per asinā subiugalem. Gentiles verò sine seruitio legis, & fide dei viuentes lasciui ac vagi significantur, per pullum indomitum à

E nemine subiugatum. Voluit ergo Christus vtrunque animal

Mat. 28. sibi adduci, quia præcepit Apostolis, vt vtrunque conuerterent populum, dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimū terræ. Sedit quoque super vtrunque animal, quoniam vtrunque populum sibi subiecit per fidem & cultum diuinū. Primò tamen insedit asinæ, quoniam primo venit & discipulos misit ad conuertēdos Iudæos: quemadmodum Paulus ait, Vobis oportebat primum loqui verbum dei. Cumque discipuli adduxissent asinam & pullum ad Iesum, eum desuper sedere fecerunt: quia cum cōuertissent quosdam Iudæos & Gentiles innumerabiles, subiecerunt eos imperio Christi, vt eius præceptis parerent. Prædictis insuper cōsonat quod in Genesi Iacob ait Iu-

F dæ filio suo de Christo, ligans ad vitem pullum suum, & ad vineam, ô fili mi asinam tuam. Quòd enim hoc ad literā de Christo dicatur, patet ex eo quod immediate præmisit, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quòd verò discipuli posuerunt vestimenta sua super pullum & asinam hoc designat, q̄ super eos quos conuerterunt, posuerunt indumenta virtutū, variosque ornatus doctrinarum, gratiam sibi collatam aliis communicādo, quemadmodum Petrus hortatur, Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. *Plurima autem turba strauerunt* id est, extenderunt supposuerunt, *Vestimenta sua in via* qua erat Christus processurus, *Alii autem cædebant ramos de arboribus* oliuarum. *Et sternebant in via* hæc omnia fecerunt in signum lætitiæ, & ad reuerentiam saluatoris, Itemq; vt ait Hieronymus, Ne animal

A cui Christus insidebat offenderet in lapidem, ne calcaret in spinam, ne caderet in foueam. *Turbæ autem quæ præcedebant Iesum Et quæ sequebantur* eum *Clamabant, dicentes, Osanna.* id est, obsecro, salua, O *filii Dauid* secūdum naturam assumptam. Osanna est dictio hæbraica, composita ex integro, & corruppto, videlicet ab osi quod est salua, & anna quod est dictio optatiua, si autē textus habeat, *Osanna Filio Dauid* sensus est, dicimus *Filio Dauid* Osanna, id est, saluifica, *Benedictus* id est, laude dignus, sanctus, siue laudatus sit *Qui venit in nomine domini* hoc est, ex deo patre, videlicet secundū voluntatem, atque ad gloriam eius. Vnde Saluator ait, Ego veni in nomine patris mei. *Osanna in altissimis* cælestē beatitudinem conferendo, & ad regna cœlorum nos perducen- B do. Secundum Hieronymum, canticum istud sumptū est ex psalmographo, qui de Christi aduentu conscribens, Sc ora-

sit, O domie salum me fac, ô domine bene prosperare, benedictus qui venit in nomine domini. Porrò hoc cāticū consona voce, resonabant, vtiq; ex instructione & motione spiritus sancti, Lucas verò hæc plenius recitat. Cum appropinquaret (inquiens) ad descensum montis olineti, cœperunt omnes turbę descendentium gaudente laudare deū voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit ex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Vt enim in Euangelio Iohannis legitur, Turbæ quę conuenit in Hierusalem ad diem festum, cum audis- Iehan. 12, set quòd Iesus veniret, exierunt obuiām ei, cū ramis palmarum. Et *cum intrasset Iesus Hierosolymam* cum processione tā C solita ac solenni, *Commota est* admiratione, indignatione & dubitatione, *Vniuersa ciuitas* id est, maior, & principalior pars populi habitantiū in ea, *Dicens, Quis est hic?* cui tanquam honor impenditur, Hoc quidam indignando, quidam dubitando, & inquirendo, quidam admirando dixerūt: sicut & angeli Christo ascendente, Quis est iste qui venit de Edom? Et quis est iste rex gloriæ? *Populi autem* id est, turba vulgaris *Dicebant, hic est Iesus propheta* populus iste confessus fuit in cantico suo, quod ipse esset Christus, cum igitur asserent eum esse prophetam non de qualicunque, sed de summo loquuntur propheta ac domino prophetarum: de quo cecinit Moyses, prophetam suscitābit vobis dominus de fratribꝰ ve-

D stris tanquam me, A *Nazareth Galilææ* id est, de illa ciuitate oriundus. Conceptus nanque atque nutritus fuit in Nazareth, licet in Bethleem natus sit: per hoc significat quod infirma, abiecta & stulta mundi electis deus vt confundat fortes & sapientes: Sacerdotibus enim scribis, & Pharisæis non credentibus, populus confitetur. Et *intrauit Iesus in templo dei*. Primò, quia in his quæ patris sui erat oportuit eum esse. Secundò vt daret nobis exemplum primo intrandi in domū dei, & quærēdi regnum, honorem & gloriā creatoris. Tertiò vt in templo doceret, & errores corrigeret, sicut subinfertur, Et *eiiciebant omnes vendentes & ementes in templo* sacerdotes qui auariſſimi erant posuerunt in atriis templi quoddā
E de suis, qui omnium animalium immolatitiorum genera in templo vēdebant, ne aliqui maximē qui de longinquo venerant, possent se excusare si nihil offerrēt in templo, quia à locis remotis nō poterāt animalia secū adducere. Hos Christus reiecit Et *mensas nummulariorum* hoc est, eorū qui pauperibus concedebant sub cautione pecuniam, quatenus nec egeni se excusarent ab immolatione propter defectū pecuniæ, Et *cathedras vendentium columbas* quæ erant hostiæ paperum Euertit pecuniam effundendo. Per hoc prefigurabatur, ꝙ symoniacos & clericos secularib⁹ se negotiis implicā ret, Christus de ecclesia sua tāquam indignos repellit, secūdum quod ait, Gratis accepistis, gratis date, Et *dicit eis* Scriptum est in Esaia, *Domus mea domus orationis vocabitur* id est, ad orādum deputata erit & inde nomē habebit, nec esse debet domus negotiationis & cupiditatis. *Vos autem fecistis*
F *illam* esse *speluncam latronum* hoc est, similem specui, seu loco abscondito, in quo latrones prædas suas collocāt & occultant. Quemadmodū enim in fouea tali ponunt latrones ea quæ rapiunt ab his quos corporaliter necāt, sic sacerdotes & eorum familia colligebant in templo pecuniā, seu pretia eorum quos spiritualiter occiderunt, inducendo eos ad magna peccata, seu pauperum quos excoriauerunt, Et *accesserunt ad eum cæci & claudi in tēplo* ducti vel baiulati ab aliis, Et *sanauit eos*, Per honorum operationem miraculorū Christus confirmauit, & verum ostendit præconium sibi à turba exhibitum. Denique si totum Euangelicæ paginæ rextū considerēmus, inueniemus vbiq; doctrinæ & verbis Christi miracula, quatenꝰ supernaturalis veritas per

supernaturalia opera comprobetur, vt fides nostra secundū A
Apostolum non sit in sermone, sed in ostentione spiritus &
virtute. *Videntes autem principes sacerdotū & scribæ mirabilia*
quæ fecit cæcis visum, & claudis gressum præstando Et *pueros clamantes in templo, & dicentes, Osanna filio Dauid* parētes
nanque filios suos secum adduxerant, & sicut pueri audierūt
parentes suos, ac turbam clamare, sic & ipsi clamabant. Nec
dubiū quin ex influxu spiritus sancti qui mouit linguas eorum ad proferendum verba, quæ nec ipsi intellexerunt saltē
perfectē, *Indignati sunt* hæc est Iudæorum proprietas, vt
quanto melius successerit ei quem odiunt, tāto amplius crucientur, & aliquid, si possint, vel audeant, opponāt. Sic sacerdotes, scribæ, ac pharisæi, qui contra Christum, implacabile
odium conceperant, tanto vehementius affligebantur, indignabantur & murmurabant, ac detrahebant, quāto Christus B
pluribus miraculis refulgebat, sublimisque extollebatur à
vulgo, Vnde apud Iohannem dixisse leguntur, Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, sed turba hæc quæ ignorat legem, maledicti sunt. Et *dixerunt ei, Audis quid isti* pueri
dicunt? te collaudando. i. si esses tam iustus & humilis, vt simulas & affirmas, dicendo, Ego non quæro gloriam meam,
& claritatē ab hominibus non accipio, non deberes hunc applausum sustinere, sed prohibere. Quia miracula Christi nulla ex parte poterāt calūniari, arguūt eum superbiæ vanęq;
gloriæ, *Iesus autem dixit eis, vtique* audio & prohibere nō deb
beo, quod probat authoritate scripturę *Nunquid legistis* quasi dicat, imò legistis, sed non intellexistis, vel non attendistis
legistis in Psal. *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē* C
per infantes atque lactentes designantur illiterati ac innocentes. Non enim putādum est, ꝙ pueri isti adeo paruæ ætatis extiterint, & adhuc vbera sugerent, & verba proferre nō
possent, & erant adolescētes, ita vt cū Hieremia dicere pos- Mat.10.
sent A. a, a, domine deꝰ nescio loqui, quia puer ego sum. Ne
scio (inquit loqui) prudēter & erudite in lege, videlicet per
naturā. Ex ore ergo istorum perfecit. i. perfecte expressit
deus laudem de Christo, Non enim ipsi erant qui loquebā-
tur, sed spiritus patris eorū. Et *relictis illis* inuidiosis ac perfidis, qui inde deteriores fiebant, vnde emendari & conuerti
debebant *Abiit foras extra ciuitatem* Hierusalem *In Bethaniam* visulum Lazari, Marthæ & Mariæ *Ibique mānsit* nocte
illa,

D illa', cum suis discipulis in domo Marthæ, & probabile est, quod nullus in Hierusalem audebat recipere eum hospitio, propter metum pontificum, & conspirationem scribarũ. Bethania autem interpretatur domus obedietiæ. Per hoc ergo quòd Christus illos corporaliter dereliquit, Bethaniamque ingressus est, & ibi quieuit, figurabatur, quòd Iudæa propter incredulitatẽ deserta, ad gentes euangelio obedientes Christus transiret. *Mane autem* diei immediate sequentis, *Reuertens* cum discipulis, *In ciuitatem* Hierusalem *Esurijt* non necessitate, sed voluntate. Et mirum quòd Christus tam mane passus est famem, qui de sero in Bethania cœnasse creditur. Non enim in Hierusalem manducasse videtur. Dicũt igitur expositores, quod ista Christi esuries, non erat naturalis

E sed dispensatiue assumpta, ad designandum spiritualem esu

Marci. 11. riem Christi, qua Iudæorum ac Gentium desiderauit salutẽ. *Et videns fici arborem* puta ficulneam, *Secus viã, venit ad eam*, si forte aliquid inueniret in ea, vt dicitur in Euangelio Marci *Et nihil inuenit in ea nisi folia tantũ: & ait illi, Nunquam nascatur ex te fructus* videlicet ficus *In sempiternum Et aresecta est continuo ficulnea* Quæritur cur Christus qui vtique sciuit fructum non esse in arbore illa, præsertim quia non erat tẽpus ficorum, vt habetur in Marco, quæsiuit fructum in ea, & infructuose, maledixit, quæ in culpa non fuit? Et respondendum, quod Christus famem anticipatiue assumpsit, & ad ficulneam pro fructu perrexit, propter mysticam rationem. Quemadmodum enim prophetæ interdum verbis, interdũ factis prophetauerunt. sic Christus quandoque sermonibus,

F quãdoque operibus aliquid præsignauit. Accessit ergo ficulneam quærens in ea fructum ad insinuandum quod venit ad populum Iudæorum, quærens in eis fructum iustitiæ. Arbori quoque habenti non fructũ, sed folia: maledixit, ad inuẽ-

Matt. 7. dum, quod sacerdotes, scribæ, pharisæi, & cæteri simulatores

Hierony. ac callidi non veritatem, sed apparentiam sanctitatis habentes induti vestibus ouium, intus verò pleni hypocrisi, essent diuinitus maledicendi. Hieronymus aliam affert rationẽ dicens, quod ideo maledixit ficulneæ, & arefactam manifestauit discipulis, vt suam eis demonstraret potẽtiam, quatenus in sua passione Christi fortiores essent scientes, q̃ sic poterat aduersarios suos deiicere & siccare, quemadmodũ arefecit ficulneam. Et *videntes discipuli* ficulneam arefactam. *Mirati*

rati sunt dicentes, Quo modo aruit continuo à radicib⁹? quasi dicant, Hoc mirabiliter factum est, secundum q̃ in Marco legitur, Cõsideratio, admiratio, & collocutio discipulorum de refactione ficulneæ non erant statim quando Christus præ dicta protulit verba, sed mane diei sequẽtis, & ita hoc loco non seruatur ordo historiæ *Respondens autem Iesus, ait eis, Si habueritis fidem* certissimã, *Et si non hæsitaueritis* aliquo modo dubitando, *Non solum de ficulnea facietis* quod ego, vt ad verba vestra maledictoria arefiat, *Sed si monti huic dixeritis, tolle & iacta te in mare fiet* intellectus seu expositio horum verborũ patet ex eo quod supra dictũ est, Amẽ dico vobis, si habueritis fidẽ sicut granũ synapis, dicetis mõti huic trãsi hinc, & trãsibit, & nihil impossibile erit vobis. Hieronym⁹ tamen addit hoc loco, dicens se credere, quòd apostoli ad literam transtulerunt, & in mare proiecerunt montes, orãdo, seu imperando, quanuis scriptum non sit, Nam ideo (vt ait) scriptum non est, ne daretur infidelibus contradicendi & credẽdi maior occasio, præsertim cum nec minora signa credantur ab apostolis facta, quæ in scripturis authẽticis fuisse legũtur. *Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis* id est, cum fide idonea seruatis conditionibus ad exaudientiam requisitis, videlicet vt oret pro se, & perseueranter atque salubriter, vtpote in nomine saluatoris. Hoc & Iacobus monet, Postulet (inquiens) à deo, & dabitur ei: postulet autẽ in fide nihil hæsitans: qui autem hæsitat similis est fluctui maris, qui à vento circunfertur. Non ergo existimet homo ille quod aliquid accipiet à deo. Debemus ergo orare a fide cum spe, vt certi simus de veritate eorum, quæ cadũt sub fide, & non dubitemus de misericordia dei, ita quòd certudo spei sit ex parte obiecti, videlicet dei, ex quo nũquã est exauditionis defectus, cum rationabiliter petitur, nõ ex parte subiecti, seu meritorum sperantis, qui ob culpam suã ipse non exauditur. *Et cum venisset in templum* die sequenti post ramos palmarum *Accesserunt ad eum docentem* populum publice in templo. *Principes sacerdotum & seniores populi* qui tempore concilij per nomina vocabantur *Dicentes in qua potestate, hæc facis?* hæc scilicet, que te vidimus facere heri, & hodie, eiiciendo vendentes de tẽplo, infirmos sanãdo, & publice prædicando, hoc est, qua authoritate, & cuius ope hæc facis? quasi dicant, Quum non sis sacerdos, nec legis doctor,

D quibus solis conuenit docere in templo: nec ab imperatore, vel senatu licentiam habeas prædicandi, & ista agendi, videtur opus tuũ vsurpatoriũ esse, & ex præsumptione prodire. Et *quis dedit tibi hanc potestatem*? Tanquã dicant, Cũ non habeas eam à principibus sacerdotum nec à Romano Imperio videtur quod virtute & instigatione diaboli facias ista. Simile est, quod aliqui dicũt, In principe dæmoniorum eiicit dæmonia, In quo patet intollerabilis cæcitas Iudæorum, quasi non esset potestas potestate humana ac diabolica altior, virtus diuina cuius commissione & adiutorio Christus operari potuerit. Denique sancti prophetæ nónne authoritate diuina docuerunt? Sed & miracula Christi ostenderunt quod diuina potestate operabatur, quemadmodũ Nicodemus profitus est, Scimus (inquiẽs) quia à deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. ¶ Consequenter ponitur artificialis, & iusta euatio Christi, qui poterat istis rationabiliter, & doctrinaliter respondere, sed digni non erant *Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos, & ego vnum sermonẽ, quem si dixeritis mihi respondebo vobis* Et *ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptisma Iohannis* actiuus, videlicet lotio qua ipse alios abluit in Iordane, *De cœlo erat*, id est, ex commissione, & authoritate dei habitãtis in cœlo, iuxta illud in Psalmo, Dominus in cœlo parauit sedem suã. Et illud Esaiæ, Cœlum mihi sedes est. *An ex hominibus* id est, ab inuentione, & confictione humana. *At illi cogitabant intra se dicentes, Si dixerimus, de cœlo esse* baptismum Iohannis *Dicet nobis* per increpationem & redargutionem *Quare ergo non credidistis illi* Iohanni de meo testimonio perhibẽti dicendo, Venit fortior me, cuius non sum dignus calciamenta soluere. Et iterum, Qui de cœlo venit super omnes est, *Si autem dixerimus, ex hominibus* esse Iohannis baptismum, timemus, id est, timere debemus Turbã à Iohanne Baptizatam, ne interficiat nos tanquam blasphemos, Vnde in Euangelio Luæ dicunt, Si dixerimus, ex hominibus, vniuersa plebs lapidabit nos. In quo patet eorũ peruersitas, quoniam homines timuerunt magis quàm deũ: cum tamen dicat scriptura, Qui timet hominẽ cito corruet *Omnes enim* præsertim vulgares *Habebant* id est, reputabant *Iohannem sicut prophetam* dictio sicut notat hic veritatem, nó similitudinem solam. Nouerãt enim Iohannẽ verè esse prophetam

Psal. 102.

A hetam ex eius supernaturali conceptione, patris sui prophetatione, & cæteris quæ in eius natiuitate cõtigerant, itẽ sanctitate & rigore suæ conuersationis, efficacia prædicationis, & quia de Christo verbis & factis apertissime præmuntiauit. *Et respõdentes Iesu dixerunt, Nescimus* vnde erat baptismus Iohannis. In hoc mentiebantur, nam in Euangelio Lucæ dicunt, Certi sunt. s. turbæ, Iohannem prophetam esse. Si ergo nouerant turbam de hoc certam esse, etam ipsi certi erant de hoc. Falsum nanque noscitur, secundum Philosophum. Si itaque agnouerunt Iohannem esse prophetam, non ignorabant baptismum eius esse à deo. Inuidia tamen excæcauit eos intantum, vt dicerent de Iohanne, Dæmonium habet. *Ait & ipse* Iesus, *Nec ego vobis dico in qua potestate hæc facio*, ne agam contra doctrinam, qua dixi, Nolite sanctum dare canibus. Ex prædicta Christi responsione elicitur, ꝙ sæpe B decet vti cautela contra insidiatores, vt clauus clauo reperiatur, & excutiatur: quẽadmodũ Paulus inter Pharisæos, & Saddúcæos in malo concordes, discordiã susciauit: sic dominus in libro Iudicũ iussit poni insidias. Consequẽter ostendit Christus prauitatẽ Iudæorũ per propositionẽ parabolæ. *Quid autem vobis videtur*, respondendũ ad parabolam quam proponam? *Homo quidã habebat duos filios, & accedens ad primum dixit*, &c. Iuxta literam parabola ista difficultatem non habet, sed exponenda est secundum id quod per eam designatur. Itaque, homo quidam. i. deus pater omnipotens, qui dicitur homo, non per essentiam, sed proprietatem, quia humanus, begninus, mitis, suauis, habebat duos filios, id est, populum gentilem atque Iudaicum, Et *accedens* per naturalis G egritudinem seu internum instinctum, vel per informationem ab angelis & hominibus sanctis, videlicet Noe & Sem, hic exhibitam, *Ad primum* id est, populum gentilem, qui fuit tempore Noe, *Dixit ei* per instinctum diuinum, reuelationem angelicam seu informationem humanam, *Fili*, ratione creationis & prouisionis, quem feci ad imaginem, & similitudinem meam, *Vade hodie* id est, tempore peregrinationis istius, *Operare*, seruando precepta moralia, quę sunt de Gene. 2. naturalis dictamine rationis, *In vinea mea*, id est, inter bonos vel infra ecclesiam, seu gyrum iustitiæ, *Ille autem respondens ait*, contumaciter *Nolo* quia gentiles ad idololatriam declinauerunt. *Postea autem pœnitentia motus* de inobedientia

D dientia sua,videlicet in prædicatione Christi inchoatiue,& apostolorum cõpletiuè, *Abiit*,operari in vinea dei, iustè viuendo,vnum deum colendo. *Accedens autem ad alterum*.i.populum Iudæorum, qui à tempore Abrahæ cœpit, & per circuncisionem à gentilibus distinguebatur, *Dixit similiter*.i.filii vade operare in vinea mea. Ad hunc enim populum,accessit sicut ad primum,maximè quando contulit eis legẽ per Moysen. Et *ille respondens* deo, *Ait,eo domine*. i.vado,quo iubes agendo quod præcipis.Hoc dixerunt Iudæi in Exodo,loquentes ad Moysen, Omnia quæ præcepit nobis dominus, faciemus,& erimus obedientes, Et *non iuit* quia post pauca vitulum aureum adorauerunt, & infinita flagitia commiserunt. Huic parabolæ consonat quod dominus ait in Psalmo de gẽ-
Psal. 18. tilibus & Iudæis, Populus quem non cognoui seruiuit mihi,
E filij alieni mentiti sunt mihi. Porrò quod dicitur hic de his duobus populis,non refertur ad eosdem numero,sed specie. Potest quoque per primum filium intelligi peccator pœnitens,per secundũ iustus apostatans. *Quis ex duobus filiis istis Fecit voluntatem*. i. executus est præceptum patris æternæ *Dicunt ei,primus*.Nam ille pœnitẽtia ductꝰ iuit, & fecit quod iusserat deus,per quod prioris inobedientię veniam meruit, alius verò nõ eundo fregit promissum,& præmium perdidit meritum. *Dicit illis Iesus*, applicando parabolam ad propositum *Amen dico vobis, quia publicani & meretrices*.i.pessimi
F phante q̃ vos:designantur enim per filium pœnitentem,vos gentilium *Præcedent vos in regno dei*, id est, maioris meriti erunt in ecclesia militante , amplioriśque gloriæ in triumphante q̃ vos:designantur enim per filium pœnitentem,vos
Matth.3. autem per filium apostatãtem. Nam verba pulchra habetis, sed facta non consonant.Ideo subditur.*Venit enim ad vos Iohannes Baptista in via* id est,operatione *Iustitiæ* iustè viuẽdo, rectè docendo, Christum annunciando , peccatores baptizando Et *non credidistis ei* , sed dixistis, Dæmonium habet, *Publicani autem & meretrices crediderunt ei*, ad eius exhortationem peccata sua confitendo,vitam corrigẽdo,& de Christi aduentu credendo.*Vos autem videntes*, fidem & emendationem istorum,vel videntes miracula mea,quibus patet vera esse quæ ille perhibebat de me Nec *pœnitentiam habuistis postea* de perfidia vestra & actibus pessimis.ita Vt *crederetis ei*, vel viuenti vel occiso, quia post mortem eius erat verbis ipsius vehementer credendum tanquam martyris sancti prop-

per iustitiam interfecti,in quo manifestatur obstinatio ve- A
stra. ¶ *Aliam parabolam audite*.Sacerdotes & scribæ nitebãtur sua subtilitate concludere Christum,capiendo eum ver- Prou.21.
bo propriæ responsionis.Sed non est sapientia,non est prudentia, non est consiliũ contra dominũ. Propterea Christus eos propria eorum responsione confudit,damnabilesque ostendit,proponens sequentem parabolam, *Homo erat pater-* Hier.1.
familias qui plantauit vineam. Per hunc hominem designatur Esa.5.
Deus pater propter causas prehabitas: & licet per vineam in- Psal.79.
telligi possit vniuersalis ecclesia,tamẽ hoc loco per eam exprimitur synagoga,de qua per Hieremiã loquitur dominus, Pastores multi(inquiens) demoliti sunt vineam meam. Et in Esaia,Vinea(inquit)domini exercituum domus Israel iste,& vir Iuda germen delectabile eius.Hanc deus plantauit corporaliter,collocando Iudæos in terra promissionis,& spiri- B
tualiter constituendo eos in fide & gratia, propter quod ait Psalmista, Vineam de Aegypto transtulisti , eiecisti gentes, & plantasti eam, Et *sepem circundedit ei*, id est,angelorum auxilio atque custodia patriarcharum, & prophetarum munitione ac meritis , traditione quoque mandatorum ac legis, eam muniuit. Vel per sepem ad literã intelligitur fortitudo murorũ ciuitatis in Iudæa metropolis, Et *fodit in ea torcular*, id est,altare quod nominauit torcular,quia in eo effundebatur sanguis victimarum,sicut in torculari exprimitur liquor uarum, Et *ædificauit turrim*,id est,templum sublime,de quo exponit Hieronymus illud Michææ prophetæ, Et tu turris Hierony.
gregis nebulosa,ad te veniet potestas prima,videlicet Chri- Mich.4.
stus,virtus & sapientia patris,portans omnia verbo virtutis C
suæ Et *locauit*, id est,sub pacto retributionis regendam atque colendam commisit Eam *agricolis* id est, prælatis & doctoribus,quorum aliqui boni fuerunt,vt Moyses & Aaron: & aliqui mali,de quibus subditur. Vnde Esaias insinuans se esse agricolam synagogæ ait ad eam, Tritura mea,& filia aræ meæ,quæ audiui à domino,indicaui tibi. Et *peregre profectus est*, id est, se quasi absentẽ exhibuit,dimittendo hominem propriæ voluntati,& eius Pœnitentiam præstolando ac supplicium differendo. Porrò parabola ista penè sub eisdem verbis habetur in Esaia,in quo legitur, Vinea facta est dilecto,& sepiuit eam,& turrim ædificauit in medio eius,& torcular exstruxit in ea. *Quum autem tempus fructuum appropin-*

D *quasset*, id est, post legis lationem, cum synagoga debuisset opera bona producere, secundū legis præcepta, *Misit seruos suos*, sanctos prophetas priores, *Ad agricolas* id est, sacerdotes, scribas & principes synagogę *Vt acciperent fructus eius*, id est, populū synagogæ ad deum reducerent, & opera virtutis in eis inuenirent. *Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt*, id est, percusserunt, vt Hieremiam, *Alium occiderunt*, vt Esaiam, *Alium lapidauerunt*, vt Zachariam Ioiadæ filium. *Iterum misit alios seruos plures prioribus*, videlicet posteriores prophetas ac iustos ad agricolas, propter eandem causam, *Et fecerunt agricolæ similiter*, sicut prioribus. Sacerdotes

E vestri? Et Apostolus ad Hebræos, Alij (inquit) ludibria & verbera experti, insuper vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, Nouissimè autem, quando videlicet venit temporis plenitudo, & in vltima mundi ætate, cum multo tempore nullus apparuisset propheta. *Misit ad eos filium suum*, per incarnationem & prædicationem ipsius, quando verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Missio autem filij intelligi potest, vel ipsa incarnatio verbi, quæ missio non fuit localis legatio, sed humanæ naturæ assumptio, vel verbi iam incarnati corporalis atque localis destinatio, qua Christus Iudæos visibiliter accessit & docuit, *Dicens* ipse pater, non assertiue, sed indicatiue, videlicet insinuando quid agricolæ merito facerent, &

F quod verisimile erat eos esse facturos. *Verebuntur*, id est, timebunt & honorabunt *Filium meum* vnigenitum & dilectū, mihi consubstantialem, coæternum, & coæqualem. Sed ita non fecerunt, vt subditur. ¶ Ex hoc loco Hieronymus & Augustinus improbant hæresim Arrij atque Eunomij, dicentium, filium patre minorem, & puram creaturam, eō quōd dicat se ignorare diem iudicij. *Ecce*. Hoc loco pater ait, verebuntur filium meum. Et in Luca ait, Verebuntur forsitan filium meum. Nunquid & pater hoc dicit dubitādo vel ignorando? Quod ergo illi pro patre responderint, nos pro filio respondebimus. *Agricolæ autem*. i. principes sacerdotum & cæteti sacerdotes ac scribæ, *Videntes filium* dei patris tāta miracula operantem, tamq; efficacissime prædicantē, & cætera quæ

quæ de Christo prænuntiata fuerunt, in se implentem. *Dixerunt intra se* i. cogitauerunt, sed inferioribus non manifestauerunt, *Hic est hæres* id est, Messias rex Israel, dominus synagogæ, terræque nostræ, ex quo videntur Christum cognouisse, quod qualiter verum sit, statim discutietur, *Venite occidamus eum*. Collegerunt nanq; pontifices & pharisæi cōsilium, dicentes, Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit. Et ab illo die cogitauerunt interficere eum. Vnde Christus testatur, super me cogitauerunt cōsilia, dicentes, Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Et in Psalmo, Aduersum me susurrabāt omnes inimici mei, *Et habebimus hæreditatem eius* id est, terrā & populum Israel possidebimus, sicut hucusq; possidebamus. Ad hoc enim moti sunt principes Iudæorum occidere Christū, ne possessionem terræ & dominium populi perderēt. Vnde B in euangelio Iohannis dicunt, Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollēt locū nostrum & gentem. Deniq; delectabat eos principatus terrenus secū dum Augustę quē viderunt sibi per Christū auferri, qui paupertatē & humilitatē edocuit. & populū ad se cōuertit. Sed erraverunt, ideo nanq; perdiderunt locū & gentē, quoniam Christum interfecerunt, quia in vltionem sanguinis Christi destruxerūt Romani Iudæorum vrbes ac populum, iuxta illud Dan. Post hebdomadas septuaginta duas occidetur Christus, & nō erit eius populus, qui eum negaturus est: & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo. *Et apprehensum eum*, videlicet filium dei *Eiecerunt* agricolæ *extra vineam* id est, extra vrbem Hierusalem Iudææ metropolim, in qua erat templum, *Et occiderunt eum* crucifigentes ipsum in loco Caluariæ. Vnde ad Hebræos dicit Apost. Iesus ut sanctificaret populū, extra portam passus est. *Cum ergo venerit dominus vineæ* i. cum deus cœperit iudicare & iudicādo & præmiādo visitare synagogam, vel in morte singulorum, vel quando adduxit exercitum Romanorū contra Iudæam, *Quid faciet agricolis illis* id est, quam pœnam inferet pro culpa tam magnis? *Aiunt illi Malos* agricolas *Male perdet* id est, dure corripiet & occidet. Perdet enim eos male, loquēdo de malo pœnæ, non culpæ: cum tradiderit eos in manus Titi & Romanorū, *Et vineam suā*, videlicet electos Iudęos & priuilegiatam ecclesiam, *Locabit aliis* i. agricolis bonis, *Qui reddent*

D *dent ei fructum temporibus suis*. Hoc fecit deus, quando reprobatis Iudæorum prælatis commisit ecclesiam apostolis, eorumque successoribus & adiutoribus, qui obtulerũt deo fructum, id est, multos ad fidem conuersos. Sic apostolus ait quibusdam, Opus meum vos estis in domino. Et in Christo per Euangelium ego vos genui. ¶ Sed prædictæ responsioni Iudæorum videtur contrariũ, quod in Euangelio Lucæ legitur dixisse, Absit, videlicet vt malos male perdat, & vineã aliis locet: Et respondendum, quòd præinductam responsionem, scilicet malos male perdet Lucas & Marcus describũt,
1.Cor.9. quasi à Christo prolatam, Matthæus verò dicit eam ab aliis
Lucæ.20. datam. Nec tamen est dissonantia in Euãgelio veritatis, quia
E (vt Lucas enarrat) Christus dixit parabolã istam ad plebem, quãuis sacerdotes cõcerneret, qui etiã erant presentes ac audientes. In plebe verò multi erant qui Christo fauebant & crediderant, & isti primo dixerũt, Malos male perdet, vt refert Matthæus, quorum responsionem Christus approbando repetiit, quo audito sacerdotes attẽdẽtes ad se pertinere parabolam, conscientia remordente, dixerunt, Absit, vt recitat Lucas. Consequenter probat Saluator quod parabolice dixit, allegando scripturam lib. Psal. *Nunquam legistis in scripturis?* tanquam dicat, imò sæpius in Psalmo legistis, *Lapi-*
1.Cor.10, *dem* id est, Christum, de quo Daniel dicit, Lapis qui abscisus est de monte sine manibus, factus est mons magnus, &
Ephes.2. F impleuit vniuersam superficiẽ terræ. Petra nanque est Christus secundum Apostolum, *Quem reprobauerunt ædificantes* id est, prædicti agricolæ, sacerdotes & prælati synagogæ, quorum fuit, populum in fide & moribus ædificare. Sed sicut solo nomine erãt agricolæ, & re vera dissipatores, sic solo nomine erãt ædificatores, & reipsa destructores, *Hic* Christus *Factus est in caput anguli*, id est, principium, seu lapis angularis, in quo coniuncti sunt duo populi gentiles & Iudæi, ad constituẽdum vnam ecclesiam: sicut in saxo angulari
Esa.28. vniuntur duo parietes ad constituendam domum. Vnde in Esaia habetur, Hæc dicit dominus, Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem angularem, probatum, preciosum in fundamento fundatum: & qui crediderit in eum non confundetur: vel non sustinet, secundum aliam translationem. *A domino factum est istud*, id est, diuina virtute & gratia est vnio ista duorum populorum, in Christo, & Christi ignominiose occisi

occisi tanta sublimatio, propter quod ait Apostolus, In quo A & vos coædificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. *Et est mirabile in oculis nostris* interioribus. Quid enim ita mirabile, sicut cõuersio totius mundi ad hominem crucifixum, Ephes.2. qui paulo ante dicere potuit. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Multi exponunt hanc authoritatem ad literam de quodam lapide magno, quem ædificantes templum Salomonis sæpe reiecerunt tanquam inutilem, non inuenientes vbi congrue poneretur in ædificio. Et tandem inuentus est locus conueniens in angulo duorum parietum vt illic poneretur. Sed istud non videtur conueniens, quia probatio per scripturam non tenet, nisi à sensu literali, secundum August. Christus autẽ per scripturam prædictam probat suum intentum, videlicet se à Iu- B
dæorũ principibus reprobandũ, quod plenius patet in Euãg. Luc.20.
Lucæ, vbi cum Iudæi dixissent, Absit, scilicet vt malos male perdat, Christus obiecit, & ait, Quid est ergo, quod scriptũ est, Lapidẽ quẽ reprobauerunt ædificantes, &c. tanquam di- Actu.4.
cat, hoc aliter non valet impleri nisi in me. Denique nulla Ephes.2.
scriptura canonica recitat de lapide tali in templo Salomonis, sed & Petrus in Actis Apostolorum loquens de Christo, Hic est (inquit) lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus. De quo & Paulus, Ipso (ait) summo angulari lapide Christo Iesu. *Ideo dico vobis quòd auferetur à vobis* exigente & operante diuina iustitia, *Regnum dei*, id est, regnum ecclesiæ militantis, regnum quoque cœleste vel sacra scriptura, secundum Hieronymum. *Et dabitur genti*, per apostolo- C
rum prædicationem credenti, *Facienti fructus eius*, id est, opera virtuosa, per quæ ad regnum dei pertingitur. Et quæ in scriptura præcipiuntur, de quibus ad Galathas scribit Apostolus, Fructus autem (inquiens) spiritus, est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, &c. Et *qui ceciderit super lapidem istum*, id est, fidelis impiè agens, *Confringetur*, id est, spiritualiter destruetur siue lædetur, non penitus conteretur, *Super quem verò ceciderit* lapis iste, id est, infidelis cui Christus irruerit per districtionem iudicii, *Conteret eum*, id est, penitus condemnabit, atque ab omni bono spirituali comminuet. ¶ Tanguntur hic duo peccantium genera, vtpote Christianorum & infidelium. Fideles autem quanuis iniqui, tamen in Christo fundantur per fidem dum peccant,

D peccant, dicuntur cadere super Christum, quem offendunt: sed non penitus conteruntur, quoniam sæpe per misericordiam dei reformãtur, fortioresq; surgunt, & in peccantibus manet fides, quãuis informis. Infideles verò qui in Christo nequaquam fundantur dum peccant, incidunt in manus dei viuentis: sicque lapis iste seu Christus irruit super eos, & conterit eos, quemadmodum in Iudæis videmus impletum. Vnde in Hieremia scribitur, Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine. *Et cum audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius* iam commemoratas. *Cognouerunt quòd de ipsis diceret*, quæ in parabolis denotauit, videlicet quòd ipsi essent mali agricolæ, impij ædificatores, & quòd viso eo, dixissent, Hic est hæres. E *Et quærentes eum tenere*, id est, ad interficiendum comprehendere tanquam mendacem, vel quia tam dire corripuit eos, *Timuerunt turbas*, ne ab eis resistentiam paterétur, *Quoniam sicut prophetam eum habebant* id est, turbæ reputauerunt Iesum esse prophetam. Ecce quomodo sacerdotes, scribæ & pharisæi inde deteriores & obstinatiores effecti sunt, scilicet de iusta Christi increpatione, vnde emendari debebant. Tales sunt qui suam accusationem & redargutionem non dedignantur aduertere, de quibus ad Timotheum dicit Apostolus, A veritate quidem auditum auertét. Et Amos propheta, Odio habuerunt corripientem. Horum nequissimus morbus vocatur, noli me tangere. ¶ Circa hũc locum opportune quærendum est, an Iudæi cognouerunt Iesum esse regem Messiam, seu verum Christũ in lege promissum. F Hæc autem quæstio supra mota, atq; soluta est. Sed nunc diligentius videtur tractanda, & apparet primo, quòd sic, imò authoritate irrefragabili saluatoris, qui in isto capitulo perhibet agricolas ipso viso dixisse, Hic est hæres. Quocirca ait Hieronymus, manifeste probat dominus his verbis Iudæorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam dei filium crucifixisse. Ambrosius quoque testatur, quòd cognouerũt Iesum esse Christum in lege promissum, non tamen quòd esset verus deus. Quam responsionem sequitur Thomas. Idẽ dicit glossa hoc loco. Chrysostomus etiam dicit, quòd ex omnibus operibus eius cognouerunt eum esse filium dei. Et iterum, Sacerdotes (inquit) omnibus malis repleti, qui iam in deo sperare non poterant, in ipsum dominum

dominum manus mittebant, non ignorãtes eum esse filium dei, sed sibiipsis non parcentes. A In oppositum est quod ait Apostolus, Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1.Cor.2. Et Petrus, Et nunc fratres scio quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri. Actu. 3. Christus quoq; in cruce, Pater (inquit) ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Respondent quidam, quòd Iudæi in lege & prophetijs eruditi, videlicet sacerdotes, scribæ, & Pharisæi, nouerũt Iesum esse prophetam, & Christũ in lege promissum, & diuinitus missum, non tamen quòd esset deus: viderũt enim in Christo impleri omnia quæ scriptura prædixit de signis, loco, tempore atque operibus sui aduentus. Signum enim aduentus Christi fuit, impletio hebdomadarum, de quibus Daniel prophetauit. Translatio quoque regni, natiuitas in Bethleehem, multaque alia. B Vulgares verò ignorantes scripturam, Christum non cognouerunt, nec quantum ad eius humanitatem, nec quantum ad eius diuinitatem. Hæc responsio concordat Ambrosio, quam sequitur Lyra, præter hoc quod responsio hæc ait, eruditos in lege non cognouisse Christũ, quò ad eius diuinitatem. Asserit igitur Lyra, ꝙ maiores Iudæorum cognouerunt Christum, quantum ad vtranque eius naturam, quia sicut scripturæ assignant signa & modum aduentus Christi, quantum ad eius humanitatem: sic de eius diuinitate meniſte loquuntur, vt cum dicitur per Hieremiam, Suscitabo Dauid germen iustum. Et post pauca, Hoc est nomen quod vocabunt eũ dominus iustus noster. Loco cuius in Hebræo habetur, nomen domini tetragrammãton, quod non cõuenit, C nisi vero deo. Et Esaias, Paruulus (inquit) natus est nobis, & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Sed ista responsio in aliquibus deficit. Primo, quia vulgares saltem in die palmarum nouerunt, & confessi sunt Iesum esse saluatorem mundi, regem Israel, seu Christũ in lege promissum, dicentes, O sanna filio Dauid, Benedictus qui venit rex in nomine domini, O sanna in altissimis. Denique in Euangelio Iohannis vbertim habetur, quòd quidam de turba crediderunt in eum. Similiter in eodem leguntur Samaritani dixisse mulieri, quæ venit ad puteum, Iam nõ propter tuam loquelam credimus, ipsi enim scimus quia hic est vere Saluator mundi. Denique Lyra sæpe affirmat, quòd Iudæi carnaliter intellexerũt scripturas

D pturas de Christo, idcirco putabant eum in primo suo aduẽtu tẽporaliter regnaturum, & regnũ Iudæorum promoturũ. Si hoc ita est, nequaq̃ credebant Iesum esse Christum, cũ cernerent eum tẽporalia cũcta despicere, paupertatẽ docere, & in omnibus cœleste regnum prædicare. Iterũ quanuis vulgares non nouerant Iesum esse Christum, ex scripturis tamẽ, ex verbis & actibus eius idipsum cognoscere poterant. Dicẽdũ ergo, ꝙ Iudęi eruditi & multi simplices nouerant Iesum esse Christum aliquãtulo tempore notitia coniecturali atq; probabili, non euidenti ac stabili, sic enim & dæmones agnouerunt eum. ¶ Postea prædicante Christo contra vitia sacerdotum, scribarum ac pharisæorum stimulati sunt contra eum inuidia, Excæcauitq; eos malitia eorum, qui excæcati subE uerterunt fidem simplicium præsertim in passione. Dum ergo crucifixerunt Iesum, non cognouerunt ꝙ esset Christus, nec sciebant quid faciebant. Quanuis autem scripturæ prophetarum de Christi diuinitate aperte loquebantur, tamen scripturæ huiusmodi satis diuersimode solent exponi. Ideo nõ apparet probabile, ꝙ nouerint Iesum esse verum deum, imò vsq; in hodiernum diem non credunt Messiam suum futurum esse vel fore deum, sed hominem purum.

CAPVT XXII.

Simile factum est regnum cœlorum homini regi

ARTICVLVS XXXVI.

F NON cessat Christus summus doctor ecclesiæ, eius mysteria pandere, sacramenta reserare, statũ exprimere, vnde non veritus sacerdotum & pharisæorũ eum comprehendere volentiũ indignationẽ, rursus per parabolicum sermonẽ ostendit negligentiã, ingratitudinẽ, & reprobationẽ seu cõdemnationẽ Iudæorum, vocationẽ quoq;, saluationemq; gentiũ. Et *respondens Iesus* vel cogitationi vel sermonibus Iudæorũ, *Dixit* iterum *In parabolis eis, dicens, Simile factum est* diuinitus *Regnum cœlorũ* i. status, negotium, seu processus ecclesiæ militantis *Homini regi, qui fecit nuptias filio suo*. Per hominẽ regem significatur deus pater, qui fecit nuptias suo vnigenito, quando in vtero sacrosanctissimę atq; dignissimę virginis, tanquã in thalamo copulauit ei naturã humanam. Deinde desponsauit ei ecclesiam cũ cœpit in mũdo inter homines conuersari, eosq; cõuertere, & ex ipsis ecclesiam fabricare. Vnio autem verbi cũ natura humana, vocantur

tur nuptię personales, Vnio verbi cũ ecclesia, nuptię sacramẽ A
tales sunt, & tertiæ spirituales ac quotidianæ, videlicet, cõiũ
ctio Christi cũ anima deuota & cõtinẽte. De primis nuptiis
ait Psal, Ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. Et spõ- Psal.18
sus in Canticis, Osculetur me osculo oris sui, quod impletũ
est quando verbũ caro factum est. De secundis nuptiis dicit
Apostolus. Erunt duo in carne vna, sacramentũ hoc magnũ est,
ego autẽ dico in Christo & in ecclesia. De tertiis nuptiis ac
cipi potest illud Osee, Spõsabo te mihi in fide. Sic enim sãcta
Agnes asseruit, Annullo fidei suæ subarrauit me, *Et misit deus pater Seruos suos* priores prophetas ac patres, videlicet Moysen, Aarũ, Samuelẽ, *Vocare inuitatos*, id est populũ Israel,
quem deus per legem & varia beneficia inuitauit ad credẽdum in Christũ, ad præstolandum & appetendum eius aduẽB
tum. Vnde in actibus Apostolorum loquitur Petrus, Omnes
prophetę à Samuel & deinceps nunciauerũt dies istos, vide
licet tẽpus incarnationis, passiomis, & gratiæ Christi *Ad nuptias*, id est, ad credendum futuram Christi incarnationẽ, &
ad incorporationẽ ecclesiæ. Vnde in Genesi Iacob testatus
est, Salutare tuũ expectabo domine, *Et nolebant venire*, i. credere & laudabiliter viuere, secundum documenta seruorum
istorũ. Iudæi etenim pene semper pro maxima parte fuerũt
rebelles: propter quod Stephanus ait, Dura ceruice & incir
cũcisi corde & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis
sicut & patres vestri *Iterum* id est, postea *Misit* deus pater
Alios seruos, id est posteriores prophetas, siue Apostolos, aliosq; Christi discipulos *Dicens*, *Dicite inuitatis* puta Iudæis,
quibus primo prædicatio regni exhibita est, *Ecce prãdiũ meũ*C
parauι, id est, incarnationis mysteriũ perfeci, sacramentum
Eucharistiæ per Christũ institui, diuersa sacræ scripturæ alimenta proposui. Sapientia quippe ædificauit sibi domũ, miscuit vinum, & posuit mẽsam, *Tauri mei & altilia occisa*, Per
tauros atq; altilia designãtur spiritualia fercula, vtpote solidus cibus perfectorum, lacteus potus paruulorum, sermo sapiętiæ, quem loquitur Paulus inter perfectos, & sermo sciętiæ quo non Iudicauit se aliquid scire, nisi Iesum Christum,
& hunc crucifixum, vel doctrina præceptorum & consiliorũ
Et omnia parata sunt id est, cœlestium gratiarum charismata
spiritus sancti dona, & quicquid ad salutẽ exigetur, iam per
passionẽ, & meritũ Christi vobis disposita sunt, imò & offe

D rũtur quatenus de plenitudine eius omnes accipiant, *Venite ad nuptias* Christi præfatas, adherendo ei vt capiti, & per charitatem efficiamini vnus cũ eo spiritus. *Illi autem neglexerunt* venire, aliis occupati, & beneficia dei paru pendentes, cui contradicit Apost. Noli negligere gratiam dei. Pauciſſimi enim Iudæorũ conſenſerunt apoſtolis, Propter quod ait per Esaiã dominus, Quis cęcus, niſi ad quos ſeruos meos mitto? Quis ſurdus, niſi ſeruus domini? Et *abierunt, alius in villam ſuam* hoc eſt, in terrenis diuitiis & temporali dominio occupauit ſe, *Alius verò ad negotiationem ſuã*, id eſt, ad lucra ſectanda, ad temporalia cõgreganda. Itaq; per eũtes ad villam ſuam deſignantur ambitioſi, qui rebus iam adeptis inordinate inſiſtunt. Per eũntes verò ad negotiationẽ, auari, qui pro
E temporalibus adipiſcendis inordinate laborant. *Reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumellia affectos, occiderũt.* In actibus enim legũtur apoſtoli à Iudæis comprohenſi, incarcerati, flagellati, qui etiam ibant à conſpectu concilij gloriantes, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumelliã pati. Stephanũ verò lapidauerunt, & Iacobum decollauerũt. *Rex autem cũ audiſſet* vocẽ ſanguinis occiſorum: auris enim zeli audit omnia, vt dicitur in lib. Sapiẽtiæ, Et Pſal. Qui plãtauit (inquit) aurẽ, non audiet. ¶ Auditio autem dei aliud nõ eſt, niſi cognitio ſeu cõſideratio eius. Loquitur tamen deus
Eſa.37. affectu & modo humano, quaſi recẽter corporaliterq; audiret, vt cum ait per Eſaiam Cum fueris in conſpectu meo, ſuperbia tua aſcendit in aures meas. Vel dicitur deus audire ab
E angelis ſanctis ſibi nuntiantibus quæ in mundo aguntur, nõ quaſi ignorãti, ſed vt dominatori ac iudici, à quo petunt effectũ pietatis ſeu æquitatis. Hinc enim eleemoſynæ Cornelij
Actо.20. dicuntur cõmemoratæ in conſpectu dei. *Iratus eſt* non paſſionis affectum habendo, ſed iuſtitiam exercendo ſeu infligẽdo vindictam per modum iraſcentis. Et *miſſis exercitibus ſuis* videlicet turbis Romanorum veniẽtibus cum Tito & Veſpaſiano cõtra Iudæam, ex ordinatione diuina *Perdidit homicidas illos* innumerabiles enim Iudæos perdiderunt Romani Vel occidẽdo, vel vendendo, vel diſpergendo eos in omnẽ ventum. Et *ciuitatem illorum ſuccendit* Hieruſalem quam vnà cum tẽplo combuſſerunt Romani. Et licet Romani alia ratione venerint cõtra Iudæam, quàm propter Christi, & diſcipulorum eius occiſionem, tamen deus mouit & cõfortauit

Romanos contra Iudæos, in vltionem ſanguinis Christi, A
diſcipulorumq; eius: ſic Romani neſcientes ſubſeruierunt 4. Regũ.
deo. *Tunc rex ait ſeruis ſuis* Christi Apoſtolis atque diſci- 24.
pulis cæteris. *Nuptiæ quidem paratæ ſunt*, id eſt, Christi incarnatio facta eſt, coniunctio Christi cum eccleſia inchoata eſt, affluentia gratiæ iam parata eſt, & cætera Christi myſteria ſunt completa. *Sed qui inuitati erant*, id eſt, Iudæi primo vocati *Non fuerunt digni* ad nuptias, gratia operante perduci, propter ſuam rebellionem & incredulitatẽ: quemadmodum in actis apoſtolorum loquitur Paulus, Repulſiſtis Act. 5
verbũ dei, & indignos vos iudicaſtis vitæ ęternæ. Et ad Ro- Roma. 11.
manos, Propter incredulitatem exciſi ſunt, *Ite ergo ad exitus viarum*. Ad literam miſit deus apoſtolos, ad exitus via- Mat. 28.
rum, id eſt, ad terminos vltra vias & loca Iudææ, dicens, Ite B
in mũdum vniuerſum, Sed ante paſſionem dixerat Christus in viã gẽtium ne abieritis, hoc eſt, vias iudææ nõ exeatis, diuertendo ad loca gentiliũ. Spiritualiter verò viæ ſunt virtutes: exitus autẽ viarum ſunt receſſus & obliquitates à virtutibus vtpote vitia & errores, Iubẽtur ergo apoſtoli ire ad exitus viarum, i. ad corrigendos errores atq; exceſſus gẽtilium, qui nõ erant in via, ſed deuio in tenebris, vmbraque mortis
De reprobatione autem & derelictione Iudęorum ait propheta in perſona Christi, Hæc dicit dominus, formãs me ex vtero ſeruũ ſibi, vt reducam ad eum Iacob, & Iſrael non congregabitur. De gentiũ verò cõuerſione adiecit, Et glorificatus ſum in oculis domini: & dixit, Parum eſt vt ſis mihi ad ſuſcitandas tribus Iacob & fæces Iſrael conuertendas: dedi te C
in lucem gentium, vt ſit ſalus mea vſq; ad vltimũ terrę hoc eſt, ꝙ ſubditur, Et *quoſcunque inueneritis, vocate ad nuptias*, id eſt omnibus gẽtibus prædicate, & Christo eas incorporate: vt impleatur illud Pſalmographi, Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabũt eum, Et *egreſſi ſerui eius in vias*, id eſt, ad gentiũ diſperſiones ac ſemitas, *Congregauerunt* id eſt, ſpiritualiter collegerunt, in fide & eccleſiaſtica vnitate, vel ad Christũ conuerterunt *Omnes quos inuenerunt bonos & malos* nõ ſimpliciter omnes, quia nõ omnes obediũt Euangelio, teſte Apoſtolo, nec omniũ eſt fides, ſed quoſdã de omni genere hominũ, vt ſit diſtributio ꝑ generib⁹ ſingulorũ, nõ pro ſingulis generũ. ¶ Sed quomodo inter gẽtiles inuenire poterãt aliquos bonos, niſi ꝙ (teſte

Apo-

D Apostolo) gentes quę legē non habent, & tamen quæ legis
sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, & multis gentiliū in suo gene-
re naturalibus virtutibus ornabātur, morū honestatē fulge-
tes, & inclinati ad bona. Hi ergo cōparatione aliorū bom
vocantur, quanuis nō erāt in statu salutis. Sic nanq; Paulus
ait gentili, Non insanio optime Feste. Vel ideo dicuntur cō
gregasse bonos & malos, quia in ecclesia cōmiscētur electi
& reprobi, veri & falsi Christiani Et *impletæ sunt nuptiæ discū-
bentiū*. i. multitndo vocatorū, & in nuptiis spiritualiter se refi
cientium cōpleta est numero ac merito, quod tamē nō erit
perfecte, nisi in fine seculi, cū plenitudo intrauerit gentium
omnisq; Israel fuerit saluus. Nūc verò quodammodo imple-
E tę sunt nuptię, quoniā in omnē terrarū exiuit sonus aposto
lorum, ita quod toto orbe diffunditur ipsa ecclesia, omnesq;
gentes ad fidem cōuersæ sunt. *Intrauit autē rex*, nō motu lo
cali, sed actu iudiciali in nuptias seu in ecclesiam. *Vt videret
discumbentes* id est merita ac demerita vocatorū discerneret
quod faciet in morte singulorum iudicio particulari, & in fi
ne seculi iudicio vniuersali, Et *vidit hominem non vestitū* in-
terius seu mente decoratum *Veste nuptiali* id est, gratia gra-
tum faciente, charitate seu opere meritorio, vnde in Apoca
lypsi dicitur, Vestimētis albis induaris, & non appareat cō-
fusio nuditatis tuæ. Et merito charitas appellatur vestis nu-
ptialis, quoniā ipsa induxit Christum vt incarnari & eccle-
siam desponsare dignaretur, Et *ait illi*, *Amice* per naturā, non
F per gratiam, per fidem, nō per operationem & dilectionē.
Omnia enim diligit deus quantū ad id, quod sunt. *Quomodo
huc intrasti?* id est, qua præsumptione intra ecclesiā habitasti,
& inter fideles apparuisti, sacramentis quoq; communicasti
Non habens vestem nuptialem quæ inter electos, reprobosque
discernit **At** *ille obmutuit* quia iniusti deo rationem reddere
non valent, propter quod scriptum est, Nō iustificabitur ho
mo cōpositus deo. Et si voluerit cum eo contendere, nō po
terit respondere vnū pro mille. *Tunc dixit rex ministris* non
illis seruis, de quibus iam dictum est, sed ministris. i. angelis
sanctis, qui in die iudicij erunt exequutores sentētiæ iudicis:
iuxta illud, Exibunt angeli & separabūt malos de medio iu-
storū, & mittent eos in caminum ignis *Ligatis pedibus eius &
manibus, proiicite eum in tenebras exteriores*, id est, infernales
& corporales quas meruit incidere perseuerando, seu in-
ceden

tedendo tenebras mētales & exteriores. Cōstat ꝙ reprobi A
in die iudicij retrudentēr in tartarū nudi. Per hoc ergo ꝙ ma
nus & pedes ligari iubentur, aliud nihil exprimitur, nisi ino-
uitabilitas diuini iudicij, cui resistere, & à quo fugere nemo
valebit: secūdū ꝙ dominus per Prophetā ait. Ecce ego stri-
debo sup vos, sicut stridet plaustrū onustū fœno, & peribit
fuga à veloce, & fortis nō saluabit animā suam. *Ibi erit fletus*
non quantum ad lachrymarum emanationem, sed quoad ani
mi dolorē, & cerebri perturbationem, Et *stridor dētiū* ppter
frigus vehementissimū. Ibunt enim à calore nimio ad aquas
nimium. Hoc supra plenius elucidatum est. *Multi autē sunt vo
cati* ad nuptias militantis ecclesiæ *Pauci verò* respectiue. lo-
quendo, videlicet cōparatione prædestinatorū. *Sūt electi* ad B
nuptias ecclesiæ triumphantis, de quibus in Apocalypsi legi
tur, Beati qui ad cœnā nuptiarum agni vocati sunt. *Tunc* i.
parabolis istis auditis, & partim intellectis *Abeuntes* id est,
à præsentia Christi se subtrahētes & recedētes *Pharisæi* qui
cupiebant Christū comprehendere, sed propter populū nō
audebant, *Consilium inierunt, vt caperent* id est, reprehende
rent, *Iesum in sermone* sui oris, quem in operibus non pote-
rant capere. Facilius quippe reprehenditur homo in verboꝙ
facto, ꝙ linguam donare nemo potest. Et *mittūt ei discipulos
suos cum Herodianis*, id est, seruis Herodis, vel cum Iudæis sol
uentibus tributa, secundum exactionem Herodis, quos Pha-
risæi despectiue Herodianos vocabāt. ¶ Deniq; facta sunt
hæc in hebdomada passionis, quādo Herodes fuit in Hieru
salem propter solennitatē paschalē. Erat enim proselitus. C
Ideo Pharisæi accesserūt & faciliter inuenerunt milites, seu
satores Herodis in Hierusalem, sed in propria personā nō
pergebant ad Iesum, ne eis visis se obseruaret. Mittunt verò
discipulos suos, quos putabant Christo ignotos, vt Christus
mali nihil suspicans, loquatur liberius, *Dicentes* adulatorie
Magister scimus quia verax es veritate vitæ rectè viuendo, Et
viam dei, id est, præcepta & cætera quibus homo deo cōpla
cet atque coniungitur *In veritate doces* in nullo errando Et
non est tibi cura id est, inordinatus timor vel immoderata so
licitudo De *aliquo* homine. *Non enim respicis personam ho-
minum*, id est, propter humanū fauorem, affectū, seu quod-
cunque hominibus inexistens, non recedis à veritatem. Di
cendo, Scimus quia verax es, laudant eum à veritate vitæ:

D dicendo, Viã dei in veritate doces, laudãt eum à veritate doctrinæ: dicendo, Et non est tibi cura de aliquo, laudant eum à veritate iustitiæ. His simulatis præconiis nitebantur animũ Christi mollificare, vel sibi allicere, vt sine custodia responderet, de tãtis laudatoribus nil mali præsumens, *Dic ergo nobis* cum sis talis ac tantus, *Quid tibi* cui tanquam viro iusto credendum est, *Videtur? Licet censum* seu tributum *Dari Cæsari, an non?* Pompeius cõtemporaneus Iulij Cæsaris legitur Iudæã subiugasse Romanis. Quo facto, promiserunt Iudæi soluere Romanis stipendium seu tributũ tanquã defensoribus Reipublicæ, & conseruatoribus pacis cõmunis, ac deinde aliqui Iudæorum inducti à quodam Iuda Galiæo asseruerũt populum dei, diuina lege suffultum, decimasq; ac primitias in templo soluẽtẽ, liberũ esse, nec humanis legibus subiacere, neq; cẽsum Cæsari dare debere. Alij verò affirmabãt oppositum. s, Romanis tanquam pro bono communi militãtibus danda esse tributa, atq; stipẽdia & Cæsari censum. Hęc Iudæorum dissentio mutua diu durauit, idcirco quæstionem hanc, proponunt Christo determinandam, quatenus quid responderit, reprehendatur. Si enim diceret, Non esse soluendum, caperetur ab Herodianis, & ab Herode, seu Pilato, tanquã seditiosus & imperatori rebellis occideretur. Hoc enim tangitur in Euangelio. Lucæ, Miserunt (inquit) insidiatores, qui se iustos simularẽt, vt caperẽt eũ in sermone, & traderẽt illũ principatui & potestati præsidis. Si verò diceret esse soluendũ, videretur, derogare diuino honori & libertati Iudeorũ. Magis autẽ optabant à Christo audire non esse soluẽdũ, non vt ipsi essent immunes ac liberi à censu atq; tributo, sed vt Iesum traderent neci. *Cognita autẽ Iesus nequitia eorũ* Hoc est, fraude & pessima machinatiõe, *Ait, Quid me tẽtatis (ô) hypocritæ* qui aliud estis, & aliud simulatis: qui aliud intenditis, & aliud dicitis? Tentare est experimentũ de aliquo sumere, & quando hoc fit intentione fallendi siue nocendi, vocatur tentatio vitiosa, qua dæmon & mundus iustos tẽtat. Sic isti tentabant Christũ. Non enim scisscitabantur vt discerẽt, sed vt experirentur quid diceret, & per eius responsionẽ eũ deciperẽt, idcirco vocat eos hypocritas. Prima nempe virtus respondentis, secundũ Hieronymũ est, interrogantium nitẽ cognoscere. *Ostendite mihi numisma census* Hoc est nũmũ cẽsualem, qui datur annuatim Imperatori pro censu. *Al-*

lter obtulerunt ei denarium. Et ait illis. Cuius est, id est, quẽ represen- A
tat *Imago hæc* nummo impressa *Et superscriptio*? exarata in nummo? Quærit, vt ex eorum responsione caute respõdeat, eosq; confundat ac superet. *Dicunt ei, Cæsaris* Tyberij, sub quo passus est dominus. *Tũc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari* vtpote cẽsum, tributũ, subiectionem, *Et quæ sunt dei deo* videlicet oblationes, & cætera, quæ in lege iubentur. Hęc subiectio Iudæorum in temporalibus sub Romanis nõ derogauit spirituali libertati & subiectioni eorum sub deo. *Et audientes* responsionẽ Christi doctissimã *Mirati sunt* secundum Hieronymum, Mirati sunt, q; calliditas eorum nõ inuenisset confidendi locũ. Potius tamen mirabantur, propter prudentiã responsionis, atq; cautelã Christi, quoniam vt Lucas habet: *Et mirati in* responsis eius tacuerunt: & Marcus, Mirabantur (inquit) super eo. *Relicto eo, abierunt*, ad eos à quibus missi fuerunt, nihil nisi infidelitatem & admirationẽ reportantes. *In illa die accesserunt ad eũ Sadducæi qui dicũt nõ esse resurrectionem* B
mortuorũ, nec angelũ, nec spiritũ, animã quoq; rationalẽ esse mortalem. De trib° Iudæorũ sectis, videlicet Sadduceis, Pharisæis, & Essæis, dictum est supra. Verũ in Euãgelio non fit mentio de Essæis, quoniã non restiterunt Christo, vt alij, fuerant quasi monastica vitã ducentes cõtinentes & sobrij, *Et interrogauerunt eũ, dicẽtes, Magister, Moyses dixit*, & scripsit in Deuteronomio, *Si quis* vxoratus *Mortuus fuerit non habens filium* Hoc est, aliquã prolem à legitima coniuge superstitẽ *Vt ducat frater* vel propinquus, si non habuerit fratrem, *uxorem illius* defuncti *Et suscitet*, id est, generet *Semen* hoc est, prolem *Fratri suo* defuncto, ne eius memoria deleatur. C
Primogenitus nanque huius ab vxore defuncti susceptus adscribebatur viro defuncto, ita quod ille erat pater eius legalis, & iste pater carnalis. *Erant autem apud nos septem fratres*, Intentio Sadducæorum fuit probare resurrectionẽ non esse possibilem, ad quod probandum proponunt, vel casum, vel fabulã. Potuit tamen ad literam apud eos accidisse quod dicunt, quemadmodũ in Euangelio Iohannis legitur, Mulier Samaritana habuisse quinq; viros, quamuis forte non fuerint coniuges *Et primus* septem fratrum *Ducta vxore defunctus est, & non habens semen reliquit vxorem suã fratri suo* qui & duxit eam *Similiter secundus & tertius frater vsque ad septimum* siue duxerunt eam ob hoc, quod omnes non relicto

D semine discesserunt. Sic & Sara vxor iunioris Tobiæ habuit septem viros quamuis forte fuerunt fratres. Nouissimè autē omnium & mulier defuncta est. *In resurrectione ergo* finaliter *Cuius erit de septem fratribus vxor?* quod merito quærimus, *Omnes enim habuerunt eā* successiue. Vel ergo erit vxor omnium, vel pluriū quod est contra legē quæ prohibet duos fratres simul habere eādē vxorē, Propter quod Iohānes dixit Herodi, Nō licet tibi habere vxorē fratris tui, vel vnus solus eā habebit, quod dici nō potest, cū nō appareat ratio, quare potius vnus quā alius habiturus sit eā. Isti Sadducæi in sua probatione suppo suerunt vnū falsum, quod tamē pharisæi putabant verū, videlicet q̄ post resurrectionē erit vsus venereorū atq; ciborū, quod moderni quoq; Iudæi opinātur *Respondens autem Iesus, ait illis, Erratis nescientes scripturas* Quia & libros

E Moysi intellexerunt, dicētes animā hominis esse mortalem, quia in Genesi dicitur, Non interficiamus animā eius videlicet Ioseph, quasi anima rationalis possit occidi, & in lib. Prophetarum, in quib⁹ immortalitas animæ, futurū iudiciū, mortuorum resurrectio aptissimè describuntur, penitus negauerunt. Nō enim receperunt, nisi pentateuchum. *Neq; virtutē*, hoc est, omnipotentiā dei, cui non est difficilius mortuos ad vitā cælestem, ac spiritualem suscitare, q̄ mundum creasse, vel aliquid ex nihilo facere, quod tamē non negatis eum fecisse, cum Moyses hoc testatur. ideo subditur *In resurrectione enim* generali & vltima *Neque nubent* id est, viri vxores nō ducent *Neq; nubentur*, id est, fœminæ à viris non accipientur, nec erunt tunc matrimonia, cum resurrectio ordinetur ad vitam perpetuam & beatam, *Sed sunt*, id est, homines boni tunc

F suscitandi erunt, *Sicut angeli dei in cælo*. id est, deo immediate coniuncti, non carnali, sed spirituali ac deiformi voluptate fruentes, totaliterq; in deum absorpti. *De resurrectione autem mortuorum non legistis*. Tanquam dicat, imò vtiq; legistis aliquid in scripturis quas recipitis, ex quo sequitur, quòd resurrecturi sint mortui, & quid sit illud subiungitur *Quod dictum est* à deo ministerio angeli loquentis in persona dei ad Moysen, de medio Rubi. *Dicenti vobis* per Moysen, *Ego sum deus Abrahaam deus Isaac & deus Iacob*? Cum enim Moyses dixisset ad deum, quod est nomen tuum? & ille respōdisset, Ego sum qui sum, hæc dices filiis Israel, Qui est misit me ad vos, statim adiecit, Hæc dices filiis Israel, Dominus deus patrum

trum vestrorum, Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, A misit me ad vos. Hoc nomen est mihi in æternum, & hoc est memoriale meum in generatione & generationē. Quod autem ex his verbis sequatur patriarchas hos viuere, & aliquo modo subsistere, animas rationales immortales esse, & corpora fore suscitāda, probat insuperabilis atque infallibilis argumentator. *Non est deus mortuorū*, id est, eorum qui nullatenus sunt, nec aliquo modo viuūt. *Sed viuentium*. Primo, Nā deus dicitur ratione causalitatis & prouidentiæ, prouidentia verò non est nisi de aliquo existente, dum ergo deus hæc verba dixit ad Moysen, Patriarchæ præfati extiterunt & aliquo modo vixerunt, sed tunc corporaliter obierunt, & corpora eorum resoluta fuerunt. Oportet ergo vt animæ eorū per- B mānserint. Secundò, quia creatura refertur ad deum relatione reali quæ nō fundatur nisi in ente. Id ergo cuius deus dicitur deus oportet esse realiter aliquid. Itaque patriarchæ illi nō desierunt esse quantum ad corpus & animā seu penitus, sed quantū ad corpus duntaxat, ex quo vltra cōcluditur resuscitatio corporum. Primò, quoniam anima rationalis cum sit naturaliter endelechia, seu forma corporis, & subsātialis pars hominis, semper habet naturalem inclinationem ad corpus, nec habet perfectam subsistentiam in seipsa sed appetit subsistere in homine, natura autē nil effecit frustra, tandē ergo anima separata reunienda est corpori. Hinc nempe Platonici dixerunt animas tandē reuolui ad corpora. Secundò, quoniam anima rationalis nō potest perfectē fœlicitatē adipisci, nisi corpore reassumpto & conglorificato, propter naturā- C lem affectionem quam habet ad corpus. Et quoniā vires sensitiuæ manent in ea radicaliter, in quibus beatificari non potest, nisi fuerit corpori sociata. Tertiò, quoniā sic præmianda est anima quomodo meruit. Quoniam ergo per corpus & in corpore egit bene, siue malè, ad hoc quòd perfectè remuneretur oportet vt corpori denuo copuletur: ideo dicit Apostolus, q̄ nolumus expoliari, sed superuestiri. ¶ Præterea, ex ipso modo loquendi, quem in suis libris Moyses habet, constat animas humanas esse immortales. Sæpius etenim ait, q̄ tal vel talis collectus est ad patres suos, videlicet moriendo, & de Aaron dominus ait, Pergat Aaron ad populos suos: patres ergo & populi ad quos colliguntur, & pergunt aliquo modo, viuunt & sunt: Abrahæ quoq; dominꝰ ait, Merces tua

D magna nimis. Et rursus promisit eidem, quòd colligeretur ad patres suos in senectute bona. Temporalia autem nõ sunt sufficiens præmium operum virtuosorum, & bona senectus seu sancta decessio nõ præmiaretur, si anima esset mortalis. Poterat quoq; Christus euidentiora scripturarũ testimonia allegasse de animæ immortalitate, & mortuorũ resurrectione ex prophetis, præsertim ex Iob, qui liber apud Hebræos autenticus, sed hoc non debuit facere, quoniam Sadducæi nõ receperunt libros Prophetarum: quemadmodum etiã si doctor Christianus argueret contra Manichæos, non haberet allegare veteris testamenti scripturas, quia nec Moysen, nec prophetas Manichæus recepit. Et *audientes turbæ* tam prõptã & insolubilem responsionem ac probationem *Mirabantur in doctrina eius* In Luca scribitur, quod etiam quidam de scri-
E bis dixerunt, Magister, bene dixisti *Pharisæi autem audientes*, id est, audiendo considerantes *Quod* Iesus *Silentium imposuisset Sadducæis* ita quòd replicare non poterant, *conuenerunt in vnum*. Primò, inter se cõquerentes, quid Christo proponerent, & per quem modum procederent, & deliberauerunt, vt cum multitudine magna accederent, quatenus Christum timore concuterent. Venerunt enim vt multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant, secundum Chrysosto. Veruntamen vnus loquebatur p̃ omnibus: quoniam (teste Chrysostomo) apud se dicebant, Vnus loquatur pro omnib⁹, & omnes loquamur per vnum, vt si vicerit, omnes videamur victores. Si autẽ victus fuerit, solus videatur confusus. Hinc subditur, Et *interrogauit eum vnus ex eis legisdoctor* videlicet scriba prævalidus *Tentans eum*, id est,
F scire volens, an Iesus sciret quod quærebatur, vel tentans eũ, id est, reprehẽdere cupiens, *Magister quod est mandatũ magnũ* Antonomatice, hoc est, summũ *In lege*? Moysi assignatum, in cuius lege erãt triplicia mãdata, videlicet moralia, iudicialia, & cærimonialia, & in quolibet genere mandatorum istorum erãt gradus diuersi seu ordo dignitatis, erátq; inter Iudæos dissentio, quod esset inter omnia mãdata absolute præcipuũ *Ait illis* Iesus, *Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo*. i. toto desiderio & affectu Et *in tota anima tua*. i. secũdũ vires animales & sensitiuas vel appetitum sensitiuum qui in concupiscibilẽ iracibilémq; partitur Et *in tota mẽte tua*. i. toto intellectu ac intentione. In Euangelio Luc. & Marci additur quartum, vi-

delicet ex tota fortitudine tua, seu totis viribus. Istud præ- A
ceptum datum est in Deute. quo dicitur, Diliges dominũ deum tuũ, ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et (sicut Moyses omittit) ex tota mẽte sic Matthæus omittit ex tota fortitudine tua, quorũ vtrunq; Lucas & Marcus commemorant. Actus ergo charitatis iubetur, cum dicitur, Diliges dominum deũ tuum: Modus verò diligendi subiungitur, cũ subinfertur, Ex toto corde tuo, &c. Et sunt quatuor quæ ad modum diligẽdi concurrunt & pertinent, vtpote vt deus diligatur ex toto corde, tota anima, tota mẽte, & tota fortitudine. Denique actus voluntatis elicitur hoc est, à potentia volitiua immediate causatus oriens seu procedẽs est diligere, ideo modus diligendi qui insinuatur cum dicitur ex toto corde, directe & immediate pertinet ad actũ dilectionis. Alii tres modi diligendi ad actum hunc pertinent
indirecte, secundum quod aliarum potentiarum actus impe- B
rantur à voluntate, & ad voluntatis perfectionem disponũt. Oportet autem aduertere, quia quod dictum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde, &c. intelligi potest dupliciter. Primò, quantum ad actum, ita vt cor, mens, anima, & virtus hominis semper actualiter ferantur in deum. Et hæc est perfectio patriæ non possibilis viatoribus. Secundò, quãtum ad habitum & actum proportionatum, videlicet vt homo nil operetur contrarium charitati, & hæc est perfectio
viæ cadens sub præcepto omnibus debita. Charitatis verò C
actualis dilectio ad quam ordinant Euangelica consilia media est inter dilectionem patriæ, & dilectionem quæ cadit sub præcepto. Per hanc etenim dilectionem mediam deserit homo exteriora & sensibilia ac licita, ne eum à diuinæ charitatis perfectione feruoreque retrahant. Iubemur itaque deum toto corde diligere, vt tota affectio nostra ordinetur ad deum, totaque intentio feratur in eum. Tota insuper mẽte, quatenus intellectus deo in omnibus subiiciatur, Tota anima, vt appetitus sensitiuus, & vires sensitiuæ secundum deum dirigantur. Tota quoque virtute, vt omnis actus noster exterior secundum præcepta dei reguletur ¶ Porrò si inquiratur, quomodo hoc præceptum impleri possit in via, dicendum, quòd in via impletur imperfecte, in patria autem perfecte. Et dicitur præceptum impleri imperfecte, quando ad perfectionem à præcipiente intentam non per-

D tingitur,& tamen contra eam nō agitur.Perfecte verò quā-
do ad intentionem præcipientis peruenitur.Intentio autem
dei se diligi præcipientis est,vt rationalis creatura ei totali-
ter,iugiter,& indesinenter inhæreat atque subdatur, quod
non impletur nisi in patria. Vel dicendum, quod secundum
philosophum totum, & perfectum eiusdem sunt rationis &
idem ideo deū diligere toto corde,tota anima, est diligere
eum perfecto corde, perfectaq; anima. Quanuis autem ab-
solute loquendo solus deus perfectus sit, tanquam cui nulla
deest nobilitas,tamen creatura rationalis potest dici perfe-
cta in suo genere,dupliciter. Primò,simpliciter, quando vi-
delicet,nil ei deest de perfectione possibili,sicque præceptū
E charitatis impletur perfecte in patria solum, vt ait Augusti-
nus in libro de perfectione iustitiæ:vbi nihil retardat, aut
retrahit animam ab incessabili motu in deum. Secundò,di-
citur perfectum secundum quid,quando de perfectione cō-
petenti ac debita secundum proprii status proportionem nil
deficit,& sic impletur in via, cum nihil contra deum diligi-
tur,& ipse super omnia adamatur,quod est de necessitate sa-
lutis. *Hoc est maximum* id est, principalissimum ac summe
meritorium, *Et primum* id est, dignissimum *Mandatum* ad
quod omnia talia tanquam ad finem ordinantur, & charitas
appellatur regina,forma & finis vniuersarum virtutum. Di-
citur autem primum secundum viam perfectionis,non secū-
dum viam generationis *Secundum* autem mandatum. *Simi-*
F *le est huic* primo mandato non æquale sed proximè sequens.
Diliges proximum tuum id est,quemlibet viatorē ad dei ima-
ginem factum, & gratiæ gloriæque capacem, *Sicut teipsum*
tripliciter. Primò,propter deum,sicut te diligis propter deū
qui cum sit summa,fontanaque bonitas,causa & ratio est o-
mnis sanctæ dilectionis. Secundò,propter illud bonum pro-
pter quod amas teipsum:videlicet vt beatitudinē consequa-
tur quam tu cupis acquirere. Tertiò,vt non condescendas ei
in malo,sicut nec tibi peccanti vis condescēdi,si tamen ames
teipsum veraciter. Quanuis autem proximum amare debea-
mus sicut nosipsos,non tamen in tantum siue æqualiter. In
his duobus mandatis obseruandis *Tota lex Moysi* imò & Euā-
gelii *Pendet & prophetæ* hoc est, omnia præcepta,documen-
ta, & hortamēta legis ac prophetarum ordinātur ad horum
obseruantiam mandatorum,& virtualiter cōtinentur in eis, sicut

sicut conclusiones in primis principiis. Propter quod ait A- A
postolus, Finis præcepti est charitas de corde puro, & con- Rom. 13.
scientia bona,& fide non ficta. Et alibi,Plenitudo(ait) legis Exod. 20.
est dilectio. Itemque,Non occides,non adulterabis,non fur
tum facies,& si quod est aliud mandatū in hoc verbo instau-
ratur,Diliges proximum tuum sicut teipsum. Præceptum au
tem de dilectione proximi continetur,& virtualiter includi
tur in præcepto dilectionis dei: iuxta illud, Si quis dixerit,
quia diligo deum,& fratrem suum odit mendax est. ¶ Præ-
terea aduertendum,quod sicut se habent prima principia in
scientiis speculatiuis,ita se habēt precepta charitatis in lege.
Quemadmodū ergo conclusiones virtualiter continētur in
primis principiis, sic quod qui ipsa principia secūdum totam
eorum virtutem clare agnoscerent.Simplici quoque intuitu
omnes conclusiones ex eis deducibiles in ipsis principiis si- B
ne discursu cognosceret,nec oportet ex principiis conclusio
nes deducere, nisi propter minus capaces:sic omnia præce-
pta in præceptis charitatis virtualiter continentur, & ex eis
per modum cōclusionum deducuntur, quod non fuit neces-
se nisi propter nostram imperfectionem, qui in illis duobus
præceptis alia tam clare nō poteramus agnoscere. Charitas
autem est finis virtutum ac præceptorum in agibilibus,finis
verò in agibilibus se habet sicut principium in speculatiuis.
Idcirco sicut in primo principio speculabiliū,scilicet de quo
libet esse vel non esse, de nullo verò simul cōtinētur omnes
conclusiones,sic in præcepto diligendi deū continetur præ-
ceptum diligendi proximū,sed propter minus capaces opor
tuit de dilectione proximi dari speciale præceptum. Et quā- C
uis sint duo præcepta,vnū tamen est habitus charitatis, quo
deus proximusque diligitur,eo quòd deus sit ratio diligenti
proximum. Actus autem quo deū amamus, & proximū sunt
diuersi. ¶ Quæritur, quomodo sanctus Matthæus dicat hūc
legis doctorem Iesum interrogasse tentando,cum in Marco Marc.12.
scriptum sit quod scriba iste dixerit Christo, Bone magister
in veritate dixisti,quia vnus est deus, & vt diligatur ex toto
corde,&c.diligere proximum tanquam seipsum, maius est
omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. Et subditur,Iesus
autem videns quòd sapienter respondisset,dixit illi, Non es
longe à regno dei. Dicendum,quòd scriba iste primo similis
erat suis collegis,sed in ipsa Christi responsione compūctus
est

D est corde, atq; pœnituit approbans Christi responsum *Congregatis autem Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicēs, Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est?* dicendus *Dicunt ei, Dauid*. Nouerant nanque Iudæi communiter deum promisisse regi Dauid, quod de eius semine Christus descenderet, *Ait illis, Quomodo ergo Dauid in spiritu?* hoc est, inspirante & edocente spiritu sancto, vel in spiritu, id est, spirituali excessu seu gratia prophetali, *Vocat eum dominum, dicens, Dixit dominus* pater *Domino meo* videlicet Christo *Sede a dextris meis* hoc exponitur de Christo dupliciter. Primò, secundum eius diuinitatem, hoc modo, sede à dextris meis, hoc est, mecū residēdo esto mihi æqualis, & ad maiestatis meæ æqualitatem cō-

Heb.1. siste. Vnde ad Hebræos dicit Apostolus, loquens de Chri-

E sto, Qui cum sit splendor gloriæ sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Secundò, quantū ad eius humanitatem. Sede à dextris meis, hoc est, præ cūctis creaturis, esto mihi vicinior, & in potioribus bonis meis quiesce, repletus gratia, honore, & gloria præ vniuersis creaturis, omnibusque prælatus. *Donec ponam inimicos tuos*, videlicet reprobos omnes *Scabellum pedum tuorum*, hoc est, tibi eos perfectè subiiciam, nō solum quantum ad potestatem, & manifestationem, sed etiā quantum ad executionem, quod erit in die iudicii. A principio autem incarnationis data est Christo homini omnis potestas

Mat. 28. in cœlo, & in terra, quantum ad potestatis huius possessionem, in resurrectione verò deinceps data est ei ista potestas

F quantum ad eius manifestationem, quia extunc cœpit apparere, & prædicari dignitas Christi, sed in die iudicii dabitur ei ista potestas quantum ad eius plenariam executionē, quādo omnes aduersarios suos in æterna retrudet supplicia. *Si pro quia Ergo Dauid vocat eū dominū, Quomodo filius eius est* præsertim cum Dauid fuerit tantus propheta, & rex. *Et nemo* pharisæorum & scribarum, nam aliqui Iudei fuerant scribæ, sicut nunc aliqui religiosi sunt doctores theologię. *Poterat ei respōdere verbum* aliquod ad propositam quæstionem, quia non expectabant Christum, nisi vt hominem purum, & secundum hoc non esset dominus Dauid. Si autem expectassent Christum vt deum & hominem, faciliter respōdissent, quod secundum diuinitatem esset dominus Dauid, secundum humanitatem verò diceretur filius eius: ex quo elicitur verū non esse, quod quidā ait, Scribas & Pharisæos primo cognouisse

uisse Iesum esse Christū deum ac hominem in vna persona, A
Neque ausus fuit quisquā ex illa die eū amplius interrogare Timebant enim vinci atque confundi, tamen in tempore passionis interrogauerunt eum non timentes aliquid tale.

¶ Expositio Cap. XXIII. *Tunc locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos.*

ARTICVLVS XXXVII.

Confutatis scribis ac Pharisęis vitiosissimis & dolo-
C sis, qui Christum capere nitebantur in verbis, ipse Saluator apertissime, & liberrime carpit, & arguit eos non in verbis duntaxat, sed impiis actibus. *Tunc locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos* præsentib⁹ & audiē tibus scribis & pharisæis: hæc enim prædicauit palam in tem-
plo, *Super cathedram* id est, in sede *Moysi* scilicet, in do- B
ctrina legis, vnde & cathedra pestilentiæ dicitur doctrina pestifera, vel in iudiciaria potestate ordinata à Moyse, *Sederunt scribæ & Pharisæi*, quorum aliqui erant sacerdotes, & de septuaginta senioribus populi, qui à tempore Moysi erāt iudices ordinarii, & consiliarii Iudæorum, scientia & ætate prouecti, ad quos populus recurrebat pro habendo iudicio atque cōsilio *Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite* hoc non est absolute, & vniuersaliter intelligendum, quia superius dictum est, & in isto capitulo mox dicetur, quod scribæ, & pharisæi multa superstitiosa, & falsa docuerūt corrumpētes scripturam & irritum facientes verbum dei per suas traditiones, intelligendum est ergo de prędicationibus eorū non C
contrariis legi Moysi. Ecce Christus iubet malos prælatos propter sacerdotium, & nominis dignitatem honorari: malis enim prędentibus obediendū est, quam diu non docēt nec iubent cōtraria deo: nempe qui potestati resistit, dei ordinationi resistit: & qui resistunt, damnationem acquirunt secundum apostolum. Ideo Dauid noluit mittere manum in Saul. De hoc Dionysius in Epistola ad Demophilum plenius loquitur. *Secundum verò opera eorum nolite facere, dicunt enim* id est, bona prædicant. *Et non faciunt ea* & in quātum in eis est, sacram scripturam, & proprias prædicationes falsificāt, cum maius sit aliquid facto quam verbo ostēdere. Tales sunt modo (proh dolor) innumerabiles, qui eo ipso quo prędicare seu docere præsumūt, peccant mortaliter. *Alligant autem* id est,

com-

D gister primus principalis & incorporabilis, intùs illuminans, scientiamque creando infundens sine cuius magisterio frustra laborat doctor seu prædicator exterius. Christus autem secundum humanam suam naturam est magister instrumentaliter per excellentiam, de cuius plenitudine omnes accepimus. ¶ Porrò secundum Hieronymum, sicut solus creator vocatur deus, & dominus per essentiam & vniuersalem

Hierony.

Iohan. 1. prouidentiam, alij autem vocantur dij & domini per participationem, sic solus deus est pater omnium per seipsum, & solus Christ⁹ magister noster, alij autem per participationem

Mat. 20. patres atque magistri vocantur, *Qui maior est vestrum, erit minister vester*, Hoc supra tractatum, & explanatum est ple-

E nius, *Qui autem se exaltauerit*, per superbiam, *Humiliabitur*, id est, deprimetur à deo per iustitiam, *Et qui se humiliauerit*, per humilitatem, *Exaltabitur*, à deo per glóriam de hoc superius introducta sunt multa. Quod autem deo sit proprium omnes superbos humiliare, cōstat ex eo quod ait ad Iob: Si habes brachium sicut deus, & simili voce tonas, dispergе superbos in furore tuo, & respiciens omnem arrogantem humilia, respice cunctos superbos, & confunde eos, abscondе eos in puluere simul, & faciem eorum demerge in foueā. Vnde per prophetā loquitur deus. Visitabo (inquiens) super omnem qui arroganter ingreditur, *Væ autem vobis scribæ & pharisæi hypocritæ*. Quemadmodum in vteri testa-

F mento, in Deuteronomio, Legislator Iudæorum ponit benedictiones obseruantium legem & maledictiones transgredientium eam, Ita in Euangelio legislator christianorū ponit benedictiones iustorum præcepta seruantiū, & maledictiones impiorum simulantium sanctitatem. Væ autem, hoc est, æterna damnatio. Sic enim accipi solet væ in diuinis scripturis communiter. Non tamen semper, cum Hieremiam &

Hiere. 45. Baruch dixisse legatur, Væ mihi misero, quia dominus addidit dolorem dolori meo. Micheas ait, Væ mihi, quia facta sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Nūc autem accipitur væ pro pœna æterna, quæ nón debetur, nisi culpæ mortali. Væ ergo debetur & imminet vobis. ó scribæ & pharisæi hypocritæ, quorum simulata sanctitas est duplex iniquitas, *Qui clauditis regnum cœlorum ante homines*, hoc est ab egressu patriæ, à consecutione fœlicitatis æternæ homines impeditis, errantes & in errorem mittentes. *Vos*

Vos enim non intratis, Regnum cœlorum aspirando ad il- A
lud, & bene agendo, eique quotidie per merita appropinquando. *Nec introeuntes* id est, innocentes & simplices bene viuentes, *Sinitis intrare*, quia falsa doctrina, & prauis Iohan. 10.
exemplis, peruertitis eos. Potest quoq; particularius exponi hoc modo, Qui clauditis regnū cœlorum, hoc est Christum, qui est ostium vitæ æternum hominibus occultatis, eius notitiam quam aliquando habuistis, aliis non aperiendo. Vos enim non intratis credendo in CHRISTVM nec introeuntes sinitis intrare, hoc est, turbam bene de Christo sentientem seducitis. Ecce quantum nocet fallax magister, impiusque prælatus. Qualis enim est rector ciuitatis, tales & habitātes in ea. Tales sunt omnes qui alios suo corrumpunt exemplo aut fallaci inficiunt documento, *Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ*, Callidi prouocantes iram B
dei, *Quia comeditis domos viduarum*, hoc est bona contenta in domibus viduarum consumitis *Orationes longas* id est prolixas & diuturnas, non feruentes & sententiosas *Orantes*. Ideo enim diu stabant in oratione, vt mulieres precipuè viduas quæ ad dandum sunt liberæ magis quàm maritatæ sibi allicerent, & reputarentur deuoti ab eis, sicque darent eis de suis facultatibus copiā, Propter hoc quod mulieres illas virorum solatio sic destitutas fallitis, ac spoliatis *Amplius iudicium* hoc est grauiorem damnationem, accipietis, *Væ vobis scribæ & pharisei hypocritæ, qui circuitis mare & aridam*, id est, diuersa loca Gentilium iuxta mare, & alibi sita percurritis, *Vt faciatis vnum proselytum* ad minus, vel plures si potestis, id est, aliquem gentilem de paganismo C
conuertatis ad Iudaismum, quasi habentes zelum animarum & diuini honoris æmulationē. Quemamodum autem in noua lege vocatur Neophytus, qui de gentili seu perfido statu recenter Christianus efficitur: sic olim in veteri lege dicebātur Proselyti, qui gentilitate relicta, ritum & legem Iudæorum de nouo acceperant, *Et cum fuerit factus* proselytus, *Facitis eum filium gehennæ*, id est, obnoxium pœnæ æternæ. Dicitur autem homo filius gehennæ, quasi ad eam pertinens, sicut vocatur filius perditionis, seu inconstantiæ, *Duplo quam vos*. id est, vestris peccatis intantum scandalizatis eum, quod ad gentilitatem reuertitur, & sic apostasia, infidelitate & praua conuersatione grauissime con-

D me condemnatur, & magis quàm vos. Væ *vobis duces cæci* id est, doctores & prælati obtenebrati peccatis & ignorantia, *Qui dicitis, Quicunque iurauerit per templum, nihil est*, id est, soluere non tenetur, & si perierarit, nō erit criminis re, *Qui autem iurauerit in auro templi*, id est, per aurum quo tēplum ornatur, vel sacerdotibus in templo offertur, *Debet* id est, soluere obligatur, & si perierarit reus erit facinoris. Hoc dicebant subdoli, cupidissimique magistri, vt inducerent homines ad oblationes maiores, eò quòd tāta esset sanctificatio & appretiatio auri contenti siue oblati in templo, quam stultissimam assertionem reprobat Christus. *Stulti* propter ignorantiam diuinorum, Et *cæci* propter caliginem cupiditatis, & vitiorum ex ea nascentium, & merito dixi vos stultos, cæcosq; , *Quid enim maius est* id est, dignius, & sanctius, *Aurum, an templum, quod sanctificat aurum?* tanE quam dicat, templum vtique sanctius est auro, quia sanctificat aurum, quod nullo modo est sanctum, nec ob id quod in templo ad dei honorem repositum est. Nam propter vnúquodque tale & illud magis, Denique res inanimata & corporalis, vt templum & aurum, non est sancta formaliter, sed inquantum ordinatur ad aliud sanctum, videlicet ad dei honorē & cultū, ad quē tēplū magis directè ordinatur, quā aurum: aurū verò ordinatur ad tēpli decorē seu ministrorū tēpli sustentationem, ideo iurare per templū fortius obligat, quam iurare per aurum templi. Quod insuper dicitis. Et *quicunque iurauerit in altari* id est, per altare, *Nihil est*, id est, non obligatur, nec peierando reus efficitur. *Quicunque autem iurauerit in dono* id est, per hostiam seu sactificium, F *Quod est super illud*, id est, in altari offertur, *Debet implere* quod iurat: & si non fecerit, erit periurij reus. Hoc quoque dixerunt ex auaritia, vt persuaderent hominibus maximam esse sacrificij dignitatem ac sanctitatem, sicque copiosius emolarent, *Cæci, quid enim maius* id est, præstantius & sanctius est, *Donum, an altare quod sanctificat* materialiter *Donum*, in altari oblatum? id est, facit illud acceptabile deo, & rite ad dei honorem ac gloriam ordinatum. Nō enim licuit templo stante fieri sacrificium nisi in altari, nisi ex dispensatione diuina, sicut Helias obtulit bouem in monte Carmeli. Dignius est igitur altare quam donum, & ideo iuramentum 3. Reg. 2. factum super altare fortius est, eo quòd sit per donum, cuius aliam

aliam rationem assignat, *Qui ergo iurat in altari* id est, A per altare, *Iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt* id est, per dona, vasa & sacrificia, & sic iuramentum per altare includit iuramentum factum per donum. Et *quicunque iurauerit in templo*, id est, per templum, *Iurant in illo, & in eo qui habitat in ipso*, id est, per deum qui in templo specialiter esse & habitare asseritur. Dominus in templo sancto suo, tanquam in propria domo vbi singulariter operatur, orantes exaudiendo, & alia gratiæ opera exercendo, Et *qui iurat in cœlo*, id est, per cœlum, *Iurat in thronno dei*, quoniam cœlum vocatur thronus vel sedes dei, iuxta illud, Cœlum mihi sedes est. De quo ait vnigenirus dei in Apolalypsi, Qui vicerit, dabo ei sedere mecū in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius. Vel, thronus dei, intelli B gi potest res cōtenta in cœlo seu spacium orbis cælestis, præsertim cœli empyrei. Hinc ait Psalmista, Dominus in cœlo sedes eius, & dominus in cœlo parauit sedem suam. Et *in eo qui sedet super eum*, id est, per deum sedentem seu regnātem in throno cœlesti, in quod sedet, nō localiter secundū propriam naturam aut circumscriptibiliter, sed efficaciter seipsum ibi facie tenus ostendendo atq; excellentissime operando. Quomodo autem licitū sit iurare per donū siue per creaturas, & quo sensu intelligendum sit iuramentum factū per creaturas dictum est supra, Væ *vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis*, vel decimam partē summo sacerdoti offerendo, vel decimam partem ab aliis accipiēdo de rebus & fructibus quæ subduntur. *Mentam & anethum & cyminum* C atq; similia minima Et *reliquistis* id est, non obseruastis obediendo, *Quæ grauiora sunt legis* præcepta difficiliora, & ad salutem plus necessaria: vt pote *Iudicium* quia non iustè iudicatis subiectos, Et *misericordiam* quam egenis non exhibetis, Et *fidem* quam non offertis deo, credendo in vnico filio eius. Qui enim non credidit in filium, mendacē facit patrem, quia non credit in testimoniū quod testificatus est pater de filio suo. ¶ Scribarum & pharisæorum aliqui erāt sacerdotes & aliqui populares, secundum Chrisostomum. Sacerdotes verò acceperunt à populo decimas, & decimarum earum decimas soluebant principi sacerdotum, vt legitur in libro Numerorū, Populares verò nō acceperunt decimas sed soluerunt. Idcirco quod dictū est. Qui decimatis mētam

D & anethum,&c,Quantum ad scribas ac pharisæos,sacerdotes,& tẽpli ministros,intelligi potest dupliciter.Nam vt iustiores viderentur,soluerũt de minimis rebus decimas principi sacerdotum,vt putarẽtur à populo maiora omnia adimplere,qui tam modica solicitè custodierũt,in que patet eorum superbia:& item vt suo exemplo inducerent populum ad soluendum diligenter decimas omnium rerum, quãuis minimarum,in quo patet eorum cupiditas. Decimas quoque requirebant à populo de omnibus iam predictis ex auaritia & si quis eis non solueret decimas,reprehenderunt eũ grauissime quasi de grandi excessu,cum tamen non reprehenderent populum de grauioribus vitiis,scilicet de omissione
E iudicii,pietatis ac fidei,quæ deus præcipue requirit ab omnibus, iuxta illud Micheæ prophetæ, Indicabo tibi homo quid sit bonum,aut quid deus requirat à te,vtique facere iudicium & diligere misericordiam,& solicitũ ambulare cum deo tuo.Porrò scribæ & pharisæi populares solum decimauerunt prædicta in persoluendo,& hoc ex vanitate,sicut de aliis dictum est. Tales proh dolor iam penè innumerabiles sunt in ecclesia Christi pastores & prelati,qui decimas & cetera quæ ad eorum commodum pertinent cũ omni diligentia exigunt,& non dantes vel differentes increpãt durè,nõ tam diuino quàm priuato amore inducti,si verò subditi peccent in deum,vel se inuicem lædãt,aliisq; diuersis implicẽtur peccatis,nil curant vel parũ.Tales quæ sua sunt quærũt,
F non quæ Iesu Christi, *Hæc maiora Oportet facere* prius ac diligentius, quia sine eorum obseruantia nil prosunt minora,*Et illa* minora, videlitet solutiones decimarũ de minimis rebus *Non omittere*.Hoc addit Saluator, ne videatur contrarius legi,secundũ quam documenta sunt minima. Nõ enim redarguit eos, quia minima decimauerũt,sed quia cum inordinato affectu,& cum vriliorum negligẽtia hoc fecerunt,ideo subditur, *Duces cæci*, id est,rectores spiritualiter excæcati, *Et colentes culicem*? hoc est, minima quæque diligenter trutinantes,considerantes & obseruantes, *Camelum autem glutientes*, id est maiora dissimulantes. O quam multi sunt hodie tales,qui parum ponderanda,multum ponderant,& multum ponderanda parum attendunt. *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ,qui mũdatis quod de foris est calicis & paropsidis*, id est, vasa sibi ac potus, & alia vtensilia diligenter

genter purgatis,quasi in signum interioris vestræ mũdiciæ. A
Hoc fecerunt præcipuè, quãdo ingressuri fuerant templum & ministraturi in eo. *Intus autem pleni estis rapina*, quia hominibus ,maximè viduis & innocentibus propria abstuliſtis eam simulationibus vestris ,immunditia vitiorum ,potius cupientes coram hominibus quam coram deo puri apparere, *Pharisæi cæce munda* per pœnitentiam *Prius quod intus est calicis paropsidis*, id est interiora animæ, quæ designantur per interiora calicis & catini. Anima nanque esse debet vas gratiæ quam oportet à passionibus & peccatis mundare, *Vt fiat & id quod de foris est*,id est,opus interius *Mundum* non simulatione aut praua intentione effectum. Nempe si laboremus interiorem puritatem sortiri, incrementa gratiæ adi- B
pisci, ideo conscientiam puram atque tranquillam mentem offerre, consequenter omnia exteriora nostra morum probitate ornantur, & interna synceritas in exterioribus tanquam in suo effectu refulget.Si verò conamur solam exteriorem apparentiam ostentare, nec intus nec foris mundi sumus,sed penitus sordidi. ¶ Consequenter declarat istorum hypocrisim per exemplum, *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ,qui similes estis sepulchris dealbatis, qui à foris parent hominibus speciosa* tanquam leuigata calce, & ornata marmoribus ac picturis, auro ,coloribusque dicta, *Intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia*, scilicet petrudine, sanie,vermibus. Cum enim moritur homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes, vt dicitur in Ecclesiastico. *Sic & vos a foris quidem*, id est, extrinsecus *Paretis hominibus iu-* C
stos propter fictam morum grauitatem, vestimentorum religiositatem & inimicorum traditionum obseruantiam. *Intus autem* in anima *Pleni estis hypocrisi & iniquitate*, facilioribus locis immorandum non arbitror, nisi hortando & hoc hic commemorandum est, vt vnusquisque hæc legens vel audiens, pensẽt solerter, an ne similis sit his infœliscissimis scribis, ac pharisæis, quia non solum propter illorum intortigibilium increpationem, sed ob nostram informationẽ inquirit̃ est CHRISTVS hæc omnia. His quoque concordat quòd in Luca fertur saluatorem dixisse scribis ac pharisæis,Vos estis qui iudicatis vos coram hominibus,deus autem nouit corda vestra,quia quod altũ est hominibus, abominatio est ante deum. *Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocri-*

 tæ,qui

D tæ,*qui ædificatis* curiosè ac sumptuosè *Sepulchra prophetarum* innocenter occisorum, Et *ornatis monumenta iustorum*, & *dicitis, si fuissemus in diebus patrum nostrorum* qui occiderunt prophetas, *Non essemus* nec fuissemus*S ocij eorum in sanguine*, id est,in effusione sanguinis prophetarum. Non ideo dicit eis,væ,quia sepulchra sanctorum construxerunt & ornauerunt, sed propter prædicta & mala eorum futura, & quia mendaciter dixerunt,si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum, imò si tunc fuissent,persequuti fuissent prophetas, vitia eorum increpantes,quemadmodum persequuti sunt Christum & eius discipulos. *Itaque testimonio estis vobismetipsis*, id est, propriis verbis hoc ipsum de vobis testamini, *Quia filii* per carnis propagationem *Estis eorum qui prophetas occiderunt.*

E Nam dicitis,Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, Et *vos implete mensuram*, hoc est, pondus seu modum iniquitatis *Patrum vestrorum*, quorum filii estis, non solum per naturalem generationem,sed insuper per morum & criminum imitationem. Itaque implete mensuram illorum, supplendo quod illis restabat ac defuit,vt sicut illi occiderunt prophetas, sic vos CRISTVM dominum prophetarũ & eius discipulos: sicque excederis mensuram illorum. *Serpentes* id est, inuidiosi,pungitiui & callidi aliorumque infectiui, *Genimina viperarum*, hoc est, filij serpentinorum patrum. *Quomodo effugietis à iudicio gehennæ*? id est, à sententia damnationis deputandæ ad tormenta gehennæ,qua dicetur, Ite maledicti in ignem æternum,hoc est,quod supra ait Iohannes

F Baptista, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Denique quod ait,Implete mensuram patrum vestrorum, non dicit hortando aut appetendo, sed quid futurum sit prænuntiando,vt sit sensus, Implete, id est, implebitis, ideo vtpote vt impleatis mensuram patrum vestrorum,sed tunc,vt notat sequelam, non causalitatem, vel ideo, vt possitis fugere à iudicio gehennæ. *Ecce ego mitto* & statim post resurrectionem meam euidentius & copiosius mittam *Ad vos prophetas*, habentes scientiam futurorum purè contingentium, quales fuerunt omnes Apostoli, præsertim Iohannes in Apocalypsi, Et *sapientes* in cognitione diuinorum, quales item fuerunt omnes Apostoli primitias spiritus habentes: quibus Christus promisit, *Cum*

Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem ve- A
ritatem: & maximè Paulus ad tertium ipse cælum raptus, &
Deum æternum per speciem contéplatus, Et *scribas* in lege
peritos,quales fuerunt Nathanael,Stephanus, Paulus quoq;
à Gamaliele instructus, Et *ex illis occidetis & crucifigetis,& ex*
illis flagellabitis quosdam, *In synagogis vestris.* Hoc partim in
actis Apostolorum legitur adimpletum, Et *persequemini de*
ciuitate in ciuitatem Vnde in Actibus habetur quod die qua
lapidatus est Stephanus,facta est persequutio magna in ec-
clesia quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt, præter Apostolos. Vt ista vox(vt) tenetur hic concomitanter, nõ causaliter, *Vt veniat super vos* id est, vobis seu vestræ generationi peruersæ imputetur, *Omnis sanguis iustus*,hoc est,peccatum effusionis totius sanguinis innocẽtis,&vltionẽ sustineatis p effusione sanguinis hui⁹, *Qui effusus est super ter-* B
ram, à sanguine Abel iusti inclusiue ad quem, & ad cuius munera respexit deus,quem Cain peremit,*Vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ.* Secundum Origenem iste Zacharias fuit pater Iohannis Baptistæ,quem asserit à Iudæis occisum,eò quòd diceret Mariam matrem Christi esse virginem,& Christi genitricem.Sed hoc reprobat Hieronymus, dicens,quòd iste fuit Zacharias filius Ioiadæ põtificis,quem Ioas rex Iuda iussit occidi in templo,vt legitur in libris Regum. Dicitur autem filius Barachiæ magis quàm Ioiadæ, ad commendandum patris sui sanctitatem. Nam Barachias interpretatur benedictus domini.Dictum autem Origenis apparentiam habet.Primo,ex hoc quod isti quos Christus allo quitur, non occiderunt hunc Zachariam, quem constat ante captiuitatem Babylonicam fuisse lapidatum. Secundò,quo- C
niam sicut Christus nominauit iustum primo omnium interfectum, sic videtur q̃ nominauit quendam quasi vltimo interfectum, inter hæc extrema medios comprehendens. Ad horum primum respondet Hieronymus,quod scriptura posuit duas generationes,vnam bonorum,aliamque malorum. De prima ait Psalmista,Hæc est generatio quærentium dominum.De secunda,generatio praua & exasperans.Sic ergo Saluator nomine istorum,quos affatur & exprimit,designat generationem malorum,in qua coutinentur qui Zachariam occiderunt,sicq; subiungitur, *Quem occidistis* id est, quem vestra generatio cum qua vnum corpus perditionis efficitis,

D interfecit, *Inter templum & altare* holocaustorum, quod fuit extra templum in atrio eius. *Amen dico vobis, venient hæ omnia* peccata & mala pœnalia pro peccatis infligenda, *Super generationem istam* Iudæorum. Nam omnes reprobi sunt socij in tormentis, & pœnam sibi inuicem augent. *Hierusalem hierusalem*, id est, plebs vrbem inhabitans. Bis ait, Hierusalem, ad insinuandum suæ compassionis & dilectionis affectum, & ad prouocandam audientium aduertentiam, *Quæ occidis prophetas* non enim capit perire prophetam extra Hierusalem, *& lapidas* id est, lapidibus obruis & extinguis, *Eos qui ad te* instruendam & conuertendam, *Missi sunt. Quoties* hoc est frequenter, primo per prophetas, deinde per meipsum postremò per Apostolos, *Volui* quantum in me fuit, & voluntate antecedente, *Congregare*, hoc est,
E spiritualiter adunare per fidem, charitatem, & cultum diuinum, *Filios tuos*, id est, habitatores & totam plebem Iudaicam tibi quasi metropoli subditã, propter quod filij tui vocantur. *Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas*, id est, multum affectuose atque solicite. Nam inter pennata animalia videtur gallina præcipuam habere curam & affectionem ad pullorum suorum nutritionem ac defensionem, ideo quoque ponit similitudinem gallinæ, quia gallina est auis fructuosa, quieta, domestica: sic Christus nobis fructuosissimus, quietus, socialisque fuit, quando in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, *Et noluisti* congregari, sed repugnasti mihi & famulis meis. *Ecce relinquetur*
F *vobis* id est, ad vestram punitionem & confusionem pro tantis peccatis, *Domus vestra* videlicet templum *Deserta* ab hominibus & sacrificiis, id est, penitus destruetur, quod fuit impletum à Tito & Romanorum exercitu, quemadmodum Daniel cecinit, Ciuitatem & sanctuarium discipabit populus cum duce venturo, & vsq; in finem perseuerabit desolatio. Potest quoque per domũ intelligi habitatio seu multitudo domorũ, & ciuitas ipsa Hierusalẽ. Vnde habetur in psalmo, *Fiat habitatio eorum deserta*, & in tabernaculis eorum non sit qui in habitet. Hinc per Hieremiam Christus testatur Reliqui (inquiens) domum meam, diuisi hæreditatem meam, facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua. ¶ Spiritualiter, quando non acquiescimus admonitionibus dei, domus nostra deseritur, quoniam anima in qua sedes est sapientiæ,

spiritus sancti inhabitatione priuatur: & corpora quæ tẽplũ A
sunt spiritus sancti, igne libidinis concremantur, & vitiis destruuntur. *Dico enim vobis, non me videbitis amodo*, i. ab hora hac, accepto tempore passionis. Sic enim in fine præcedẽtis capituli dictum est, Nemo ausus fuit ex illa die eum amplius interrogare, cum certũ sit, quod in passione eum interrogauerunt. Vel, amodo, id est, ab hora mortis & sepulturæ quæ proxima erat quando Christus hæc dixit, *Donec dicatis* vel inuiti propter euidentiam rei, *Benedictus qui venit in nomine domini* quod erit in die iudicii, quando videbunt in quẽ compunxerunt, vt confiteantur quod Iesus sit Christus & iudex mundi. Hoc & Christus in passione testatus est, *A modo* (inquiens) *videbitis, filium hominis venientem in nubibus cœli.* Si autem exponatur de spirituali visu per fidem, tunc aliqui Iudæorum post resurrectionem Christi conuersi, contemplati sunt Iesum, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini. In fineq; seculi omnes conuertentur & dicent hoc ipsum.

A&. 10.
Lucæ. 21.
B
Marc. 13,
Psal, 117.
Matth. 2.
Marc. 11.

Explanatio CAP. XXIIII.

Et egressus Iesus de templo.

ARTICVLVS. XXXVIII.

P Ost præinducta de Euangelicæ legis institutione, promulgatione & confirmatione, agitur de finali iudicio, consummationeque seculi. Et quia in fine præcedentis capituli dixit Saluator Iudæis, relinquendũ esse domum seu templum eorum, ideo quod verbo asseruit, facto demonstrat egrediẽdo ab illis. Per quod figurauit, quod ipsa diuina defensione, & gratiosa dei presentia essẽt mox destituendi, omniq; honore legis quem deus eis exhibuit, eò ip. Christus nasciturus erat de eis priuandi, quemadmodum per Oseam dominus cõtestatur, Exosos (inquiens) habui eos propter malitiam adinuẽtionum eorum, de domo mea eiiciã eos, non addam vt diligam eos. Hoc est ergo quod dicitur, *Et egressus Iesus de templo* feria tertia post ramos palmarum cum discipulis & comitiua credentium *Ibat* exeundo Hierusalem versus montem Oliueti ad Bethaniam domumque Marthæ. *Et accesserunt discipuli eius* ad eum, *Vt ostenderent ei ædificationẽ templi*, id est, preciosam materiam & ornatam formam seu pulchritudinem templi Hierusalem. Vnde apud Lucam dixerunt, quod de bonis lapidibus & donis ornatum

Mat. 23.
C
Osee. 9.
Lucæ. 21.

D esset: & in Marco, magister (aiunt) aspice quales lapides, &
Mar. 13. quales structuræ: veruntamen in Marco scribitur, vnus discipulus Christo hæc ostendisse atq; dixisse hic verò habetur, quod plures discipuli hoc fecerunt. Sed non est contradictio quia & numerus minor nõ excludit maiorẽ, & maior includit minorem. Et communiter dicitur aliqua cõmunitas facere vel pati quod pars eius agit vel patitur. ¶ Quæritur, cur discipuli ostenderunt Christo ædificium templi, quod nouerant frequẽter consideratũ & agnitum Christo? Dicendum, ꝙ ideo, vt flecterent eum ad misericordiã, ne. s. templũ relinqueretur, prout paulo ante asseruit. Et quia discipuli rudes erãt, carnalem & rudẽ causam miserendi tetigerunt, ostẽdendo preciositatẽ tẽpli, quasi propter corporalia illa tẽpli ornamenta, præseruandũ esset ipsum templum à destructione, & quasi deus talia põderaret: vel ideo ostenderunt ei tẽplũ, vt occulte insinuarẽt, quã difficile vel impossibile esset ipsum templũ destrui, præsertim propter ciuitatis firmitatẽ: ideo respõdit Saluator, *Videtis hæc omnia?* ædificia, formositatemq; templi? Tanquam dicat, Pretiositas & venustas templi non
Lucæ. 19. proderunt ei, *Amẽ dico vobis, non relinquetur hic* id est, in templo *Lapis super lapidem qui non destruatur*, hoc est, à sua iunctura dissipetur & dispergatur. Romani enim templi totaliter combusserunt. Forte tamen lapides fundamenti mãserunt coniuncti. Hoc idem prædixit Christus in die palmarũ, quando accedens & videns ciuitatẽ, fleuit super eam dicens,
F Quia circundabunt te inimici tui vndiq;, & non relinquent in te lapidem super lapidem. *Sedente autem eo super montem*
Marci. 13. *Oliueti.* Vnde templum & ciuitas manifestissime aspiciũtur,
Lucæ. 8. *Accesserunt ad eum discipuli*, scilicet Petrus, Iacobus, Iohãnes & Andreas, vt Marcus refert *Secreto* tanquam familiares, & quia rem magnam scisciturari erant, & quia nouerunt magistrum suum talia secreta non omnibus reuelare: dicentes, *Dic nobis* quibus datum est nosse mysteriũ regni dei, *Quando hæc erunt*, id est, quo tempore verba tua de relictione & destructione templi implebuntur? Et *quod signum aduentus tui* ad finale iudicium, quod etiam signum, *Et consummationis seculi?* hoc est, finis mundi, seu præsentis status mundi sensibilis, qui tunc consummandus est, finiendusq; dicitur, quãdo generationes & corruptiones, motusq; cœlestes cessabunt, & mixta omnia præter hominem corrumpentur. Tria

Tria ergo sciscitabantur discipuli. Primũ, quando templum A
periret, Secundò, de signo secundi aduẽtus. Tertiò, de signo cõsummationis seculi. Sed duo hæc rediguntur ad vnũ, nam dies iudicii, finisq; seculi simul erunt, & per eadẽ signa prænoscũtur. Et *respõdens Iesus dixit eis, Videte, ne quis vos seducat* nõ respõdet aperte vel determinate ad interrogata: sed vtiliter prẽmonet suos vt sint parati, cauti ac timorati. Porrò quę sublequuntur difficultatibus plena sunt. Non enim certũ est, an pertineant ad diem iudicii, consummationẽq; seculi, vel ad destructionem templi atq; Hierusalem. Vnde quidam expositores referunt signa sequẽtia ad vastationem templi, alii ad finem seculi: alii referunt quædam ad illam & quędam ad illum. Veruntamen euangelica authoritate cõpellimur magnam partem sequentium referre ad templi destructionem, B
quoniam in Luca, vbi discipuli interrogasse leguntur, nisi de signo & tempore destructionis templi dicentes, Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum hæc fieri incipient? Lucæ. 21.
Christus respõdit eadem verba quæ in præsenti loco, respõdisse narratur. Quæ tamen vtique ad futurum iudicium possunt referri. Subditur ergo *Multi enim venient in nomine meo,* Ioan. 5.
id est, nomen meũ sibi ascribendo, non tamen venient in nomine meo, sicut ego veni in nomine patris mei, & quomodo veri Christiani operantur & veniunt in nomine meo, *Dicentes* singuli. *Ego sum* Christus. Tales quidam venerunt in Iudæa ante destructionem Hierusalem, quorum vnus fuit Simon Magus, de quo dixerunt Samaritani, Hic est virtus dei, quæ dicitur magna, vt in actis habetur. Qui Simõ (vt refert Hieronymus) reliquit in suis codicibus scriptum, Ego C
sum sermo dei, ego sum speciosus, ego sum paracletus, ego sum omnipotẽs, ego omnia dei. Fuit quoque alius (vt recitat Iosephus) nomine Simon Essæus dicens se Christum, respondens se liberaturũ Iudęos à tributo Romanorum. Tales etiã ante finem mundi vẽturi creduntur, Et *seducent multos* Nam & Simoni Mago atenderunt omnes Samaritani à minori ad maiorem, vt Lucas testatur. Alloquitur autem Christus vniuersos fideles sub Apostolorum persona: secũdum quod alibi ait, Quod vni dico, omnibus dico. Consequẽter ponit salvator signa quædam in particulari, quæ Gregorius exponit, quantum ad secundum Christi aduentum. Alii referunt ea ad templi & Hierusalem deiectionem. *Audituri enim estis*

prælia

D *prælia* præsentia, Et *opiniones prælioru*m imminentium seu futurorum, id est, percipietis de bellis præsentibus & rumorem de bellis futuris, *Videte ne turbemini*, id est, inordinato pauore cõcutiamini. Non enim cõtristabit iustum quicquid ei acciderit. Et, Iustus quasi leo confidens, absq; terrore erit. Ideo dicit Psalmista, Si consistant aduersum me castra non timebit cor meũ. Si exurgat aduersum me prælium, &c. Viri quippe perfecti insurgentibus maximis aduersitatibus & tribulationibus, non turbantur, certi de misericordia & auxilio dei, quia per multas tribulationes oportet nos ingredi regnũ cœlorum. *Oportet enim hæc fieri*, necessitate conditionata & cõsequẽtiæ, tanq̃ à deo præuisa & prænũtiata: quę tamẽ in se E cõtingentia sunt, *Sed nondũ est finis* i. his auditis seu factis, necdũ adest destructio tẽpli, vel consummatio seculi vel finis tribulationũ, imò graviores sequentur. Ideo subditur, *Surget gens contra gentẽ* i. vna cõtra aliã præliabitur. Per gentes autẽ designantur minores prouinciæ, Et *regnũ in regnũ* i. reges cũ suis cõtra se dimicabũt. Per regnũ ergo intelligũtur maiores prouinciæ. Et *erũt pestilentiæ & fames & terræmotus per loca*. De fame legitur in Actibus Apostolorũ, quomodo Agabus propheta prędixit de fame, quæ facta est Claudio imperãte. De terræ motu non legitur in scriptura canonica, quantũ ad prędictam materiã, nisi quod Christo pendente in ligno, terra mota est, intantũ & petræ scissæ sunt. *Hæc omnia* mala prænalia, *Initia sunt dolorũ* i. inchoationes quædã tribulationũ, quæ erũt in die destructionis templi, quando grauissima fuit Iudæorũ afflictio, vel quæ erunt tẽpore Antichristi, & circa F diẽ, vel in die iudicii. ¶ Deniq; quomodo omnia prędicta applicari possint populo Iudæorũ ante destructionẽ Hierusalem, partim innotescit ex historiis Iosephi. Recitat nãque, quẽadmodũ post crucifixionẽ Iesu Nazareni Iudæi pugnauerũt cõtra seipsos, & cõtra Samaritanos, & tandẽ se opposuerũt Romanis. Itẽ & imminente destructione Hierusalẽ, currus equitesq; armati & acies apparuerũt in aere præliantes, & vitula inter manus immolantiũ peperit agnũ, stella quoq; habens formã gladii pependit per annum super Hierusalem: per quod aliqui asserebant figurari diuinam vltionẽ populo imminentẽ, alii diuinã protectionẽ. ¶ Sed cũ omnia prædicta morata, videlicet prælia, seditiones, pestilẽtiæ, fames, terræ motus, naturaliter fiant & sæpius accidãt, quomodo possunt esse

esse signa futurorũ? Imò quomodo possunt esse signa, cũ secundum Gregorium, ea quæ ordinate veniunt, signa nõ sint? Respondet Gregorius, quod loquitur de his quę ordinẽ temporum non obseruant. Alii dicunt, quòd hæc omnia multo abundantius fuerunt imminẽte destructione Hierusalem. Et adhuc abundantius erunt imminente fine mundi, & ita sunt signa. Ex his infert Augustinus & etiam Thomas, vanã esse calculationẽ eorum, qui ex euẽtu prædictarum tribulationũ & persequutionis fidelium, (de qua immediate subiungitur) argumẽtantur: & prophetant de propinquitate aduẽtus Antichristi, consummationis q; seculi. Primò, quia hæc signa referri possunt ad vastitatẽ Hierusalem. Secundò, quia si referãtur ad secundũ Christi aduentũ, tamen frequẽter contigerunt & facta sunt. Et licet tũc abundantius fient ante, tamen quãtitas huius abũdationis nõ est determinata, nec certa. Per B hoc quoq; quod Christus dominus noster in Actibus ait sanctis Apostolis, Non est vestrũ scire tẽpora vel momenta quę pater posuit in sua potestate, satis repressit audaciã taliũ. *Tũc tradent vos in tribulationẽ*, id est, persequutionibus vos exponẽt & occident vos, Et *eritis odio omnibus gentibus*. In diuo Luca Euangelista habetur, Eritis odio omnibus hominibus. Et in Marco quoque Euangelista narratur, Eritis odio omnibus. Non ergo de solis gentilibus, loquitur. Vnde sensus est, Et eritis odio omnibus gentibus, tam Iudæis, quam cæteris. Et dicit omnibus, propter multitudinem odientium eos: quamuis non omnes simpliciter oderint eos. Iuxta quẽ sensum diuus Apostolus, Omnes (inquit) quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Vel est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, quia de omni gene- C re hominum aliqui eos oderunt. ¶ Sed videtur contrarium quod ait Apostolus, Ego per omnia omnibus placeo? Dicendum, quòd idem apostolus alibi profitetur, Si hominibus placerẽ, Christi seruus non essem. Ibi ergo de bonis, hic autẽ de malis hominibus loquitur. Eritis ergo odio omnibus hominibus, non propter vestram malitiam, sed *Propter nomen meũ* id est, propter me, & quia discipuli mei estis, meamq̃ fidem & doctrinam tenetis ac prædicatis, hoc & in nocte passionis Christus dixit Apostolis, Si de (inquiens) mundo essetis, mundus quod suum erit diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, ideo odit vos mũdus.

Dus. Deniq; licet odio haberi non sit desiderabile, tamē propter Christum odiri optabile est: non vt alii peccent, sed vt Christus honorē: & quia hoc meritoriū est, dūmodo equanimiter tolleretur, dicēte saluatore, Beati eritis cum oderint vos homines, & cū persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentiētes propter me: palam est autē, quòd omnis qui per iustitiam oditur, propter Christū odio habeatur. Talis ergo gaudeat & exultet, nec fatigetur aduersis. ¶ Præterea aduertendū est, q; si hæc referātur ad personam Apostolorū, discipulorumq; Christi, oportet tam præcedentia quàm subsequētia exponi pro tempore destructionem Hierusalem præcedēte. Si verò sub nomine apostolorū dicta intelligātur ad quoscunq; fideles, referri possunt ad secundū aduentū. Et *tunc scandalizabuntur multi*, In primitiua
E ecclesia propter acerbitatē persecutionis multi ceciderunt à fide, quod multo copiosius fiet tēpore Antichristi & circiter, iuxta illud apostoli, Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, Et *inuicem tradent*, hoc est, proximus proximū, propinquus propinquum, tradet in mortem, vnde in Luca clarius scribitur, Trademini à parētibus & fratribus, cognatis & amicis, & morte afficiēt ex vobis. Itemque Marcus ait, Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium, & cōsurgēt filii in parētes, & morte eos afficient. Hinc dixit saluator, Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo, Et *odio habebūt inuicem*. Nam inter fideles & infideles continuum odium est.
F Et *multi pseudo prophetæ surgēt* videlicet hæresiarchæ, de quibus in prima sua canonica ait Iohānes, Nūc Antichristi multi nati sunt Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Et Paulus, Ego scio (inquit) quia post discessum meum intrabūt in vos lupi graues nō parcentes gregi. Legitur etiā, quod ex illis octo millibus Iudæorū in Hierusalem primo conuersis per Petri prædicationē multi hæretici surrexerunt, quorum vnus fuit (vt dicitur) Nicolaus Antiochenus vnus de septem diaconibus, dicēs mulieres debere esse cōmunes sicut & cetera bona, vt refert Thomas in summa cōtra gētiles, Et *seducēs multos* de quibus scriptum est, Dominationem contemnunt, audaces, sibi placētes, pellicentes animas instabiles. Et *quoniam abundabit iniquitas* persecutorū & seducētium ac seductorum, *Refrigescet* à spirituali feruore *Charitas multorum*, Abundantia enim peccati mors est charitatis, quoniā vnum contrariorum destruit aliud. Hæc omnia circa finem seculi copiosius accident, prout beatus Petrus habet, Venient (inquiēs) in nouissimis diebus illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes & dicētes, Vbi est promissio & aduentus eius? Qui *autem perseuerauerit*, in fide & charitate, *Vsque in finem* vitæ suæ inclusiue *Hic saluus erit* Sola enim perseuerantia coronatur: & non coronatur, nisi legitime certans Motus quoq; specificat ac denominatur à termino ad quē. Hæc est vox quam non audiunt nisi oues. Et *prædicabitur hoc Euangelium regni* hoc est, euangelica doctrina annuntiās regnum cœleste, & introducens suos obseruatores ad illud, *In vniuerso orbe* i. in toto mūdo, quātū ad principales mūdi partes. *In testimonium omnibus gentibus* hoc est, vt hoc ad predicatores Euangelij protestētur, & dicant gētilibꝰ fidē esse adhibendā euangelio. Vel, in testimonium omnibus gentibus, hoc est in testimonium damnationis incredulorum, vt nemo sit excusabilis, atque in testimonium saluationis credentium, Et *tunc* i. hoc peracto, vel quando hoc agitur, *Veniet consummatio* id est, impletio eorum quæ prædixi, videlicet destructio tēpli, vel terminus seculi. ¶ Prædicacio autē Euangelij per totum mundū intelligi potest dupliciter. Primò, quantum ad conuersionem quorūdam de omni genere hominum, seu quantum ad principalia climata. Et hoc modo facta est per totum mundū tempore Apostolorum, & ante destructionem Hierusalem à Romanis. Sic enim de Apostolis allegat Paulus illud Psalmistæ, In omnem terram exiit sonus eorum. Et Christus dixit Apostolis, Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimū terrę. Et rursus, Prædicate (inquit) Euangeliū omni creaturæ. Et, Euntes docete omnes gētes. Vnde & Paul. ad Collocenses ait, Vt sermo dei clarificetur in vobis, sicut & in omni creatura quæ sub cœlo est. Secundò, intelligi potest prędicatio Euangelij in toto mundo simpliciter, quantum ad vniuersorū cōuersionē & idololatriæ atque sectarum errantium plenissimam eradicationem, exceptis paucissimis Antichristi ministris. Et hoc modo prædicatio euāgelij fiet circa finem seculi Antichristo destructo. Si ergo quod ait Saluator, prædicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe, intelligatur primo modo, tunc illud quod subditur, & tunc veniet cōsummatio intel-

D intelligendum erit de destructione Hierusalem. Si verò secũ
do modo, sic intelligendum erit de cõsummatione seculi.
Denique sanctus Hieronymus ait hoc loco, non puto aliquã
gentem remansisse, quæ nomẽ Christi ignoret. Et quanquã
non habuerit prædicatorem, tamẽ ex vicinis nationibus o-
pinionem fidei non potest ignorare. *Cum ergo videritis abo-*
minationem desolationis id est idolum seu statuam tristitiæ, &
desolationis effectiuam ac significatiuam. Iudei enim nomi-
ne abominationis intelligunt idolum, *Quæ dicta* i. prænun-
tiata, *Est à Daniele propheta, stante in loco sancto* id est, in tem
plo. Quod quidam exponunt de imagine Cæsaris quam col
locauit Pilatus in templo: alij de statua Adriani imperatoris
E quam ipse in templo reædificato erexit. Quidam verò expo
nunt de Antichristo, qui secũdum Apostolum in templo dei
sedebit, ostendens se tanquam sit deus, *Qui legit* prophetiã
illam, *Intelligat* eam sapienter, sciatque eam esse impletam.
¶ Insuper quæ sequuntur vsque ibi, orate, vt nõ fiat fuga ve
stra hyme, quidam exponunt pro tẽpore destructionis Hie-
rusalem à Romanis, vel persecutionis illatæ Iudæis ab A-
driano Hierusalem reædificante & omnes Iudæos ab ea pe
nitus repellente. Et quanuis litera valeat applicari ad hæc
tamen quantum considerare & capere possum, p ordinẽ te-
xtus Marci, vbi hæc eadẽ continentur, diligenter pensemus,
cogimur ea exponere pro tempore cõsummationis seculi.
Singulę tamẽ expositiones breuiter sunt tãgẽdæ. *Tunc*, hoc
F est, statua Adriani visa in loco sancto, *Qui in Iudæa sunt* hoc
est Iudæi in terra illa habitantes, *Fugiant ad montes* vt ibi,
abscondantur, *Et qui in tecto est, non descẽdat tollere aliquid de*
domo sua: & qui in agro est, nõ reuertatur in domum suam tollere
tunicam suam vel aliud quodcunq; Hoc totum dicitur, ad in-
sinuandũ quod Adrianus expelleret Iudæos à Iudæa, & ma-
xime à ciuitate Hierusalem ita quod nullus eorũ poterat re
gredi ad eam sine periculo mortis. Sicq; melius erat eis per
dere rem possessam quam vitam. Et indignerũt celeriter fu-
gere, propter districtissimum Adriani præceptum, ideo sub
ditur. *Væ prægnantibus & nutrientibus in diebus illis*. Mu
lieres enim prægnantes & nutriẽtes infantulos propter põ
dus & sarcinam, curamque infantium, expedite fugere ne-
queunt, ideo persecutionis tempore imminet eis periculũ,
etiã quoniã abortiuũ vel desperationẽ sæpe incurrunt solo

timore imminentium aduersitatum, Secundò sic, tũc. i. circa A
impletionẽ prophetiæ prædictæ, videlicet parũ ante destru
ctionem Hierusalem factã à Tito qui in Iudea sunt, fugiant
ad mõtes, & qui in tecto, &c, Hoc totum vno modo exponi
tur de Iudæis incredulis, ad designandum, quod tam dira eis
imminebat persecutio à Romanis, quòd nil eis adeo necessa
rium fuit sicut velociter fugere, & pro nulla re asponẽda re
uerti siue morari, alio modo exponitur de Iudæis conuersis
qui instante Romanorũ aduentu ab angelo mouebãtur exi
re Iudæam, & introire regnum Agrippæ trans Iordanẽ. Ter
tio sic, tunc. i. Antichristo sedente in tẽplo quod ædificabit
(vt dicitur) in ciuitate Hierusalem, qui in Iudæa stãt, fugiãt
ad mortes, & qui in tecto &c. Nam quanuis Antichristus, &
eius satellites vbique persecuturi sint Christianos, maximè
tamen eos, quos in terra sancta inuenerint, ideo dicitur eis, B
vt sine mora & respectione ad latibula fugiant mõtium aut
locorum abscõditorum, nec de temporalibus curent. ¶ My
stice. Quum videmus abominationem desolationis, hoc est,
dogma peruersum, indignum prælatum, de quo dictum est.
O pastor & idolum vel exemplum pestiferum, in loco san-
cto, id est, in ecclesia seu quocunque deuotorum vel fideliũ
grege, tunc qui in Iudæa sunt. i. in vera fidei confessione, fu-
giant ad montes, hoc est, ad iustitiam dei, ei omnia discre-
te committedo, qui propter peccata populi facit regnare hy
pocritam, vnde & scriptum est, Iustitia tua sicut montes dei
vel ad auxilium angelorum hominumq; sanctorum, iuxta il
lud. Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mi C
hi. Per hos nanq; subuenit deus, dicẽte scriptura, Illuminans
tu mirabiliter à montibus æternis. Vel, ad mõtes. i. an intel
ligentias spirituales, quas si tetigerit bestia, lapidibus obrui
tur. Quia animalis homo nõ capit quæ dei sunt. Stultitia e-
nim est illi, & qui in tecto sunt. i. in sublimate virtutum, &
arce cõtẽplationis, non descendant ad inferiora, vt aliquid
tollant de operibus carnis & pristinæ cõuersationis, dicẽtes
cum spõsa, Laui pedes meos. i. affectiones purgaui. Quomo-
do inquin abo eos? Et qui in agro est, hoc est, cõgregatione
istorum quibus dicit Apost. Dei agricultura estis. *Non redeat*
tollere tunicam suam i. veterem hominem cum actibus suis. vn
de in Canticis dicitur, Exui tunicã meã quomodo induã il-
lam? Et Iudas apostolus, Odiẽtes eã quæ carnalis est & ma-

culatam

D culatam tunicam. Væ autē prægnantibus. &c. his qui carnalibus rebus intenti sunt, qui lactis participes sunt, & solidū nequeunt capere cibum. Præterea quæ sequūtur omnes cōmuniter exponunt pro tēpore cōsummationis mūdi, & extremi iudicij. Christus ergo sub persona Apostolorum alloquens fideles tunc reperiendos, eosq; adhortans, præmonés cautos efficiens ait *Orate autem* deum *Vt non fiat fuga vestra* hoc est, ne fugere attentetis vel indigeatis. *Hyeme vel sabbato* i. quocunq; tempore inconuenienti. Per hyemē nāque, qua malum est ambulare propter duritiā frigoris, & intemperiem aeris, & per sabbatum quo secūdum legem nō licuit ambulare, nisi per mille passus, designatur omne tēpus ineptum ad fugā. Spiritualiter quoque per hyemē exprimi

E tur tepor siue extinctio charitatis. Per sabbatum verō vacātia operis boni. Et qui in istis est, inaniter fugit, cum manum dei non possit effugere. *Erit enim tunc* hoc est, tempore Antichristi, instante termino mundi: *Tribulatio magna qualis nō fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet* vsque ad tempus illud, Antichristi enim persequutio erit grauissima. Vnde Da-

Dan. 11. niel, Veniet (inquit) tempus quale non fuit ex eo, ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud, *Et nisi breuiati fuissent dies illi* Tribulationis Antichristi. Iam enim in diuina præordinatione breuitati sunt, & tunc realiter breuiabuntur, non mensura, sed numero, quoniam tempus illud nō diu durabit, sed dies solito cursu decurrent, *Non fieret saluā omnis caro* hoc est, nemo saluaretur eorum qui tunc erunt, considerando eos, quo ad propriam infirmitatem & condi-

F 1. Cor. 10. tionem. Non enim potest genus humanum diu sufferre tam accerrimam persecutionem. Veruntamen quantuncunque diu duraret, diuina prædestinatio non posset frustrari, nec electi perire, quoniā virtus diuina conseruans electos omni aduersa potestate potentior est, *Sed propter electos breuiabun-*

Danier 7. *tus dies illi* ne supra id quod possunt tētentur. Et sicut de persecutionis accerbitate torquētur, sic de eiº breuitate cōsolationem recipient. Quemadmodum enim crudelissima, sic & breuissima erit persecutio illa. Durabit autē annis tribus cū medio, iuxta illud Danielis, Aspiciebam, & ecce cornu illud, videlicet Antichristus faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis, & tradētur in manus eius vsq; ad tempus, & tempora & dimidium temporis. Hebræi autē nomine tēporis

tis intelligunt annū. Hinc quoq; in Apocalypsi scribitur, Ci A
uitatē sanctā, hoc est, Ecclesiam calcabunt mensibus quadraginta duobus. *Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est* Christus id est, in hac plebe, vrbe, seu loco, *Aut ecce illic* hoc est, in illo loco vel populo, *Nolite credere* seductoribus ita narrantibus. Verus enim Christus secundum diuinitatem suam vbique est, secundum assumptam verò humanitatem in cœlo est quoque in medio electorum & efficatium Christiano rum per fidem & gratiā, atque per sacramentalem existētiā. Si ergo quis dixerit, Ecce hic est Christus, & non alibi, vel in plebe euangelio contradicente, non est credendum. *Surgent enim pseudo Christi & pseudo prophetæ*, Hoc est, ipse Antichristus cum prædicatoribus & vatibus suis, qui per participationē malitiæ, & imitatione principis sui dicuntur Pseudochristi & Antichristi, *Et dabunt* Hoc est, facient arte ma- B
gica & operatione diabolica. *Signa magna & prodigia*, fa- 2. Thes. 2.
cient enim multa miracula etiam vera, quæ tamen ab Apostolo appellantur mendacia, quoniam ad fallendum ordinantur. Vnde ait de Antichristo, Cuius erit aduentus secūdum operationem satanæ in omni virtute & signis, & prodigijs mēdacibus. Ad hoc pertinet illud Apocalypsis, fecit signa magna, ita vt etiam ignem faceret de cœlo descēdere in conspectu hominum, & seducet habitantes in terra propter Iohan. 15.
signa quæ sunt data illi facere. ¶ Sed si hoc ita est, quæritur Psal. 21.
quomodo verum sit illud Psalmographi, Benedictus dominus deus Israel, qui facit mirabilia solus? Dicendum, quòd C
Psal. loquitur de mirabilibus, totam facultatem, legē & ordinem naturæ creatæ excedentibus. De quibus dicit Salua. Si opera in eis nō feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Talia verò non faciet Antichristus, sed ea quæ per occulta rerum semina, insitasq; virtutes fieri valent. Recolo me conscripsisse librum specialem, nō paruum de Antichristo in dialogo, quē edidi de fide catholicha, *Ita vt in errorem* peccati & ignorantiæ *Inducantur si fieri potest etiam electi*, quod tamē fieri nequit loquendo de electis formaliter, & de errore finali: possibile verò est, loquēdo de eis materialiter, eò quòd prædestinatio non tollat nec minuat libertatem electorum. Vnde hæc enūtiatio, Electus seu prædestinatus potest dānari, vera est in sensu diuiso, quia res illa secundum se cōsiderata, cū sit libera, potest amittere gratiam

D tiam & peccare atque perire: non autem in sensu composito quia res illa vt talis, non potest perire propter infallibilitatē & inuariabilitatē diuinæ prēordinationis, Propter quod Iohan. 3, Iohānes ait, Qui natus est ex deo nō peccat, quoniam semē dei manet in eo. ¶ Porrò per verba inducta innuitur inæstimabilis incomparabilsque persecutionis Antichristi acerbitas. *Ecce prædixi vobis* mala futura, vt iacula præuisa minus noceant, frustraq; iaciatur rete ante oculos pēnatorum. *Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est* Christus, id est, inter eos qui vitam heremiticam ducere videntur, & tamē inanes sunt. Vel in heremo, tanquam vitam ducens abstractam, fecut & dominus noster Iesus Christus verè cōuersatus est in deserto quadraginta diebus, *Nolite exire* ad locū huiusmodi, putando quod ibi sit Christus. *Et si dixerint vobis, ecce in penetrabilibus* id est, locis conclusis, & abditis est Christus, *Nolite credere* hoc est, vbicunq; nuntiauerint esse Christum alium quàm me, ne credatis, cuius ratio subbitur, *Sicut enim fulgur* i. coruscatio *Exit ab oriente* hoc est, à nube quæ est versus plagam orientalem, *Et paret vsque in occidentem* repente & euidenter, *Ita erit & aduentus filii hominis* ad iudicium scilicet subitaneus, & luminosus, gloriosus, & manifestus. Ex quo elicitur, q̄ iudiciū celerrime finietur. ¶ Potest quoque hoc ipsum referri ad spiritualem Christi aduentum, quo venit visitando Ecclesiam, non solum in isto loco vel illo, sed toto orbe terrarum: propter quod non est credendū quòd inconuenticulis hæreticorum seu locis particularibus tatum sit Christus, sed in vniuersali ecclesia. Hoc autē quod hic ait Matth. etiam in Luca scriptum est, Sicut fulgur coruscās de cœlo in ea quæ sub cœlo sunt, fulget, ita erit filius hominis in die sua. Quanuis ita primus Christi aduentus quo venit iudicari, fuit occultus: secundus tamen quo veniet iudicare, erit omnibus manifestus: iuxta illud in Psalmo, Deus manifeste veniet, deus noster, & non silebit. ¶ Cōsequēter ostendit saluator, quod electi sibi finaliter adherebunt, nec poterunt errore seduci *Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur & aquilæ* Hoc ad literam ita est. Aquilæ enim & aliæ aues vbicunq; odoratu, visu, aut alio sensu perceperint esse cadauer, illud mox volant & colligūtur, sic spiritualiter, vbicunq; fuerit Christus qui dicitur corpus tanquam verbū carō factum est, & pro nobis occisum: illic cōgregantur homines virtuosi, quorum iuuentus renouatur vt aquilæ, iuxta illud Apostoli, Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem qui secūdum deum creatus est. Hinc enim dicit saluator, Pater quos dedisti mihi, volo vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam. Et alibi, Veniam & assumam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Iohā. 2. Apoc. 5. Psal. 102. Ephes. 4.

¶ Prosequutio expositionis huius Cap.

ARTICVLVS XXXIX.

Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur. Post descriptionē signorum propinquorum diei iudicij seu aduentus Christi, ponuntur iam signa proxima illi aduentui. Statim autem post tribulationē dierum illorum, id est, cito post persecutionem Antichristi, sol obscurabitur, quę obscuratio erit in ipsa hora immediate precedente Christi descensum ad iudicandum, & ita interim persequutionis Antichristi, & obscurationem luminarium cælestium erit tēpus per modicum, scilicet, quadraginta quinq; dies vel circiter, qui dabūtur seductis ab Antichristo ad pœnitendum, prout doctores catholici asserunt, & ex Daniele trahitur. Obscurabitur autem sol, Et *luna non dabit lumen suum* vel quia ad terrorem hominum diuina virtute suo lumine priuabuntur: vel, quod probabilius sonat, quia aliqua corpora opaca interponentur inter ea & terram: sicq; obscurabuntur non in se, sed tanquā ad homines, ad quos eorum splendor non veniet: & fortè luna supponetur soli, sicut in eclipsione factum fuit secundum Dionysium in epistola ad Polycarpum. Quod si dicatur, cōsequens est, vt luna nō det nec recipiat lumen, sed obscuretur pars eius quæ respicit in terrā. Semper enim luna pro media parte obscura est, ea videlicet quæ à sole auersa est à quo dependet lumen lunæ inesse & conseruari. Aliqui tantum dicunt quod luminaria ista non obscurabuntur nisi comparatione veræ lucis, quoniam tanta erit claritas iudicis venientis, vt eius respectu omnia obscurari dicantur, & hoc dicit Hieronymus. Quod secundū Thomam super quartum sententiarum verum est, si intelligatur pro ipso momento aduentus Christi, in quo momento dicit ordo mundum innouandum. Alij tamen dicunt, quod innouatio immediate sequitur iudicium reprobis in infernum transmissis. Si verò intelligatur pro tempore præcedente iudicium, veritatem non habet: imò Thomas allegat, & sequitur

D Rabanum asserẽtẽ,quod nihil prohibet,vt sol,luna & sydera dicantur tunc veraciter lumine suo priuanda, Et *stellæ cadent de cælo* non secundum existentiæ veritatem,sed secundum apparentiam quandam,quoniam tantæ exhalationes ignitæ, scintillationes seu azub generabuntur atque descendent in aere ꝙ astra cadere videbuntur, Et *virtutes cælorum cõmouebuntur*. Hoc quidam exponunt specialiter de angelis medij ordinis secundæ hierarchiæ,quorum est miracula facere vt tunc dicãtur commoueri,quia plus solito procedent, & tendent ad faciẽdas transmutationes miraculosas in creaturis.Sed melius intelligitur de omnibus angelicis spiritib⁹, qui tunc commouebuntur motu reuerentiæ,& admirationis cuiusdam, non metu pœnalis affectionis, potestq; verbum
E istud intelligi per modum hyperbolycæ locutionis,qua aliquid dicitur per excessum,ad insinuãdum magnitudinem rei quæ affirmatur. ¶ Mystice,instante die iudicij,Christus sol iustitiæ obscuratur in cordibus plurimorum,& quoniam effusionem gratiæ suæ & subuentionis suspendet plus solito, luna quoq;,id est,ecclesia obscurabitur vehementer,prævalẽtibus impiis & fide pene extincta:quia & stellæ cadẽt de cælo,hoc est,multi literati auertentur à fide,propter quod virtutes cælorum,hoc est,perfecti & contẽplatiui cõmouebunt timore,cõpassione & admiratione, Et *tunc apparebit signum filii hominis* hoc est,crux Christi,& cætera arma suæ passionis vel corporis sui cicatrices, *In cælo* aereo, vbi Christus ad
F iudicandum sessurus est. Apparebunt autem crux, claui & lancea Christi,vel quia verè tunc aderunt,& ad confussionem ingratorum ostendentur ab angelis,vel, quia aliqua lucidà apparebunt in similitudine crucis, & cæterorum dominicæ passionis armorum, Et *tunc plangent omnes tribus terræ*.i. omnes nationes terræ,de quibus Hieremias ait, Recedẽtes à re in terra scribẽtur. vel aliqui de omnib⁹ generationibus hominum contristabuntur omnes,videlicet impij, quibus aduẽtus Christi erit omni terribili terribilior, de quibus sapiens. Videntes(inquit)turbabuntur timore horribili præ angustia, spiritus gementes. Ad hoc pertinere potest illud Zachariæ, Aspicient ad me quem confixerunt,& plangẽt eum planctu quasi super vnigenitum. vnde in Apocalypsi habetur, Ecce venit cum nubibus,& tunc plangent se super eum omnes tribus terræ, Et *videbunt* omnes homines boni & mali, *Filium hominis*

hominis venientem de cœlo empyreo, I*n nubibus cœli* aerei.In A
nubibus namque ascendit, idcirco in nubibus rediet, vt verificetur eloquium angelorum in actis, Quemadmodum(inquientes)vidistis eum ascendentem,sic veniet.Hinc ait Psalmista,Nubes & caligo in circuitu eius. *Cum virtute magna*, id est,angelorum exercitu omnibusque beatis, secundum illud Iudæ Apostо. Ecce venit dominus in sanctis milibus suis facere iudiciũ,& arguere omnes impios. Et *maiestate*, id est, magna suiipsius potestate & gloria. Apparebit enim in corpore glorificato tanquam rex regum,iudex ac dominus vniuersorum.Ignis quoque in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida, Et *mittet angelos suos* quorum ministerio cineres resuscitandorum colligentur, C*um tuba* id est,cum ingenti fragore, & sonitu quem angeli sancti faciẽt in elementis, Et *voce magna* Michaelis archangeli qui B
est princeps & custos ecclesiæ,dicetque in die iudicij ex commissione diuina,Surgite mortui,venite ad iudicium,vel, cum voce magna Christi, cuius imperio mortui surgent, dequa saluator,Veniet hora quãdo omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocem eius.De hoc testatur Apostolus, Quoniam ipse dominus in iussu,& in voce archãgeli,& in tuba dei descendet de cœlo, Et *congregabunt*, id est, simul ad iudicium deferent seu adducent, E*lectos eius* Nam quanuis boni,& mali ab angelis ad iudicium deferentur: electi tamen cum ampliori honore & reuerentia speciali, A *quatuor ventis*,id est, a quatuor principalibus partibus mundi, vnde quatuor venti principales oriuntur,hoc est, à cunctis locis & monumentis,in quibus suscitabuntur.Quod quàm subito fiet, eluceſcit C
ex verbo Apostoli, In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba.Canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti. Nec enim tuba hæc,corporaliter intelligendum est secũdum Regium, A *summo cælorum vsque ad terminos eorum*, Marcus inquit, A summo terræ vsque ad summum cœli, summum ergo cœlorum nominat locum terræ, in quo aliquis stat, quia vbicunque quis steterit,videtur ei quòd summitas cœli sit supra caput suũ.Porrò terminos terræ appellat loca circa quæ visus noster finitur, nam ibi videtur cœlum terræ coniungi & terminari, quasi esset corpus semicirculare, & camerale, cum tamen sit sphæricum vbiq; æquè remote distans à terra.Est igitur sensus,Angeli congregabunt electos à summo

D cælorum.i.à quocunque loco vnde cæli altitudo maior apparet vsque ad terminos eorum.i.etiã ab illis terræ locis vbi cæli videntur finiri,quos deus expandit velut tabernaculum ad inhabitandum,vt Esaias habet.Consequẽter docet Christus quod dixit de fine seculi per exemplum vel similitudinẽ arboris.*Ab arbore autem fici*.i.à ficulnea, *Discite parabolam* id est,sumite similitudinem quam vobis proponam ad prædictorum intelligentiam conuenientem. *Cũ iam ramus eius tener fuerit* i.recens & gracilis, Et *folia nata*.i.cum folia cœperint pullulare in ea, *Scitis quia prope est æstas*. Illa enim nõ fiunt nisi sole appropinquante & ascendente,cuius allatio in circulo obliquo est causa generationis,renouationis,& caloris in inferioribus secundum philosophos.imò secundum Dionysium. *Ita & vos cum videritis hæc omnia*.i. prædicta signa aduentus mei, *Impleri scitote,quia prope est in ianuis*,id est, in proximo instat iudicium.Sub persona apostolorum affatur eos qui tunc victuri sunt in seculo isto. *Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc* id est, genus humanum vel populus Iudæorum seu congregatio Christianorum,quæ dũ tante hoc seculo,nunquam in toto destruetur,quamuis Antichristi temporibus multum opprimenda, minuendaq; sit, *Donec omnia fiant* id est,opere compleantur, quæ ante horam iudicij dixi futura. *Cælum & terra transibunt* id est,esse cessabunt quantum ad sua accidentaria,scilicet motum,caliditatem,situm & transmutationem,non quo ad esse substãtiale,imò post diẽ iudicij meliorabuntur,quando terra clara erit vt aurum,cælum vt sydera.vnde in Apocalypsi ait Iohannes, Vidi cælum nouum & terrã nouam, primum enim cæli & prima terra abiit,*Verba verò mea non præteribunt* non frustrabuntur,sed quod significant,impossibilius esset non impleri quam vniuersam mundi fabricã destrui. Loquitur ergo de verbis suis,non quãtum ad sonum sermonis,& ne quis ea signis prædictis existimet diẽ iudicij determinate posse præsciri,adiecit, *De die autem illa* iudicij Et *hora* aduentus Christi. *Nemo sit* quando venturi sint *Neque angeli cælorum* id est, habitantes in cælis,& motores cælorum *Nisi pater solus*. In Marco,additur, neque filius, quod ex his verbis infertur,& sequitur. Ea enim,quæ soli diuinæ potentiæ subiacent,& ei simplici diuinæ voluntatis libertate dependent,qualia sunt initium,& consummatio mundi, soli creatori sunt agnita nec

A nec sciuntur à creatura nisi per reuelationem:horam autem consummationis mundi nulli viatori vel angelo deus manifestauit. ¶Sed quomodo solus pater dicitur scire diem illũ & horam,cum deus spiritus sanctus,& Christus vt eadẽ non ignorant?Rursus Christus vt homo constitutus est omnium iudex. Quomodo ergo lateret eum tempus finalis iudicii? Ad primum dicendum, q̃ trium personarum est vna notitia sicut vna essentia,vna voluntas,vna potestas:ideo quicquid de vna asseritur,de alia quoque intelligi datur, vbi non obstat relationis distinctio. Ad secundum dicendum, q̃ Christus dicitur illam horam & diem ignorare,non quo ad seipsum,sed quantum ad nos,videlicet quia non notificat eã nobis.Sic enim frequenter loquitur deus in scripturis per modum ignorantis vel dubitantis,quia ita se habet ad homines B tanq̃ ignoraret siue ambigeret, quẽadmodum in Exodo ait populo Israel,cũ adorasset vitulũ aureum.Iam nunc depone ornatũ vt sciã,quid faciã tibi.Et in Genesi, Descẽdã (inquit) & videbo si iuxta clamorem qui venit ad me faciant,an non vt sciam.*Sicut autem fuit in diebus Noe*,videlicet ante ingressum in arcã,*Ita erit aduentus filii hominis* ad iudicium. Quod consequenter exponitur, *Sicut enim erant* homines carnales atque increduli *In diebus* ante diluuium. *Comedentes & bibentes,nubentes & nuptui tradentes*, id est,crapulose, secure & incontinenter viuentes,diuq; viuere arbitrantes cõtrahẽdo adinuicẽ. *Vsque ad eum diem quo introiuit in arcam*, de lignis læuigatis atque bitumine colligatis,factã,ipse *Noe* cum sua vxore tribusq; filiis & eorũ coniugibus. vnde secundum C Petrum in arca paucæ animæ.i. octo per aquam saluæ factæ sunt. Et *non cognouerunt* homines tunc temporis periculum imminens,& forte quãuis Noe eis prædixit, non tamen credebant. Quãuis aũt prædixisset eis futurũ diluuium, non tamen prænunciauit certum diẽ,sicut & Christus quãuis nobis prænunciauit futurũ iudiciũ, nõ tamen diem determinatum *Donec venit diluuium*.Tunc enim per experientiam cognouerunt quod ante non nouerant, Et *tulit* id est, à vita subtraxit, *Omnes homines* præter Noe,& existentes cum eo à quibus propagatũ & natũ est omne hominũ genus, *Ita* occultus & improuisus ac subitus. *Erit aduentus filii hominis* ad iudicium.Nam Antichristo occiso quidã satellitum eius in sua duritia perdurabunt scelerate viuentes, & secure peccãtes,

D quibus sic conuersantibus subito veniet dies iudicii. Propter quod dicit Apostolus, Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. *Tunc duo erunt in agro*, id est, eidem operationi in agro intenti. *Vnus assumetur* ad gloriam, *Et vnus relinquetur* ad pœnam. Erunt tunc *Duæ molentes in mola, una assumetur, & vna relinquetur: duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur.* Hoctotum sic erit ad literã, quia vbique prædestinati mixti sunt reprobis.

¶ Spiritualiter verò per existentes in agro intelligũtur prælati, quorũ est operari in agro dominico, seu in ecclesia: per molentes autem significantur actiui, per existentes quoque in lecto quietis contemplatiui. Horum trium statuum, aliqui

E pter quod relinquentur, alii perseuerabunt vsque in finem, & assumentur: quia secundum Augustinum in omni conditione & gradu optimis iuncti sunt pessimi. Oportet equidẽ bonitatẽ Abel probari, exerceri, & coronari per malitiã Cain. *Vigilate ergo* id est, soliciti sitis, & bonis actibus diligenter intendite, *Quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit* ad iudicium. Hoc in persona Apostolorum posterioribus dicitur. Et quanuis ad literam dicitur de secundo Christi aduentu, nihilominus accipi potest de spirituali eius aduentu, & particulari iudicio quo visitat vnumquemq; in hora mortis. Quoniam ergo nescimus diem neque horã propriæ mortis

F aut extremi iudicii, debemus semper esse prouidi ac præparati, ne in vitiis deprehendamur & æternaliter pereamus.

¶ Porrò quod ita agẽdum sit, probat exemplo, & per locum à maiori. *Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur vẽturus esset, vigilaret & nõ sineret perfodi domum suã.* Si ergo illetam solerter ac vigilanter opponeret se dãno temporalium rerum, quanto magis nos oportet reluctari omni ignauiæ ac negligentiæ ne perdamus bona æterna, spiritualia ac diuina? Ideo concludit, *Ideo & vos estote parati* ad occurrendum Christo, *Quia qua hora nescitis*, id est, tempore vobis ignoto *Filius hominis venturus est.* Exhortatio ista plenius continetur in Marco & Luca. Ait enim Saluator in Marco, Vigilate, nescitis enim quãdo dominus veniat, sero an media nocte, an in gallicantu, an mane, ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes, videte, vigilate, orate. Item in Luca, Vigilate (inquit) itaque omni tempore, orantes,

tes, vt digni habeamini fugere omnia ista quę futura sunt, & A stare ante filium hominis. ¶ Mystice, Paterfamilias est spiritus rationalis, videlicet anima nostra, cuius familia sunt cogitationes, affectiones & opera, domus verò eius est corpus hoc corruptibile. Fur verò est tẽtator, debet ergo spiritꝰ noster incessabiliter vigilare, ne diabolus per feneſtras corporis, id est, per sensus exteriores introeat habitaculũ animæ, neque perfodiat illud, inducendo laqueos tentationum per corpus. Hoc enim est quod hortatur Apostolus, Nolite (inquiens) locum dare diabolo. Et rursus, Nõ regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscẽtiis eius.

¶ Consequenter Saluator hortatur nos ad vigilantiam præinductã exẽplo serui fidelis, & loquitur interrogatiue, ad insinuandũ difficultatẽ & raritatem negotii. *Quis putas est fidelis seruus & prudens*, Fidelis in executione administrationis, B seu dispensationis sibi à domino suo commissæ, & prudẽs in seipso conuenienter disponendo de mediis & modo regiminis. *Quem constituit dominus suus* paterfamilias *super familiã suam*, hoc est, cæteris ministrantibus prætulit eum, quemadmodum Putifer constituit Ioseph dominum domus suæ. *Vt det illis* puta vnicuique de familia *Cibum in tempore*? hoc est, congrua alimenta in tempore oportuno, non nimis tem Prou. 26. pestiue aut tarde, nec omnibus eadem nec delicata cibaria. Qui enim delicate nutrit seruum suum, postea sentiet cõtumacem: sed singulis dandum est secundum suæ conditionis exigentiam, propriamque capacitatem & indigentiam. Ad hanc quæstionem dominus non respondet, & tamen ex ver- C bis quæstionis patet responsio, vt dicamus illum esse seruum fidelem, atque prudẽtem, & cæteris seruis digne prælatum, qui dat illis escam in tempore secundum modum præfatum. Idcirco subiungitur, *Beatus est* iam in spe *Ille seruus*, hoc est, Christianus alios in spiritualibus vel in tẽporalibus regens ex ordinatione diuina, vel seipsum rectè gubernans, benevtendo gratia sibi collata, creditisq; talentis, *Quem cum venerit dominus eius* Christus, videlicet, veniens ad eum in hora suæ mortis, vt rationem ponat cum eo, vel quotidie, cõsiderando quomodo præsit & bona domini sui dispensat, *Inuenerit sic facientem*, hoc est, familiam sibi commissam benegregentem, dando singulis escam spiritualem seu corporalem, & seipsum fructuose occupãtem in operibus sanctæ dilectionis.

Dlectionis. *Amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum*, nõ vt omnibus creaturis dominetur, vel cuncta creata solus possideat, sed æternam beatitudinem consequatur, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, & suscipiat quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec cor apprehendere valet, imò deum summum possideat, vel quia similitudinem serui hominis patrisfamilias introducit, possumus per omnia bona dei intelligere sola exteriora & corporalia, sicut diuitiæ appellantur hominum bona, sic vnusquisq; beatus cõstituitur super omnia bona creatoris. *Si autem dixerit* malus *Seruus ille* seruus infidelis qui oppositio modo se habet ad seruum prudentem prædictum, *Moram facit dominus meus venire*, id est, non cito iudicabor à deo. *Et cœperit percutere conseruos suos*, id est, opprimere gregem sibi commissum. *Manducet autem & bibat cum ebriosis*, id est, crapulosè & carnaliter viuat. Hoc dicũt saltem interpretatiue prælati & iudices, qui non timent iudicium dei, nec cogitant horam mortis, eo quòd Christus lõganimiter agat cum eis, nec statim se vlciscatur. Hoc nanque præstat multis peccandi audaciam, iuxta illud, Etenim quia non cito profertur contra malos iudicium, absque vllo timore filii hominum perpetrant mala. *Veniet dominus serui illius* id est, Christus, *In die qua non sperat*, id est, quando seruus ille non putat se visitandum & puniendum à Christo, *Et hora qua ignorat* quoniam hora mortis ac iudicii prorsus incerta est. Tales enim cũ se magis diu victuros arbitrantur, citius tolluntur de medio, quẽadmodum diuiti longam quietem ac delitiosam vitam sibi ipsi promittenti, deus ait apud Lucam, Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt? *Et diuidet eum*, id est, à consortio & præmio electorum seiunget, *Partẽq; eius*, id est, retributionem, *Ponet cum hypocritis*, id est, cum his qui nomine & non re Christiani sunt, qui videntur deum cognoscere, factis autem negãt, hoc est, in inferno erit merces eius, & dãnatis sociabitur in tormentis, *Illic erit fletus & stridor dentium*. Hoc iam bis elucidatum recordor.

Eccl. 8.

¶Expositio CAP. XXV.

Tunc simile erit regnum cælorum decem virginibus.

ARTICVLVS XL.

Sancti

Sancti catholicij; doctores in exposítione huius parabolæ de decem virginibus, non parum diuersificantur. Quidam enim exponunt eam de solis virginibus. Alii de contemplatiuis per virgines significatis. Alii de popularibus omnibus non idololatris. Alii de popularibus Christianis dũtaxat. Sed propter prolixitatem vitandam, prosequar vnum quem æstimo cõuenientiorem intellectum, videlicet, vt intelligatur de omnibus Christianis. *Tunc* i. in ipsa die & hora iudicii *Simile erit regnum cælorum* i. ecclesia militans & negotiũ eius *Decem virginibus quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ.* Nam sicut virgines illæ acceptis lampadibus occurrunt sponso & sponsæ, sic oẽs Christiani in die iudicii occurrent Christo. Itaque per decem virgines vniuersitas fidelium denotatur. Denarius enim est numerus perfectus & primus terminus numerorũ, ita quod vltra non proceditur numerando, nisi redeundo ad caput seu vnitatem & denariũ. Totum ergo quod subditur in ista parabola de hac re per decẽ virgines designata, est exponẽdũ. Per hoc autẽ quod virgines dicuntur accepisse lãpades suas, insinuatur, quòd vniuersi fideles cũ ad iudiciũ venerint secũ ferent fidẽ & opera sua, quæ nomine lampadũ exprimuntur. Opera quippe illorũ sequuntur illos. Et quãuis multorũ mala sint opera, vix tamẽ vel non inuenitur aliquis Christianus ita peruersus, quin habeat aliqua opera ex suo genere bona, quanuis non sint meritoria, præsertim quũ ipse interior fidei actus de genere bonus sit. In die autẽ iudicii obuiabũt Christo sponso & ecclesiæ triũphanti cũ ipso de cælo venięti quę est sponsa Christi, vel sponsæ Christi singulari, quæ est virgo beatissima mater deifera: vel secundũ Augustinum dicũtur obuiare sponsæ, velut si omnibus in ecclesiam concurrẽtibus filii ad matrem concurrere dicantur cum ipsis congregatis consistet ea quę dicitur mater sicque obuiatio ista esset eiusdẽ ad seipsum secundum statum vel modum diuersum. Secundũ primum modum est obuiatio partis ad partem, quia in die iudicii ex hominibus seu ecclesia militate & angelis atque ecclesia triumphante fiet vna ecclesia & vna spõsa Christi, qui tunc sibi perfectè ac indissolubiter copulabit totã ecclesiam seu electorũ vniuersitatẽ, vt oẽs sint vnũ in ipso, & deus sit omnia in omnibus. *Quinque autẽ ex eis erãt fatuæ, & quinque prudentes*

A B C

D *prudentes* vna pars Christianorum insipiens est, & in die iudicii stulta probabitur: eò quòd diuinis ac spiritualibus præposuit terrena & corporalia, fidemq; catholicã non adornauit operibus, nec opera de genere bona retulit ad debitũ seu vltimum finẽ. Prudentia nanq; dirigit actus humanos in debitum finẽ, Qui ergo nõ ob dei honorẽ, vitamq; æternã bona agit sed propter landes humanas seu tẽporale emolumẽtũ, merito imprudens & stultus cẽsetur. Alia verò pars Christianorũ per oppositum prudens est, & in die iudicii sapiens inuenietur. Per hæc itaq; bonorũ & malorũ discretio explicatur. *Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus, nõ sumpserũt oleũ secum.* Hoc est, stulti & vani Christiani fidei suæ & operibus
E non coniunxerũt spiritualem delectationẽ, lætitiamq; internam & conscientiæ synceritatem, faciendo quod monet Apostolus, Qui gloriatur, in domino glorietur. Et rursus, Gaudete in domino semper. Et illud psalmistæ. Seruite domino in lætitia. Vnde nec dicere possunt cum Apostolo, Gaudium nostrum est testimoniũ conscientiæ nostræ. Itaq; per oleum, spiritualis & pura delectatio, synceritasq; conscientiæ designãtur, Iuxta illud, Vnxit te deus, deus tuus oleo lętitiæ. Mali autẽ dum aliquid boni agere videntur, in se nõ in domino gloriantur, dũ hominibus cupiunt cõplacere magis quã deo, & ita non satagũt conscietiam bonã habere, nec redeunt ad
F interiora, sed inaniter diffunduntur, quẽadmodum scriptum est, In circuitu impii ambulant. *Prudentes verò acceperunt oleũ in vasis suis*, hoc est, spiritualem delectationẽ & bonæ cõscietiæ testimoniũ in cordibus suis posuerũt, *Cum lampadibus*, id est, & operibus virtuosis. Hæc enim electi deferunt secunad iudiciũ. *Moram autẽ faciente sponso*, id est, Christo futurum iudicium differẽte, videlicet ab ascensione vsq; ad terminum mundi. *Dormitauerunt omnes* tam boni quam mali defuncti sunt, Et *dormierunt* somno mortis atq; in tumulis velut in lecto quieuerũt denuo susciitãdi à Christo, de qua dormitione ait Saluator apud Iohannem, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno susciẽ eum. Mortui itaq; dormiunt Christo, qui multo facilius excitat defunctũ à morte, quã homo dormiẽtẽ à somno *Media autẽ nocte clamor factus est, ecce sponsus venit.* Ex hoc aliqui asserunt, quod finale iudiciũ erit in medio noctis. Vnde refert Hieronymus traditionem esse Iudæorum, quod sicut deus per angelum vastauit Aegyptios media

media nocte, ita per Christũ iudicabit mundũ in medio noctis. A
Alij dicũt quod erit, in die, secundũ quod dicit Apostolus, In die quo iudicabit dominus abscondita tenebrarum & dicunt ꝙ ideo tempus iudicij vocatur nox, quia incertũ, pro- 2. Re. 24.
pter quod dicit Augustinus, Media nocte, id est, nullo scien- 1. Cor. 3.
te aut sperante. Clamor autẽ qui tunc fiet, est sonus tubæ & vox magna, de quibus præcedenti cap. plenius dictum est, Matt. 24.
Exite obuiam ei, id est, de sepulchris resurgite, seu corpore resumpto occurrite Christo ad iudicium venienti. *Tunc surrexerũt omnes virgines illæ*, id est, boni & mali à mortuis surgẽt simul in die nouissimo, Et *ornauerunt lampades suas*, id est opera sua decorauerũt quantũ potuerunt testimonio cõscietiæ & præmeditatione rationum districto iudici reddendarum: secundum quod dicit Apostolus, Probet se homo, & sic in semetipso habebit gloriã, & nõ in altero. Quilibet enim B
causam suã, quantũ poterit adornabit *Fatuæ autẽ sapientibus dixerunt*, *Date nobis de oleo vestro*, id est, de merito vestræ spiritualis lætitiæ & bonæ conscientiæ succurrite nobis. *Quia* Galat. 6.
lampades nostræ exinguntur i. fides & opera nostra reprobantur tanquam à lumine gratiæ aliena. Per hoc innuitur, ꝙ in die iudicij mali vndique sibi auxiliari optabunt, illi saltẽ qui nondum iudicati & incerti sunt quid de eis dominus iudicabit, qui etiã ante prolationem sententię verebuntur dãnari, tanquã male sibi conscij. *Responderunt prudentes* fatuis Dicentes, *Ne forte nõ sufficiat nobis & vobis.* i. facere nõ valemus neq; audemꝰ quod petitis, timentes ne opera nostra nobismetipsis vix sufficiant ad salutẽ, præsertim cum tantus sit iu
dicij huius rigor, vt iustus vix saluetur, nec alius alium tunc C
potest iuuare, quoniã vnusquisq; tunc maximè onus suũ portabit, & pro seipso rationem præstabit *Ite potius ad vendẽtes* id est, ad eos, quorũ est regnũ cœlorũ, puta ad pauperes vel ad sacerdotes, quibus cõmisse sunt claues regni cœlestis, & dominica sacramenta gratiæ contentatiua dispensant, atque pro nummo confessionis ac pœnitentiæ quodammodo vẽdunt, Et *emite uobis* oleum salutis, pauperibus succurrendo vel sacerdotibus obediẽdo. Sic enim Daniel ait, Peccata tua eleemosynis redime, & inquitates tuas misericordiis pauperum. Hæc dicunt virgines sapientes, non quod tunc tempus erit merẽdi seu ista peragendi, sed quia aliud consilium dari non potest, vel (secundum Augustinum) hæc dicunt, nõ con- Augusti.
sulen-

D sulendo, sed crimen fatuarũ commemorando, eisq; insultã
do zelo iustitiæ, Tanq̃ dicant, Ite ad vendẽtes. i. adulatores
& vanos vestros laudatores accedite, & emite vobis ab eis
oleũ. i. fomẽtũ salutis & gratiæ, *Dũ autẽ irent emere* i. gratiã
recuperare vellent & pœnitere, *Venit sp̃sus* i. Christus, ad
præmiandũ, *Et quæ parata erãt*, tanquã ornatę veste nuptia-
li, & actibus meritoriis, atque ab omni labe peccati purgatę
Intrauerunt cũ eo ad nuptias i. ad cœlestẽ refectionem seu bea
titudinẽ sempiternam, vbi sanctæ animæ deo intime vniun-
tur, eoque fruuntur, & ab eo fœliciter fœcundãtur, *Et clausa*
est ianua i. finitum est tẽpus promerẽdi, & aditus regni cœle
stis nulli de cætero patet. *Nouissime autẽ* i. nimium tarde, &
post aliorum præparationẽ ac saluationem, *Veniunt & reli-*
E *quæ virgines* stultæ. Nõ est per hoc intelligendũ, quod aliud
sit tempus iudicij bonorũ, aliudq; malorũ, sed quod ordine
dignitatis boni primo remunerentur. Veniunt ergo quando
tẽpus miserationis expirauit, *Dicentes, Domine domine*, inge-
minant dominũ, non charitate, sed necessitate: nõ vero amo
re, sed naturali affectione atq; timore, ideo nil merẽtur, *Ape*
1. Cor. 8. *ri nobis* ianuã regni cœlestis. *At ille respondens ait, Amẽ di-*
Matt. 7. *co uobis, Nescio vos* scientia approbationis, de qua dicit Apo-
stolus, Si quis diligit deũ, hic cognitus est ab eo. Et iterũ, Si
quis ignorat, ignorabitur. Hinc alibi dixit: non omnis qui di
cit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorũ, sed qui
F facit voluntatem patris mei *Vigilate itaque, quia nescitis diem*
Actor. 11. *neq; horã*. De hoc in præcedenti cap. dicta sunt multa. ¶ De-
niq; quod diẽ aduentus Christi ignoremus, ostẽdit per simi-
litudinẽ hominis peregrinãtis, cuius reditum serui eius igno
rant *Sicut enim homo peregre proficiscens*. per hunc hominem
intelligitur Christus, qui in ascẽsione à terra in cœlum per-
exit, qui secundum quosdam idcirco peregre profectus dici-
tur, quoniã corpus humanum, cuius naturalis locus terra est
collocauit in cœlo. Sed cum cœlũ sit patria electorũ, maxi-
mè Christi, & cœlũ empyreum proprius locus corporũ glo-
rificatorum, præsertim corporis Christi, in quo cœlo non ad
tempus, sed æternaliter pernanent sancti, qui in hoc seculo
peregrinantur. Propterea aptius reor, vt ob id Christus dica
tur ascẽdendo in cœlũ peregre profectus, quia domesticos
suos in hoc mundo reliquit, eisq; corporalem subtraxit pre-
sentiã, & propriæ liberati dimisit, & rursus quoniã tandem redi-

reditur est huc vnde ascendit, *Vocauit seruos suos, & tradidit* A
illis bona sua. parabola ista specialiter cõcernit Apostolorũ
successores, prælatos ecclesiæ, quibus plus datum & creditũ
est, vnde & plus exigetur ab eis. Nihilominus ad omnes po
test homines pertinere: sicque exponenda est, vt cunctis va-
leat applicari, Itaq; homo iste dominus Iesus, vocauit, id est
sibi applicauit, seruos suos, prælatos aliorũ, & vnum quẽq; b
fidelium, & tradidit illis bona sua, id est, beneficia sua eis cõ
cessit, dona videlicet naturæ & gratiæ, sacramẽta ecclesiæ, &
quicquid boni in fidelib⁹ inuenitur, Quid enim habes quod
non accepisti? Cum omne datũ optimum, & omne donũ per
fectũ de sursum sit, descendens à deo, *Et vni dedit quinq; ta-*
lenta, alii autem duo, alii verò vnũ, id est, vni largitus est dona
plura atq; maiora, alij verò minora ac pauciora. Alij quippe
(secundum Apostolum) datur per spiritum sermo sapiẽtiæ, B
alii sermo sciẽtiæ, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutũ,
alii prophetia, alii discretio spirituũ, aliquibus quoq; dantur
omnia ista, & aliqui in naturalibus inclite decorãtur, qui sor
titi sunt animam bonã, & quasi naturaliter ad virtutes dispo
siti, ingenioſi, eloquentes, formoſi, ad aliorũ gubernationẽ
bene dispositi. Per duo ergo talẽta intelligere possum⁹ sub-
tilẽ intellectũ, & affectũ, bene dispositum, vel sapientiam &
charitatem, *Vnicui que* seruorũ largitus est Christus, *Secun-*
dum propriam virtutem, id est secundũ ipsius capacitatẽ & di
gnitatẽ. Ex quo patet, quod per ista talenta intelligẽda sint
maximè dona gratię gratũ faciẽtis seu gratis datę. Hęc enim
super adduntur naturalibus donis, & perficiunt ea *Et profe-*
ctus est statim i. distributione hac facta propriæ libertati eos
dimisit, vt negotiarẽtur. *Abiit autẽ*, id est, in opus processit, C
& iuit quò deus præcepit. *Qui quinq; talenta acceperat*. Per
hæc quinq; talenta intelligo quinquipartitã gratiã ad viros
apostolicos & perfectos pertinentẽ, videlicet sapientiã, san-
ctitatem, eloquentiam, miraculorum operationem, & disere
tionem in omnibus, *Et operatus est in eis*, id est, per ea, hoc
est, bene vsus est eis & fructuose ea expendit ad dei hono-
rem & aliorum ædificationem, propriamque salutem. *Et*
lucratus est alia quinq;, id est, eisdem donis multum profecit
& creuit, vel alia quæ nondum acceperat est adeptus. *Simi-*
liter qui duo talenta prædicta *Acceperat lucratus est alia duo*,
eo modo sicut præcedẽs quinque, *Qui autem vnũ acceperat*

abiens

D *abiens*, id est, à deo aduersus & ad terrena se vertens, *Fodit in terra*, i. talentū sibi collatum, videlicet intellectualē notitiā & subtilitatē, in sensibilibus mersit & occupauit, abutēs gratia dei, & proximo nihil proficiens, cū tamē Petrus admoneat, Vnusquisq; (inquiēs) sicut accepit gratiam in alterutrū illā administrātes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei, Et *abscondit pecuniā domini sui*, id est, prædictū talentum sibi à deo mutuatū nō produxit in lucē veritatis atq; iustitiæ, sed ad erroré & vanitatē vsus est eo, quemadmodum scriptū est, sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierūt. De talibus loquitur Esaias, Væ qui profundi estis vt à domino abscondetis consilium, quorū sunt in tenebris opera. Itaq; qui abscondit talentū sibi donatum, non acquiescit Apostolo exhortanti, Noli negligere gratiā dei. Et rursus, Collabora, inquit, gratiæ dei. Ideo de seipso testat, Gratia eius in me vacua nō fuit. *Post multum verò tēporis venit dominus seruorum illorum*, id est, in die iudicij, qui multū distat à die ascentionis, venit Christus, Et *posuit rationem cum eis*, id est rationem exiget à seruis suis, discutiēdo qualiter vsi sint beneficiis sibi concessis Et *accedens*, id est, Christo fiducialiter se repræsentās. *Qui quinque talēta acceperat, obtulit alia quinq; talenta*, id est, fructū & meritum operū suorū quæ cōsequutus est bene vtendo suis talentis, *Dicēs*, *Domine quinq; talenta mihi tradidisti, ecce alia quinq; superlucratꝰ sum*, profició do in bonis, & gratiam mihi datā duplicando, vel aliis eam cōmunicando *Ait illi dominus eius*, Iustus omnium remunerator. *Euge* Interiectio est animi exultantis, id est, tibi congaudeo, & bene sit tibi, *Serue bone* in habitu Et *fidelis* in actu, non tuum, sed domini tui quærens honorē, *Quia super pauca fuisti fidelis*, id est, donis gratiæ, quæ parua sunt cōparatione donorū gloriæ efficaciter vsus es, *Super multa te constituā*, id est, perfectū præmiū omniū bonorū aggregatione perfectum & bonū tui appetitus plenarie contentatiuum tibi præstabo, hoc est, meipsius fruitionē, imò meipsum tanquam obiectū beatificum, bonumq; immensum. *Intra in gaudium domini tui*, id est, patriā cœlestem, atq; diuitias gloriæ creatoris, vt immergaris & absorbearis in deū, & impleatur in te quod ait ꝓpheta, Adimplebis me lætitia cū vultu tuo. Itēq;, Satiabor cū apparuerit gloria tua. *Accessit autem & qui duo talenta acceperat*. Sicut de præcedēti, ita de isto subiūgitur

gitur nec est difficultas in litera. Quanuis autē huic seruo di A catur sicut & priori, *Supra multa te constituā, &c.* non tamen amborum est merces æqualis, sed qui pluribus & maioribus donis idoneę est vsus, maiorē cōsequitur gloriā, quā qui pauciorib⁹ atq; minorib⁹ vsus est fructuose. Sicut ecōtrario ampliorem damnationē incurrisser ille quam iste, si negligens fuisset repert⁹. Cū enim augētur dona, rationes etiā crescūt donorū, secundum Gregoriū. *Accedens autē & qui vnū talēta acceperat* Nam & impij adducētur ad Christi tribunal, & ei reipōdere cogētur, *Ait*, *Domine scio quia homo durus es* i. rigorosus & districte vlciscēs Deniq; Paul⁹ ait, Vide bonitatē & seueritatē dei, ꝓpriè tamē est Christus durus, sed iustus & pro tēpore rigorosus, *Metis vbi non seminasti, & cōgregas vbi non sparsisti*, id est, plus requiris quā contulisti, & quæris opera meritoria in his qui ex naturalib⁹ suis mereri nō possunt B imò & infidelibus ad quos non destinasti legatos seu prædicatores, Et *timens* tuam destructionē *Abii & abscondi tuū talentum in terra*, secundum sensum iam præinductum, id est, opera bona omisi, & pauore cōfractus siue diffidens, quod tibi satisfacere possem, cessaui à bene agēdo. *Ecce habes quod tuum est* i. donū quod mihi donasti, recipere potes, nec oportet vt amplius exigas à me. *Respondens autem dominus eius, dixit ei* Omnia ista suo modo fient in iudicio intellectualiter ac repente. *Serue male*, qui teipsum excusas, & domino tuo calumniā facis, Et *piger*, id est, negligens, qui per obediētiam consisti talentū tibi collatum fructuose expēdere *Sciebas quia* ego *meto vbi non semino, & congrego vbi non spargo*, C iuxta sensum iam tactum, *Oportuit ergo te committere*, id est, ad bene vtendum, & erogandum dare, *Pecuniam meam*, id est talentum quod tibi concessi, *Nummulariis*, id est, bonis rectoribus atq; doctoribus, qui more nummulariorum illud aliis erogassent ad acumulandum spirituale lucrum, gratiamque diuinam in seipsis & aliis: vel nummulariis, id est, auditoribus bonis, qui possent dominicam pecuniam duplicare, agendo quod didicerunt, & de virtute in virtutem pergē do, Et *veniens ego* ad iudicandum te. *Recepissem vtique quod meū est*, id est, talentum tibi creditum acceptassem, & bene erogatum fuisse iudicassem, recepissemque illud *Cum vsura* id est, spirituali profectu seu lucro inde exorto, & ita te & illos saluassem. Seruus iste puersus ex propriis verbis damnatione

D natione dignus conuincitur. Quoniam enim agnouit dominum suū esse durū, & metere vbi nō seruerit, debuit esse formidolosus atq; solicitus, ne corā domino suo infructuosus & vacuus appareret, sciens se de negligentia puniēdū. Deinde Christus ait exequutoribus sui iudicij, scilicet Angelis bonis vel malis. *Tollite itaque ab eo talentum* vnicum quod recepit, id est, honore & præmio talenti eum priuate, vt non cedat ei in bonum seu gloriam, sed in malum atque supplicium, *Et date ei qui habet decem talenta*, id est, facite vt cedat ei in gloriam, quia ex comparatione negligentiæ illius, huius diligentia clarius eluceſcet, sicut oppoſita iuxta ſe poſita euidentius innoteſcunt, & etiam quoniā pœna illius auget fœlicitatem iſtius, ſecundum illud, Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Scimus equidem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Cum autē iſtud talentum potius dare dicatur habenti decem talenta, videlicet ei qui quinque talenta duplicauit, quam habenti talenta quatuor, ſubiungitur, *Omni enim habenti dabitur*, id eſt, quanto quis magis in gratia dei profecerit, tanto ampliorem gratiæ multiplicationem in præſenti, gloriamque plenioré habebit in patria, *Et abundabit* in ſpirituali opulentia. Ex quo patet ſecundum quoſdam, quod plus recipit is cui credita ſunt quinque talenta, quā ille cui conceſſa ſunt duo, vel cui vnū, quāuis quidā dicunt oppoſitū, *Et autem qui non habet* id eſt, non dicum poſſidet, Quod enim modicum eſt, pro nihilo reputatur. Vel, ei qui non habet gratiam gratū facientē, ſeu charitatem, vel fidem, quæ per dilectionē operatur. Vel, ei qui nō habent, id eſt, largitori gratiarum ingratus eſt, *Et quod videtur habere*, id eſt, hoc ipſum quod à deo ſortitus eſt, quantū ad donū naturæ ſeu gratiæ gratis datæ, *Auferetur ab eo*, id eſt, nō cedet ei in bonū, vel omnino ſpoliabitur eo, quia nec ſapientia, nec ſciētia, nec opes, nec oratio erūt apud inferos quo iſte & ſibi ſimiles proiicientur. Veruntamen (vt ait Dionyſius) per peccata non deſtruitur natura, ſed læditur. Vnde in dēmonibus naturalia permanſerūt acuta & integra, tamē quò peccator meliora naturalia habuit, eo damnabilior cō probatur. *Et inutilem ſeruū*, id eſt, infructuoſum, qui nec priam ſalutē cum timore & tremore operatus eſt, nec domini ſui quæ ſiuit honorē, nec profuit proximis, *Eiicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentiū*. Hoc totū ſupra

Pſal.17.
Roma.8.
Ecclę.9.
Dionyſius
Epheſi.1.

expoſitum eſt. ¶ Satagendum eſt itaque vnicuiq; noſtrum, vt dona ſibi diuinitus præſtita ſagaciter atq; humiliter pēſet, deo gratus eſſe conetur, & digne ambulet vocatione qua vocatus eſt. Hoc fecit virgo glorioſa cū dixit, Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Vnde Apoſtolus, Nos (inquit) non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Si enim ignorem⁹ quid & vnde habemus, nō agimus gratias, nec benefactorē diligimus. Gratias autē agendo ac diligendo, beneficiis potiorib⁹ adimplemur. Veruntamen inueniuntur quidā vani, nimium imperfecti & friuoli, qui ſi aliquid excellētiæ vel perfectionis in ſe deprehēderint, ſtatim in ſe gloriari, intumeſcere, alioſq; aſpernari incipiūt. *Cū aūt venerit filius hominis in maieſtate ſua.* Dicunt aliqui in iſto cap. tres parabolas contineri, quarū iſta ſit tertia, quā aſſerunt pertinere ad actiuos. Sed quod hic dicitur, nō eſt parabola nō enim aliud per ſimilitudinē ſignificatur, ſed de ipſo iudicio apertiſſimē ſaluator prenuntiat, de quo in duab⁹ præcedentib⁹ parabolis occulte & figuraliter loquebat. Deniq; & ſi eſſet parabola, nō tamē ſolos actiuos concerneret. Agitur enim hoc loco de omnib⁹ gētib⁹ & ſegregatione, examinatione, iudicatione, & premiatione eorū, vt patet inſpicientib⁹ literā. Quia ergo de ipſo iudicio multa prædixit obſcurè, myſticè, nunc deſcribit ipſum, & proceſſum eius aperte. Cum autē venerit filius hominis motu locali & corporali deſcenſu à cælo empyreo ad iudiciū, qui ſecundum ſua diuinitatē immēſus atq; immobilis eſt, in maieſtate ſua. i. in ſua magna poteſtate & corpore glorificato, *Et omnes angeli* ſancti nouē ordinū. *Cū eo.* qui in ſuo primo aduentu venit in humilitate cū paucis & egenis diſcipulis: venient autē angeli ſancti cū eo, & tūc viſibiliter omnib⁹ apparebūt. Primò, propter reuerentiā iudicis. Secundò, ad terrorē malorū. Tertiò, ac excuſationē eorum, qui angelicis inſtinctibus noluerunt aſſentire. Quartò, vt exequātur ſententiā iudicis in reprobos. ¶ Dicit hic quidā, q⁹ miniſterio angelorum bonorū electi deducētur ad cælū, reprobi verò ab angelis malis ad inferos pertrahētur: ſed verius reor, q⁹ electi per dotē agilitatis propria poteſtate aſcēdēt, & velut ſcintillę in arūdineto diſcurrentitē q⁹ angeli ſancti proiiciēt & cōtrudent tā dēmones q̄ hoīes perditos in infernū. Diaboli eñ tā inuite intrabunt in infernū, vt hoīes praui. Ideo eñ ſupra dixit ſaluator, Exibūt

D angeli & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminũ ignis *Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ*.i.in sua iudiciaria potestate residebit. Vel, super sedem maiestatis suę id est, super ecclesiã in qua sedes est dei, Et *congregabuntur*.i. ab angelis coram eo adducentur gentes, quorumcunq; tẽpo rum, graduum, cõditionum, ætatum, & statuum ante eum, Et *separabit eos ab inuicem*, loco & voto, ac præmio, *Sicut pastor segregat* tempore serotino *Oues ab hœdis* in diuersis stabulis eos locãdo. In die enim simul pascuntur, sed de sero segregã tur, sic durante die ac tempore gratiæ simul in ecclesia hãhitant & vescuntur electi & reprobi. Porrò in fine tempo-
E ris huius, hoc est, in consummatione seculi secernẽtur ac diuidentur Et *statuet*, id est, firmiter ponet filius hominis non humana, sed diuina virtute, *Oues quidem*, id est, electos qui propter innocentiam, simplicitatem, vtilitatem, & operum bonorum fœcunditatem ouibus cõparantur: iuxta illud, Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. de quibus loquitur Christus, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, Et alibi, Ecce ego ipse pascam oues meas A *dextris suis* vel ad literam, ad latus suũ dextrũ, tanq̃ in loco digniori. Vel à dextris.i.in bonis suis iucundis & prosperis, in consolatione & spe bona, ita q̃ ignis conflagrationis eos non lædet pro tunc *Hœdos autem* statuet A *sinistris*.i.in loco oppositio, & in aduersis ac tristib⁹ in desolatione, & ignis prædicti cõbustione, qui significatur per hœdos, quoniã hœdus est animal perulãs lasciuum, infructuosum, semper feruens ad coitũ. *Tunc dicet rex*, videlicet Christus, qui habet in vestimento & in fœmore
F suo scriptum, Rex regũ & dominus dominãtiũ, de quo Hieremias testatus est, Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiã in terra. Et Psal. Deus iudicium tuum regi da *His qui à dextris eius erunt* qui stabunt in magna cõstantia aduersus eos qui se angustiauerũt *Venite* ad alta cælorũ *Benedicti patris mei*.i.sanctificati, gratiisq; repleti à patre meo deo æterno & adorãdo *Possidete* hæreditaria perpetuaq; possessione *Paratum vobis regnũ à constitutione mundi*.i.cœlũ empyreum, eiusq; delitias in principio mundi creatum, & ad inhabitationem electorũ aptatum. Nec obstat quod dominꝰ ait, Vado parare vobis locũ. Cælestis enim patria ante cõstitutionẽ mũdi parata est sanctis secũdũ prædestinationẽ, à principio mũdi per creationẽ, in Christi passione & ascensione, quantum

quãtum ad meritũ introeundi & ianuæ apertionem *Esuriui* A *enim, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere*. Ponit hic sex opera misericordiæ, quibus addi solet septimum, scilicet mortuorum sepelitio. Quomodo autem electi exhibuerint hæc Christo, ipse post pauca exponit *Hospes*.i.peregrinus *Erã & collegistis*.i.ad hospitium vestrum induxistis Me prout in Esaia habetur, Egenos, vagosque induc in domum tuam. Vnde & Iob, Foris (inquit) non mansit peregrinus, o- Iob. 31.
stium meum viatori patuit. Hinc Paulus hortatur, Hospitali Heb. 31.
tatem nolite obliuisci, per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis, videlicet Abrahã & Loth, *Nudus, & operuistis me* vestibus, prout monet Iohannes Baptista, Qui Iohan. 3.
habet duas tunicas, det non habenti, *Infirmus* fui, *Et visitastis* B
me, consolationem & opem exhibẽdo. Hinc enim in Eccle- Eccle. 7.
siastico scriptum est, Non te pigeat vsitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaberis. Et Iacobus, Religio (ait) munda & immaculata apud deum & patrẽ hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ & immaculatũ se custodire ab hoc seculo *In carcere eram, & uenistis ad me* alẽdum, cõsolandum, seu liberandũ, quia vt scriptũ est, Erue eos qui ducuntur ad mortẽ. *Tunc respondebunt ei iusti dicentes, Domine, quãdo te vidimus esurientẽ & pauimus? sitientẽ & dedimus tibi potum? quãdo autẽ te vidimus hospitem? &c.* Ista interrogatio nõ oritur ex dubitaione, sed pietate & admiratione de iudicis dignatione, & itẽ ex desiderio audiendi iucundũ responsum. Eorum quippe conscientia protestabitur eis, quod vera sint iudicis verba, & scient q̃ Christus reputat sibi factum, quod suis fit mẽbris, nã ideo ista fecerunt. *Et respõdens rex, dicit illis, Amen dico vobis, quãdiu*, id est, quandocunq; vel quantum- C
cunq; *Fecistis vni de his fratribus meis minimis*, id est, alicui inopi quantumcunq; in hoc seculo vili & abiecto *Mihi fecistis*. Isti enim sunt corpus meũ mysticum, & caro mea, & tam grata habeo bona eis facta, acsi meæ personæ essent exhibita, dũmodo ex charitate, & ꝓpter me facta sunt eis. Ob id autẽ quod ait, Quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis mihi fecistis, videtur Hieronymus dicere quod Christus nõ pascatur, potetur, hospitetur, operatur vel cætera misericordiæ opera sibi reputet facta, nisi in pauperibus spiritu, qui sunt fratres Christi, pertinentes ad gregem ipsius. Sed quantis Christus in illis specialiter sit, & opera eis impensa sibi

D facta profiteatur: tamen meritorium est quibuscunq; pauperibus benefacere propter deum, & quoniã sanctæ trinitatis insigniti sunt imagine gratiæ, gloriæq; capaces, *Tunc dicet & his qui à sinistris eius erunt, discedite à me maledicti in ignem æternum.* Per ignem infernalem intelliguntur cætera gehennæ supplicia, de quibus ait Psalmista, Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur & spiritus procellarũ pars calicis eorum, *Qui paratus est diabolo* primo apostatæ, *Et angeli eius,* de quibus in Apocalpsi scribitur, Draco pugnabat & angeli eius. Itemq; Apostolus, Nescitis (ait) quia angelos iudicabimus? ¶ Ignis iste secundũ quosdam à principio mundi simul cum cœlo empyreo factus & angelis malis paratus est. Dicunt enim infernum simul cum cœlo creatũ. Vnde in Esaia legitur, Præparata est ab heri, Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, esca eius ignis & lingua multa. Trophet vocatur gehenna. *Esurivi, & non dedistis mihi mãducare: sitivi & nõ dedistis mihi bibere, &c.* Ideo condemnantur, quoniam opera misericordiæ non fecerunt. Iudicium enim sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. *Tunc respondebunt ei,* videlicet Christo iudici, *Et ipsi, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?* Hoc dicunt desiderantes se excusare, *Tunc respondebit illis, dicẽs, Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de minoribus his* id est fratribus meis minimis *Nec mihi fecistis,* hoc est, quod illis negastis & subtraxistis, mihi negastis & subtraxistis.

¶ An istud iudicium fiet vocaliter vel solum mentaliter, nõ est certum, quanuis aliqui satis audenter ad hoc respondere præsumant, temere diffinientes, quod sine periculo ignoratur: multis tamen magnis viris apparet probabilius, quod prolatio sententiæ erit vocalis. ¶ Denique de isto iudicio manifeste prædictum est in Daniele, Multi de his qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt, alij in vitam æternam. alij in opprobrium. Vnde nunc subditur, *Et ibunt hi,* vtpote qui à sinistris erunt, *In supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* ¶ Locus iste sancti Euangelij admonitione potius indiget, quam expositione Cogitemus ergo & intimo corde pensemus futuri iudicij rigorem, horrorem & intolerabilitatem, dulcedinem verborũ istorum, Venite benedicti patris mei, & gaudia electorum, amaritudiné quoq;

Pſal.19.
Apoc.12.
1.Cor.6.
Esa.30.
Iaco.2.
Deut.12.

illius sententiæ, Ite maledicti in ignem æternum, & inferna A
lium suppliciorum vehementiam sempiternam, reproborum calamitatem, desperationem & incomprehensibilem desolationem. Item quam pauẽdũ & graue ac doloroſum erit dæmonibus eternaliter sociari, eterneq; oblinioni traditũ esse.

¶ Quæri potest, cur Christus dicat in futuro iudicio discẽptationẽ fieri potius de operibus misericordiæ quàm charitatis vel iustitiæ, quum tamen de omni peccato futura sit ibi discussio, nec omnes electi, de quibus iã sermo est, opera misericordię fecerint, vt patet de pauperibus & religiosis quàm pluribus, pfæsertim de clausis & anachoritis? Dicẽdum quòd ideo, quoniam opera misericordiæ sunt magis connaturalia homini. Nihil enim naturalius quàm benefacere consorti naturę. Secundò, quoniam opera misericordiæ directe & euidẽter includunt charitatem, virtutum reginam. Tertiò, vt appareat quàm iuste negetur reprobis tunc misericordia, qui nũc proximo misericordiam nõ impẽdunt. Quarto, vt homines ex his verbis Christi incitentur ad opera pietatis. Quinto, quia scriptura specialissime & copiosissime hortatur, laudat atque beatificat opera misericordię. Siquidem beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Et, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem Sextò, ad insinuandum, quòd vniuersa salus nostra & gratia, & quicquid in nobis boni est, ex misericordia dei procedit, dependet, perficitur. Postremo, per coporales misericordiæ actus, dantur intelligi spiritualia misericordiæ opera, quæ illis præstantiora & magis meritoria perhibentur. B

¶ Cap. XXVI. De passione Christi, *Et factum est, cum consummasset Iesus sermones.* C

ARTICVLVS. XLI.

H Ora est, vt præparemus nos ad intuendum filium hominis pro nobis in cruce leuatum per serpẽtẽ æneum à Moyse pro signo erectum, significatũ: vt sicut Iudæi inspiciendo serpentem illum, sanabantur à morsu serpentum: sic nos intuendo per fidem, affectum, & imitationem, saluatorem propter nos in patibulo eleuatũ, sanemur à morsibus diabolorũ, à læsione peccati à tentationis veneno. ¶ Christus quippe in cruce suspensus, liber est, in quo omniũ virtutũ perfectiones, omnium contemplationum sublimitates, & quicquid ad salutem pertinet, quicquid

Num. 2. Iohan. 13.

D ad speculationis apicem spectat, mirabiliter, ineffabiliter, & supernaturaliter leguntur, discuntur, resplẽdent. Descripturus itaque gloriosissimus, sapientissimusq; Euãgelista, sublimis apostolus, sanctus Mattheus passionẽ domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, ita exor
Col. 2. sus est. Et *factum est cum consummasset* i. terminasset *Iesus*, filius dei, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, *Sermones hos omnes*, qui in præcedentibus sunt descripti capitulis, *Dixit discipulis suis*, præsertim apostolis, ad quos fecit sermonem præscriptum, qui in duobus præcedentibus capitulis positus est. *Scitis, quia post biduum* id est, post duos dies, videlicet istum in quo hæc loquor, & immediate sequentem. *Pascha fiet* i. paschalis celebritas incipietur, & immolabitur agnus paschalis. Vnde Lucas sic habet. Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Porrò
E de diuersis acceptionibus huius nominis pascha cito dicetur.

¶ Ista autẽ locutus est Iesus feria tertia in hebdomada passionis, agnus verò paschalis immolabatur feria quinta eiusdẽ hebdomadæ hora vespertina, in qua incepit paschalis festiuitas, hoc est, die seu luna quarta decima Aprilis ad vesperam, qui mensis apud Iudæos est principium anni ac mensiũ.
Exod. 12. Sic enim dominus iusserat Moysi in Exodo. Hac enim die & hora præcepit dominus filius Israel offerre, & mãducare agnum paschalem in terra Aegypti. Vnde pascha, quod Hebriacæ dicitur phase, non à passione, sed à transitu nomẽ accepit secundum Hierony. & August. Primò, quoniam filii Israel eadem nocte egressuri erãt cum festinatione de terra
F Aegypti. Secundò, quoniam nocte illa angelus, interfector primogenitorum Aegypti, vidẽs fores Israel sanguine agni perfusas, transiliit pertransitq; Iudæos, non tangens quenquam eorum. Tertiò, quoniam præfigurauit trãsitum Christi ex hoc mũdo ad patrẽ, & quia præscriptus sermo in monte olyueti factus est, puto quod in eodẽ loco Christus passionem suã prædixerit. Denique passionem suam prænuntiauit Apostolis. Primò, ne videretur improuise seu nescienter cõprehensus & passus. Secundò, vt animos discipulorum cõtra futura scandala roboraret: Iacula nempe præuisa minus lædunt. Tertiò, vt mõstraret se non timere eos qui corpus occidunt, dum nec locum passionis, nec aduersarios suos declinauit, sed adiit. Aduertendum quoq;, quòd in præhabita Salnatoris

uatoris interrogatione, qua ait, Scitis quia post biduum, &c. A duo includuntur, quorum vnũ sciebant apostoli s. quòd post biduum pascha fieret, aliud ignorabant, videlicet quòd post duos dies Christus occideretur. Nouerant quidẽ ex frequenti Christi prænuntiatione, quòd filius hominis de proximo esset interficiendus, sed determinatum diem hucusque ignorasse videntur, *Tunc congregati sunt principes sacerdotum*, non tunc, id est, eodem die, quo Christus dixit verba inducta, videlicet tertia feria: sed tunc, id est, illo tẽpore, vtpote die immediate sequenti, seu feria quarta qua Christus mansit in Bethania: dans impiis locum & tempus libere cõsulendi de sua morte, non tamen ideo mansit directe, vt illi hoc facerent, sed ne propriam passionem impediret, acceleraret, vel aliter quàm prophetatũ fuerat, adimpleret. Oportuit enim, vt propter verificandas scripturas à discipulo venderetur, quod B factum est feria quarta, nec factũ fuisset, si tunc ingressus fuisset Hierusalem. Tunc ergo congregati sunt principes sacerdotum, id est, pontifices, quorũ vnus alteri in sacerdotii principatu successit, quorum nomina ponit Lucas in actis Apost. Act. 4.
videlicet Annas, Caiphas, Iohannes & Alexander, Et *seniores populi*, qui erant septuaginta, & iudices ordinarii, successores, septuaginta seniorum, quos Moyses statuit, horũ multi fuerunt scribæ & pharisæi. Ab his autem qui videbãtur regere populũ, egressa est primo iniquitas in populo. Ipsi nanque primo conceperunt odium contra Christum, quo facto, seduxerunt vulgum, auertentes plebem à Christo. In *atrium principis sacerdotũ*, *qui dicebatur* Caiphas eratq; pontifex anni illius secundum Iohannem, Et *concilium fecerunt, vt Iesum* C *dolo tenerent*, id est, insidiose & fraudulenter comprehenderent, quem non audebant publice capere, nec poterant iuste ligare, Et *occiderent* eum morte turpissima satiando se pœnis eius. Iam enim frequenter proposuerunt eum occidere, & conati fuerunt eum nunc lapidare nunc comprehendere, sed Iesus exiuit de manibus eorum, sicuti in diuersis capitulis testatur Iohãnes. Insuper Lazaro suscitato, mox quidam qui suscitationi eius interfuerunt, abierunt, & nuntiauerunt pharisæis, tuncque immediate collegerũt pontifices & pharisæi consilium, dicẽtes, quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Cumque respondisset Caiphas, Expedit vobis vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat,

D pereat, ex illo eodem die cogitauerunt, & firmiter decreuerunt interficere eum. Sed quia frequēter euasit manus eorū, ideo nunc consultabant de modo tenendi, occidendique eum: præsertim quoniam die præcedenti durissime increpauit & grauissime offendit eos, vt supra iam patuit, audieruntque eum dixisse, Non me videbitis amodo, &c. vnde suspicabantur quod fugeret, & multos sibi discipulos congregaret. *Dicebant autem*, *Non in die festo*, id est, non teneamus nec occidamus eum, durante solennitate paschali iam imminente, *Ne forte tumultus*, id est, seditio & ingens turbatio, *Fieret in populo*. Tunc enim populus vndique confluxit in Hierusalem propter festiuitatem, & sciebant principes sacerdotum,

E quòd multi de populo credebant Iesum esse, vt propheram, vel Christum in lege promissum, ideo verebantur ne isti cōtradicerent atque resisterent eis, & Christum (quamuis captum) eriperent. Magis ergo timuerūt vulgum quam deum: nec propter scandalum populi deuitandum voluerunt Christi passionem deferre vsque post pascha, sed ne Christus à populo eriperetur atque euaderet. Veruntamen istud cōsilium postmodum mutauerunt Iuda veniente ad eos, qui dedit eis inopinatum, oportunumque modum exequendi quod cupiebant. *Cum autem*, id est, sabbato ramis palmarum. *Esset Iesus in Bethania*, iuxta illud, Iesus ante sex dies paschæ venit

F Bethaniam. Vt enim refert Euangelista Iohannes, cum post suscitationē Lazari decreuissent Iudæi occidere Iesum, abiit in regionem iuxta desertum in ciuitate quæ dicitur effrem, sed sexto die ante pascha, & cœnam, venit cum discipulis suis Bethaniam, *In domo Symonis leprosi*. ¶ Ambrosius libro sexto super Lucam, videtur asserere, quod Symon iste adhuc leprosus, sic etenim ait, Apparet quod Christus leprosum non refugit, non vitauit immundum, vt maculas humani corporis posset abluere. Hieronymus autem hoc loco affirmat, quòd tunc non erat leprosus, sed ante curatus fuit à Christo, retinuit tamen nomen leprosi. Quemadmodum & Matthæus post suam conuersionem vocatus est publicanus, & istud communius tenetur, probabiliusq; videtur, quia Iudæis non licuit ingredi ad leprosos. In domo autem Symonis huius fuerunt hac vice cum Christo non solum discipuli eius, sed etiam Maria Magdalena, Martha, & Lazarus, vt patebit. Iohannes enim manifestę sic habet: fecerūt ei cœnam ibi

ibi, & Martha ministrabat, Lazarus autem erat vnus ex discū A
bentibus. Sed quia hic dicitur & Martha ministrabat, Origenes & multi eum sequentes, dixerunt, quòd cœna hęc fuit in domo Marthæ, verum quia hoc loco & in Marco clarissimè dicitur, quòd effusio vnguenti de qua statim subdetur, quam omnes dicunt factam in cœna prædicta, fuit in domo Symonis leprosi, dicendum est, quòd cœna ista celebrata sit in domo ipsius. Sed rursus videtur hoc posse solui, per id quòd hoc loco ait Hieronymus, ipsam Bethaniam, quæ interpretatur domus obedientiæ, quondam fuisse Symonis leprosi, atque per hoc quòd Christus fuit atque cœnauit in domo Symonis huius, non excluditur, quin cœnauit in domo Marthę, cuius domus fuit in Bethania. Huic verò obuiare videtur istud Marci, Quum esset Bethaniæ in domo Symonis leprosi, ex quo concluditur, quòd domus Symonis erat pars B
Bethaniæ, & hoc idem dicit Ambrosius. Ad argumentum autem Origenis dicendum, quòd Martha ministrabat in domo alterius propter reuerentiam Christi, & etiam quia fortassis propinqua & familiaris erat Symoni huic. Solent nanque amici interdum seruire in domibus propinquorum familiariumque suorum, *Accesit ad eum mulier* videlicet Maria Magdalene *Habens alabastrum* hoc est, vas factum de alabastro, q̄ est genus marmorei lapidis, in quo vnguenta seruantur illæsa, Et *effudit super caput ipsius* Iesu *Recumbentis*, hoc est, in mensa sedentis, & manducantis, seu quiescentis.

¶ Bis in euangelio legitur Christū profusum vnguēto fuisse C
à muliere. Primò, in Luca apud quem habetur, q̄ mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrū vnguenti, &c. Secūdò apud Iohannē, vbi scriptum est, Maria accepit libram vnguēti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & domus impleta est ex odore vnguēti. Et de hac secūda vnctione nunc agitur, quia fuit occasio vēditionis Christi, vt subditur, Sed an vtraq; vnctio facta sit ab eadē fœmina, scilicet Maria Magdalena dissentio est inter sanctos doctores. Hieronym⁹ enim & Chrysostomus dicunt, quòd non, Ait quippe hoc loco Hiero. Nemo putet eandem esse, quæ super caput effudit vnguētum, & quæ super pedes, Illa enim lachrymis lauat & crine tergit, & peccatrix appellatur. De hac autem tale nihil scriptum est.

Augustt.

D Augustinus verò, Gregorius, Beda, & Ecclesia communiter tenent oppositū, quod probat Augustinus, quia apud Iohannem legitur, quod Maria vnxit dominum vnguento, & post capite sequenti rursus describitur Maria pedes Iesus vnxisse. ¶ Porrò, Ambrosius super Lucam relinquit sub dubio. Tangit enim responsionem pro vtraque parte. Veruntamen salua in omnibus beatissimi Hieronymi reuerentia non videtur dictum eius quibusdam probabile. Dixit enim nihil tale scriptum esse de hac muliere quæ vnxit caput Iesu, videlicet Maria Magdalena, de cuius vnctione, in Bethania facta nunc agitur, sicut de illa de qua recitat Lucas, quod stans retro secus pedes Iesu, lachrymis cœpit rigare pedes eius. Cui obiiciat quòd de Maria sorore Marthæ ac Lazari scriptum est apud Iohannem, quòd capillis suis extersit pedes saluatoris, & quòd vnxit pedes eius, quorum vtrūque etiam recitat Lucas, Rursus in Marco legitur, Surgēs Iesus mane, primo sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia, id est, septem peccata mortalia secundū expositores, ex quo constat Mariā Magdalenam peccatricem fuisse, cui consonat eius legenda, in qua ipsa fertur dixisse sacerdoti eam in heremo inuenieti, quòd ipsa esset famosa illa peccatrix, de qua in Euangelio legitur. ¶ Præterea non solū eadem fœmina est, quæ effudit vnguentum super caput & pedes Christi, sed etiam eadem hora Maria Magdalena fecit vtrunque. Iam enim ostensum est quòd Matthæus nunc describit vnctionem in Bethania factam passione instante, & illam Matthæus ac Marcus asserunt factam super caput Iesu recumbentis. Iohannes verò scribit factā super pedes ipsius. Necesse est ergo fateri, quod vnxit pedes & caput. In prima tamen vnctione non legitur: nisi pedes vnxisse. Dicendū est ergo cum Beda, quòd Maria hæc bis vnxit Christum, semel in Galilæa in domo Pharisæi ex contritione sequens Christum, & lachrymis pedes eius lauans, vt indulgentiam conseqeretur. Alii tamen dicunt quòd hoc factū sit in Hierusalē. Secundò, in Bethania ex reuerentia & deuotione, ideo Lucas describit eam nomine peccatricis. Matthæus verò nomine mulieris, quia iam altera fuit secundum statum & meritū, vt tangit Ambrosius. Et quoniam Maria vnxit caput Iesu, dicunt aliqui quòd istud vnguentum non erat grossæ materiæ, vt cætera vnguenta. Indecens enim videretur tale vnguētū super

super caput hominis fundere, sed subtilis, videlicet liquor A
prætiosus de re aromatica expressus, seu lachryma de arbore aromatica fluens, quæ herba seu arbor dicit nardus. Vnde ait Iohannes, quòd Maria accepit libram vnguenti nardi pistici, id est, fidelis & puri non mixti, nec sophisticati: in quo tangit prætiositatem vnguēti illius, ita quod pistici refertur ad vnguentum. Nardus verò hæc habet spicas quasdam ex quibus liquor iste extrahitur siue diffunditur, vt aliqui referunt, ideo Marcus refert, quod mulier ista habuit alabastrū vnguenti nardi pistici spicati, hoc est, spicas habentis, Hoc ergo vnguentum quia refrigeratiuum, confortatiuum, & odoriferum fuit, fudit Maria super caput & pedes domini Iesu, qui nudo capite, & nudus pedib⁹ legitur incessisse, Quēadmodum aqua rosacea fundi solet super caput æstuantis. *Videntes autem discipuli* prædictam effusionē vnguenti, *Indignati sunt dicentes, Vt quid perditio hæc?* hoc est, Cur vnguentum hoc tam innutiliter fusum est. Secundum exposito res communiter ponitur hoc loco plurale pro singulari, per figuram synecdochem, ita quòd solus Iudas murmurauit, & verba hæc protulit. Vnde apud Iohannem solus Iudas fertur hoc factum reprehēdisse: sed quia apud Iohannem Christus pluraliter respōdēdo, ait, Sinite illā &c. probabile est quod etiam aliqui alij indignabantur, sed alia intentione, quàm Iudas Nam Iudas ideo tristabatur, quia præmium vnguēti cupiebat furari, aliis autem quibusdam apparebat melius fuisse, quòd præcium vnguenti erogatum esset pauperib⁹, ideo subditur, *Potuit enim vnguentum istud venundari multo*, hoc est, vendi pro pretio magno, Et *dari pauperibus*, Vnde apud Iohannem traditor ait, Quare vnguentum hoc non væniit, hoc est, vēditum est trecentis denariis, & datum est egenis, In Marco verò discipuli leguntur dixisse, potuit vnguentum istud venundari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et forte discipuli hoc dicentes, incitati erant à prodi tore, qui suam cupiditatem palliauit simulando pietatem ad pauperes. *Sciēs autem Iesus* quàm bene mulier illa fecisset, & quàm iniuste Iudas indignaretur, vel etiam alij qui adhuc rudes erant, nec magistri sui dignitatem pensabant, cuius erat tanta nobilitas, vt totius mundi vnguenta minus pretiosa erant, ad eius contactum & perfusionem, *Ait illis, Quid molesti estis huic mulieri?* Nam & fremebant in eam secūdum Marcum.

D Marcum, Tanquam dicat irrationabiliter mouemini contrà eam. *Opus enim bonum operata est in me*, quia infundendo vnguentum super me nõ perdidit illud, sed religiosissime fecit ex charitate & deuotione, magistrum suum honorans & recreans. *Nam pauperes semper habetis vobiscum* quam diu estis in vita præsenti, & ergo potestis eis quotidie benefacere, *Me autem non semper habebitis* in hoc seculo modo, quo nunc inter vos viuo & ambulo, sensibiliterque vobiscum cõuersor. De tali præsentia ait Christus post resurrectionem. Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis cum adhuc essem vobiscum. Et etiam ante passionẽ, O generatio incredula, quãdiu apud vos ero? Nec obstat, quod ait infra capite vltimo, Ecce ego vobiscum sum cunctis diebus vsque ad consummationem seculi. Hoc enim ait de præsentia sua per gratiam, &
E sacramentalem existẽtiam, potissimum autem de præsentia sua per diuinitatis suæ maiestatem ac prouidentiam. *Mittens enim hæc mulier vnguentum hoc in corpus meum*, id est, super caput & pedes corporis mei *Ad sepeliendũ me fecit*, hoc est, nunc fecit quod faceret mihi in sepulchro si posset. Voluit enim Maria hoc corpus Christi vngere in sepulchro, sed nõ potuit, quia iam resurrexit, ideo Christus voluit sibi nũc
F exiberi, quod nouerat sibi in die resurrectionis nõ esse exhibendum, Vel sensus est, quòd hoc facto præfigurauit sepulturam meam cito futuram, exibendo mihi sepulturæ officium, scilicet corporis vnctionem, quod Iudæi communiter exibeant sepultis. Quemadmodum Ioseph & Njcodemus fecerunt Christo occiso. Vtrique autem expositioni cõsonat quod in Marco dixit Saluator, Prævenit vngere corpus meum in sepulturam. Hinc & apud Iohannem ait, Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. *Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium*, Hoc est euangelica facti huius historia, seu euangelica doctrina, in qua opus huius fœminæ continetur *In toto mundo*. Ecce Iesus passioni suæ iam proximus nouerat toto orbe terrarum Euangelium suum disseminandum *Dicetur* à fidelibus. *Et quod hæc fecit* id est, quòd mulier ista, hæc opera pietatis mihi exhibuit, caput meum vngendo, pedes lauando atque tergẽdo. Vel sic, & quod hæc fecit, id est, hoc opus vnctionis, quod hæc mulier mihi impendit *In memoriam eius* hoc est ad laudem mulieris istius, hoc est, à fidelibus recitabitur

bitur opus istud tanquam virtuosum ad laudẽ istius deuotæ. A Secundum quòd Salomon ait, Memoria iusti cum laude, nomen autem impiorũ putrescet. Hoc videmus impletum, Omnes equidem commendamus Mariam Magdalenam in opere isto. ¶ Spiritualiter debem⁹ & nos caput Christi vngere pretioso vnguento, pedesq; eius vita exemplari & bona fama, vtranque Christi naturam, puta diuinam, quæ designatur per caput, & humanam quæ per pedes exprimitur, hono rãdo vt clarificẽt & magnificetur Christus in seruulis suis. ¶ Denique qui delectatur in domino, qui studet in omnib⁹ facere quæ sunt placita deo, hic vngit Christum, ita vt deliciæ Christi sint esse cum eo. Qui eiusmodi sunt, dicere possunt cum sponsa. Cum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, Et cũ si Apostolus Christi bonus odor sumus in omni loco. Itemque, in omni fiducia magnificabitur B Christus in corpore meo, siue per vitam siue per mortem. *Tunc* non eo die quo facta est vnctio iam descripta, & quando hæc verba locutus est Iesus: sed tunc, id est, circa hoc tempus, videlicet feria quarta *Abiit vnus de duodecim* Apostolis, *Qui dicebatur Iudas Iscariot* de quo ante passionem Christus dicebat, Nónne vos duodecim ego elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Iudas ergo fuit vnus illorum, vocatio ne, non prædestinationen, omine, non merito. ¶ Denique Iohan. 13. egresso Iuda sancta illa collectio mundata fuit à filio tenebrarũ ac perditionis, Propter quod Christus statim post Iudæ abscessum dixit, Nunc clarificatus est filius hominis. Di- C citur autem Iudas Iscariot, quia (vt legitur) natus fuit de vico nomine Iscariot, qui fuit in sorte & familia Isachar *Ad principes sacerdotum* quos percepit congregatos, & probabiliter æstimauit quod ad tractandum de morte Iesu, præsertim quia & à Christo audiuit quod post biduum traderetur ad crucifigendum, ideo absolutè & securè interrogat. *Quid vultis michi dare & ego vobis tradam*? Tanquam dicat, Scio cur conueniſtis, & paratus sum vestrum desiderium perducere ad effectum, dummodo detis mihi quod cupio pretium. *At illi constituerunt* hoc est, dare promiserunt *Et triginta argenteos*, secundum Lucam, Marcum, gauisi fuerunt auditis sermonibus Iudæ. Promisit enim quod traderet eum occultè, idcirco mutauerunt consilium, quo ante decreuerunt, dicentes, Non in die festo videbatur enim eis, q̃ non

posset

D posset esse conuenientior modus capiendi Christum, quàm vt à proprio venderetur ac traderetur discipulo, quia & sic ipsi quodammodo viderentur esse immunes: & Christus videretur esse iniquus, quasi qui à proprio discipulo prodereretur ad mortem. Iudas verò spopõdit se traditurum Iesum illis. cum constituissent ei triginta argenteos. Tanti enim valoris erat vnguentum prædictum, cuius prætio intantum doluit se frustratum, vt desiderio recuperãdi illud, venderet Iesum. Quiliber nanque aliorum triginta argenteorum valuisse dicitur decem denarios vsuales, sicque triginta argẽtei valebant trecentos denarios, quod fuit prætium huius vnguẽti & patuit, O infœlix Iuda, quã parui prætij filius dei in a-

E nimo tuo, nec mirum quia auarus fuisti. Auarus autem non solum Christum, sed & animam suam habet venalem. *Et exinde* hoc est, ab hac hora *Quærebat* Iudas *Oportunitatem* id est, conuenientiam loci ac temporis, *Vt eum traderet* Iudæis siue turba credente seu libenter audiente Christũ. *Prima autem die azimorum*, Hoc est, feria quinta in hebdomada passionis quæ fuit vigilia Parasceues, & decimaquarta luna Aprilis (vt prædictum est) & dicitur prima dies azymorum id est panum non fermentatorum, quia à vespere huius diei inceperunt Iudæi vesci azymis panibus, quibus & vescebantur vsque ad vesperam vicesimæ primæ diei eiusdem mensis, videlicet septem diebus, prout præceptum fuit in Exodo,

F *Accesserunt discipuli* id est, Apostoli *Ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha* Hoc est, agnum paschalem,

¶ Hoc loco discuti habet dissentio quæ est inter Latinos & Græcos de tempore cœnæ & passionis, atque de materia in qua Christus corpus proprium consecrauit. Dicunt itaque Græci quod Christus sciens se occidendum in die festo Paschæ, hoc est, feria quinta secundum eos anticipauit per vnũ diem manducationem agni paschalis, commedens illum feria quarta, seu luna decima tertia. Et quia hoc die Iudæi edebãt panem fermentatum: dicunt ꝙ Christus infermentato confecit, & sic ipsi conficiunt asserentes se imitari institutionẽ Christi. Dicũt ergo quòd Christus crucifixus fuit feria quinta Verùm quia hoc manifeste contrariũ est verbis Euangelistarum Matthæi, Lucæ & Marci, dicẽtium, quòd prima die azymorum Christus cœnauit, & sacramentum alaris instituit, in tantam prorumpunt vesaniam, vt dicant beatissimos istos

istos Euangelistas erasse & falsum scripsisse, & à Iohanne A
qui vltimo scripsit Euãgelium suum esse correctos, dum ait, Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, &c. vbi docet cœnam factam die paschalem festiuitatẽ præcedente. Probant igitur suam insaniã, primò authoritate Iohannis iam allegata. Dies enim festus paschæ vocabatur, in quo agnus paschalis immolabatur ac edebatur, vi delicet feria quinta. Ergo ante hanc feriam Christus cœnauit atque confecit. Secũdò, per hoc quod in Iohanne habetur, quia Iudæi non introierunt prætorium Pilati, ne contaminarẽtur, sed vt manducarẽt pascha. Ergo die quo agnum paschalem edebant, crucifixerũt Christum. Tertiò, quoniam mulieres in die Parasceues parauerunt vnguenta. Hoc autem non li-
quit feria sexta, eò ꝙ dies illa fuerat celeberrima. Dies er- B
go Parasceues in quo passus est Iesus, fuit feria quinta & luna decimaquarta. Sed istæ Græcorum persuasiones soluuntur faciliter per distinctionem huius nominis pascha, quod in scripturis diuinis diuersis modis accipitur, Vno modo Acto. 18.
pro tota hebdomada azymorum, sicque in actibus Apostolorum dicitur de Herode, quod voluit post pascha producere eum scilicet Petrum populo. Secundò, pro ipsa celebritate paschali, scilicet pro die sequente vesperam, qua manducabatur agnus paschalis, videlicet, pro die seu luna quintadecima sic sumitur secundum vnam expositionem apud Lucam, Appropinquabat dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Tertiò, ꝙ hora immolationis & comestionis agni paschalis. Quemadmodum in Marco scriptum est, Erat pascha & C
azima post biduum. Quartò, pro quocunque cibo vel pane quo vescebantur Iudæi, durante festiuitate paschali. Sic sumitur apud Iohannem, Iudæi non introierunt prætorium, vt manducarent pascha, hoc est, azymos panes, quibus duntaxat vescebantur septem diebus, nec licuit eis vesci his panibus, nisi essent mundi secundum legem, secundum quam cõtaminabantur ingrediendo domum Gentilium, per quod patet solutio secundi argumenti Græcorum. Non enim sumit Iohannes loco præallegato pascha pro agno paschali, sed panibus azymis. Quintò, accipitur pro agno paschali. Sextò, Cor. 5. 1.
pro figurato illius agni, hoc est, pro Christo, de eo cantat Ecclesia, Ipse enim verus est agnus. Vnde Apostolus, Pascha (inquit) nostrum immolatus est Christus. Septimò, pro fe-

Fe stiuita-

Dstiuitate epularum paschalium, quemadmodum scriptū est 2.paralipomenon lib Non fuit tale phase à diebus Iudicum quale fecit Iosias ¶ Ex his insuper patet respōsio ad primā Græcorū instanstantiam. Cum autem ait Iohannes, Ante diē festum paschæ, &c. non sumit diem festum pro die immolationis agni, sed pro die sequenti quæ erat celebrior, cuius celebritas inchoabatur à vespera præcedentis diei. Ad tertiam persuasionem eorum dicendum, ꝙ parare vnguenta pro defuncto vngendo, non fuit opus seruile, sed religiosum & piū ideo licuit die parasceues ¶ Denique secundum veritatem legalia seu cærimonialia legis cessauerunt, mox Christo oblato seu passo quantum ad obligationē, Patet ergo quod E Christus celebrauit cœnam nouissimā feria quinta. Et quia tunc Iudæi non vtebantur fermentato, constat quod Christus confecit in azymo. Rursus, quia nō venit soluere legē, sed adimplere, certum est, quod nō manducauit carnes agni paschalis cum panibus fermentatis, sed azymis. ¶ Postremo quod Græci asserunt tres Euāgelistas errasse, authoritatem & firmitatem scripturæ canonicæ confundit, ac destruit. Nā Matt 5. qua ratione conceduntur Apostoli, Euangelistæ, vel prophetæ errasse alicubi, eadem ratione cōcederentur errasse, & alibi, tanquam proprio sensu, & spiritu humano loquuti. Ex hoc quoque sequeretur scripturam canonicam datam, & inspiratam non esse à spiritu sancto: cōtra quod ait Saluator, Iohan. 4. F Paracletus spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo, docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Et alibi, Cum venerit (inquit) ille spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem. ¶ Præterea, qualem apparentiam habet hoc quod tres Euāgelistæ obliti fuissent, quā die Christus cœnauit, & passus est, quorum vnus cœnæ interfuit, & aliusà Petro instructus fuit, tertius quoq; se audisse Iohan. 21. se testatur ea quę scripsit ab ipsis Apostolis. ¶ Aduertēdum verò quia (vt refert Thomas) tota ecclesia primo consecrauit in azimo sicut & Christus, postea insurgente hæresi eorum, qui dixerunt cum Euāgelio seruanda esse legalia, tota ecclesia ex familiari consilio spiritus sancti consecrauit fermentato, ne videretur iudaizare, & hæresis illa destrueretur. Vnde cessante hac hæresi, ecclesia Latinorum rursus vt olim confecit in azymo. Græci verò consuetudinem pristinam irrationabiliter seruauerūt. Causa quippe cessante, cessare debebat

effectus. Hinc itaque posteriores Græcorum ad sui erroris defensionem confinxerunt multa mendacia, affirmantes quod Christus confecit in fermentato, & cætera quæ cōmemorata sunt iam & reprobata. *At Iesus dixit, Ite in ciuitatē* Hierusalem *Ad quendam* non exprimit quem, sed secundum Lucæ.22. Lucam & Marcum Christus dedit discipulis (quos misit) signum cognoscendi domum & personam eius ad quem mittebantur, videlicet quod introeuntibus eis in ciuitatem occurreret eis homo, portans lagenam aquæ, quam sequerētur vsque in domum quam ingrederetur, & dicerent domino seu patrifamilias domus illius quod subditur, *Magister dicit*, Mat.23. videlicet, Christus summus magister qui ait, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim pater vester Christus. Ex isto apparet, ꝙ ciuis iste Hierusalem fuit discipulus Christi quem nomine magistri designari cognouit, quāuis forte occultus, sicut & Ioseph ab Arimathia. Secundum Chrysostomū homo iste fuit magnanimus, qui Christum & eius discipulos hospitare & bene tractare audebat contra voluntatem pontificū, Scri- B barum, & Pharisæorum: sed hanc magnanimitatē omnemq; perfectionem virtutū poterat ei Christus facillime dare, atq; creando infundere. Hieronymus dicit quod hominis huius nomē nō applicatur, quoniā talis modus loquendi, frequens est in veteri test. & idiomate Hebræorū. ¶ Porrò, Ambr. ait, ꝙ ideo non exprimitur nomen eius, vt ignobilis fuisse æstimetur. Vnde secūdū Ambr. non erat diues aut potēs, sed pauperis hospitiū Christus elegit. Alij dicūt oppositū, & hoc verius æstimatur, quia de homine isto scribitur, testante Luca, Lucæ.22. Actu.1. ipse demōstrabit vobis cœnaculū grande stratū, quod vtique cœnaculū vel habitaculū adeò grande fuit, ꝙ in ipso sedebāt centū viginti homines, in quos descendit spiritus sanctus in C die Pentecostes. Pauperes autē tales dom⁹ habere nō solent. Aestimo ergo quod homo iste erat multū potēs, diues & nobilis nō indigens formidare Iudeos. Alioquin quomodo aufus fuisset etiā post Christi passionē vsq; ad diē Pentecostes tenere in domo sua Christi discipulos: quos (vt opinor) sepi⁹ aluit quoniā pauperes erāt, & raro exire audebāt? Voluit nāque Saluator etiā aliquos diuites habere discipulos, à quibus eē suis interdū sustentaretē. s. Lazarum, Martham, &c. *Tempus meum prope est* Hoc est, hora passionis meæ iā instat, *Apud te facio pascha*, id est, in domo tua comedā agnū paschalem,

D *cum discipulis meis.* Et *fecerunt discipuli sicut præcepit eis Iesus, & parauerunt pascha*, hoc est, agnum paschalem coxerunt. Isti discipuli erant Petrus & Iohannes, vt Lucas habet. *Vespere*
Lucæ.22. *autem facto*, id est, hora vespertina feriæ quintæ in qua post meridiem venit à Bethania (vt creditur) ad Hierusalē *Discumbuit* Hoc est, pascha comedit *Cum duodecim discipulis suis*, id est, Apostolis. Non ergo interfuisse videntur aliqui de numero septuagintaduorū discipulorum. Aliqui tamen dicunt oppositum, scilicet quod interfuerunt. Et *edentibus illis*, videlicet Christo atque discipulis. *Dixit Iesus*, *Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est* sicut de passione, ita nunc de proditore pronuntiat, vt quantum in se est, reuocet eum à tam malo proposito. Iudas enim qui sibi conscius fuit tanti facinoris, merito pœnitiuisset, audiens se notari, & tamen sentiens se tam patienter ac pie à magistro proprio, tolerari. Et *contristati valde*. ¶ Triplici causa contristabantur. Primò & maximè propter innocentis ac dilecti magistri impiissimam traditionem, vicinamque mortem. Secundò, quia vnusquisque eorum timebat sibiipsi, ne ex humana fragilitate tale crimen incurreret, scientes verba magistri sui non posse esse mendosa. Tertiò, quod inter eos fuit aliquis tam peruersus, nam & crimen vnius de congregatione in totam congregationem sæpe redundat, & bonus collega de lapsu sodalis, sicut de proprio dolet, ideò *Cœperunt singuli dicere* vel simul, vel separatim, seu successiue, secundum Marcum quærebant sigillatim, *Nunquid ego sum domine?* Nouerat vnusquisque vndecim Apostolorum se non habere propositum id agendi, sed quærit vt excusetur & certificetur à Christo, quod non sit tantum flagitium peracturus. Et forte quærebant vt Christus traditorem monstraret, quo facto ipsi illum compescerent, & sui magistri proditionem impedirent. Apud Iohannem legitur, quod cum Christus dixisset, *Vnus* vestrum me tradet, discipuli aspiciebant se mutuo. ¶ Denique Lucas habet, quòd cœperunt inter se quærere, quis eorum hoc esset acturus? Primo ergo inter se quærebant, & cū de nullo ipsorum aliquid tale præsumerent interrogauerunt magistrum sigillatim, secundum Marcum. *At ille respondens ait*, *Qui intingit mecum manum in paropside*, Hoc est, in vase quadrato, in quo erant carnes agni, quod Marcus vocat catinum, quoniam fictile erat, *Hic me tradet*. Per hoc non designauit

designauit Iudam aperte (vt aliqui dicunt) nec dedit euidens signum, quoniam noluit occultum peccatorē publicare, nec propriam passionem impedire. In Marco legitur Christum respondisse, Vnus ex duodecim. Ex quo aliqui eliciunt, quod alij quoque discipuli aderant. ¶ Præterea, præter hoc signū indeterminatum dedit Christus signum certum, & determinatum de proditore. Vnde enim apud Iohannem legitur, Ipse Iohannes erat recumbens seu reclinatus in sinu Iesu, & super pectus Iesu appodiauit tanquam familiaris, prædilectusque filius, cui Petrus innuit, & dixit, Quis est de quo dicit? Dixitque Iohannes ad Iesum secrete, Domine, quis est? Et Iesus, Ille (inquit) est, cui intinctum panem porrexero. Et cū intinxisset, porrexit Iudæ buccellam. Veruntamen Christo sic disponente Iohannes non indicauit Petro hoc signum, quoniam ex feruore dilectionis in Iesum mox inuasisset proditorem, nec decuit talem turbationem fieri in cœna magistri pacifici, *Filius quidem hominis vadit* ad mortem, *Sicut scriptum est de eo* in libris prophetarum, videlicet in Psal. vbi prænuntiatur à discipulo suo tradendus. Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Et iterum, Aestimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Esaias quoque, Sicut ouis (inquit) ad occisionem ducetur. Et, Oblatus est quia voluit. Itēque Hieremias, Ego (ait) quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. *Væ autem* id est, æterna damnatio debetur & imminet *Homini illi, per quem* id est, à quo *Filius hominis tradetur*. *Bonum erat illi* id est, appetendum & minus malum esset proditori, *Si natus non fuisset homo ille*, id est, si nunquā processisset à nō esse ad esse. Melius quippe fuisset nunquam fuisse quàm tāta flagitia perpetrare, gratia quoque & gloria in æternum priuari, sed & appetibilius est homini absolute non esse quàm esse damnatum propter æternam, pœnalissimamque miseriam. Et licet esse damnatū non sit peius quàm non esse, ratione pœnæ quæ non aufert totū esse creatum, est tamen peius ratione culpæ atque æternæ auersionis annexæ, & est omnibus modis inappetibilius esse dānatum, quàm non esse ex parte damnati, licet non ex parte rei. Nec dubium quin miseri in inferno, vellent se non esse. *Respondens autē Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum*

D Rabbi? ideo scisitatur, ne si ipse taceret aliis interrogan
tibus faceret se suspectum, quasi præ cæteris pauens & male
conscius sibi. Et vt cæteris innocentiorem & securiorem se
monstret, non dominum sed magistrum nominat Iesum, tan
quam blandientis affectum, ac charitatiuam & docilem subie
ctionem ostendens. Solent quippe simulatores & callidi sic
loqui, & singularibus nominibus vti, ne quid mali æstimetur
de eis. *Ait illi, tu dixisti*, hoc est, veritatem expresisti, quã-
uis non expresseris eam sub forma propositionis & affirma-
tionis. Dicẽdo enim, Nunquid ego sum? dixit, Ego sum, quod
verum erat. Vnde signo interrogationis omisso veritatẽ ex-
presit. Non solum hac responsione, sed etiam illa qua dixit
superius, Qui intingit mecũ manũ in paropside hic me tra-
det, dedit Christus Iudæ intelligere, quòd esset proditor, &
E ꝙ ipse Christus hoc sciret, vt enim ait Hieronymus, Cum
Christus dixisset, Vnus vestrum me tradet, cæteri discipuli
præ tristitia cessauerunt comedere. Iudas verò temeritate &
impudentia, qua proditurus fuit magistrum, adhuc cum eo
manum posuit in catino, sicque quod dixit. Qui intingit me-
cum, &c. pro tunc de solo Iuda intelligi potuit, quamuis di-
scipuli hoc non notauerunt. Omnipotens enim Christus sic
per verba sua notauit, monuitque Iudam, quod latuit alios.
¶ Et in istis pensandum est, quàm modestè, ordinatè, & pie,
quàm demum terribiliter Christus admonuit Iudam. Primò
enim dicebat, Vnus vestrum me tradet. Secundò, qui intingit
mecum, & pœnam adiecit, Væ homini illi, &c. *Cœnantibus
autem illis, accepit Iesus panem* azymum & triticeum, *Et bene-*
F *dixit*, id est, per verba consecrationis in corpus mutauit &
transsubstantiauit Ac *fregit* non panem, quia iam fuit con-
uersus in corpus, nec corpus suum quod fuit sub specie pa-
nis, modo nõ quantitatiuo, sed fregit dimensiones panis con
uersi, sub quibus continebatur corpus saluatoris. Consecra-
uit enim integrum panem, vel magnam eius partem, *Deditq;*
cuilibet apostolorum particulam, imò totum Eucharistiæ
sacramentum, quemadmodum subditur, Deditque *Discipu-
lis suis* etiam Iudæ. quoniam noluit occultum prodere pec-
catorem. Hilarius tamen dicit oppositum, sed credendum
est principi theologorum sacratissimo Dionysio, qui ait, ꝙ
Christus dedit proditori corporis sui sacramentum. Veruntamen non dedit corpus suum sub bucella, de qua apud Iohannem

hannem legitur, sed sub specie panis nõ intincti. Et *ait*, *Acci-* A
pite quod porrigo. Et *comedite* deuote, non sicut alios cibos
Hoc quod sub specie panis post cõsecrationẽ continetur. *Est
corpus meum* verũ non figuratiuũ duntaxat. ¶ Porrò hæc ver
ba, hoc est corpus meũ protulit Christus antequã frangeret,
vel porrigeret panẽ cælestẽ discipulis. Hæc enim verba pro-
ferendo cõsecrauit, quæ (vt aliqui dicunt) repetiuit dando sa
cramentum Apostolis. De hac autem institutione sacramẽti,
& de his quæ concernunt presentẽ materiã infinita dici pos-
sent, quæ cũ alibi copiosissime habeantur, hic inserenda non
sunt. Et *accipiens calicem* plenum vino, vt putatur lymphato,
quia in terra sancta sunt fortia vina, quæ solẽt lymphari, præ
sertim à sobriis viris *Gratias egit* deo patri. Et *dedit illis* non
vinum, sed sanguinem, quem per verba sequentia cõsecrauit, B
mutando vinum in sanguinem, *Dicens*, *Bibite ex hoc* calice
Omnes sanguinem meum. Sequuntur verba consecrationis,
Hic calix contentum in calice. *Est sanguis meus noui testamen-
ti*, id est, per cuius effusionem & aspersionem confirmatum
est nouum testamentũ, seu euãgelica promissio & doctrina.
Testamentũ nanq; in mortuis confirmatur secundũ Apostolũ, *Qui pro multis* i. pro salute electorũ reparanda. *Effundetur*
pro omnibus enim passus est Christus, & fusus est sanguis
eius quantũ ad sufficientiã pertinet ex parte saluatoris, cuius
passio idonea est omnes saluare nisi obicẽ ponant. Pro solis
verò electis effusus est sanguis Christi quantum ad efficien-
tiã, seu beatitudinis cõsecutionẽ, ideo non ait pro omnibus,
sed pro multis. *In remissionem peccatorum* omnium originalis, C
videlicet actualis, seu personalis, tã venialis quã mortalis. Ad Heb. 9.
hanc quippe remissionẽ faciendam, digna & efficax est effu- 1. Petr. 2.
sio sanguinis Christi, sed oportet vt virtus seu meritũ domi-
nicæ passionis hominibus applicetur per fidẽ vel sacramenta
ecclesiæ, *Dico autẽ vobis*, *Non bibam amodo*, hoc est, vltra post
hanc horam. *De hoc genimine vitis*, id est, de vino quod gene-
ratur in vinea. *Vsque in diem illum*, hoc est, post resurrectionẽ
Cum illud genimen vitis, seu vinũ non idem numero, sed spe
cie vobiscum. *Bibam nouum*, id est, nouo atq; insolito modo
vel recens ad literã. Vnde in die Pentecostes dixerunt Iudæi
Apostolos musto repletos, *In regno patris mei* hoc est, in Act. 2.
ecclesia militante seu inter vos, & in medio vestri. De qui-
bus loquor in Psalmo, Narrabo nomen tuum fratribus meis, Psal. 21.

D in medio ecclesiæ laudabo te. ¶ Porrò q̃ Christ⁹ post resur
rectionẽ cũ discipulis manducauit, Euangelistæ copiose te-
Ioan.21. stantur, q̃ cum eis tunc bibit, ostendit Petrus in actis Apost.
Deus (inquit) dedit eum manifestũ fieri nõ omni populo, sed
testibus prẽordinatis à deo nobis qui manducauimus & bibi
mus cũ illo, postquã resurrexit à mortuis. Nec dubium, quin
discipuli dederunt ei bibere vinũ. Conuenienter autẽ in cœ-
na nouissima instituit Christus Eucharistiæ sacramentũ post
agni paschalis, figuralis seu typici comestionem, quia hoc sa-
cramentum omniũ legalium sacrificiorũ finis, veritas, & cõ-
summatio est: legalia verò vsque ad Christi passionẽ, seu veri
ac summi sacrificii oblationẽ durare debuerant. ¶ Præterea,
sacramentũ istud instituit Christus. Primò, ob suæ passionis
E perpetuã recordationem. Secundò, ob suæ eximiæ charitatis
iud:ciũ. Tertiò, propter ecclesiæ consolationẽ, vt dominum
suũ haberet sub sacramento quẽ modo nõ habet visibili mo-
do. Quartò, propter nostram subuẽtionẽ, vt purgemur virtu
te huius sacramenti, à vitiis gratia impinguemur, in via con-
fortemur, ad gloriam perducamur. Quicquid enim cibus cor
poralis facit in carne mãducantis, hoc efficit cibus iste spiri-
tualis in anima cõmunicantis. ¶ Insuper creditur Christus
corpus suũ & sanguinẽ sub sacramentalibus formis persona-
liter accepisse, nõ propter indigentiã, sed exemplũ. Hic sapiẽ
ter & affectuose pẽsanda est charitas, liberalitas, atq; digna-
tio Christi ad nos, qui tã pciosissimo alimẽto nos fouet, qui
tã intime nobis vniridignatur, qui seipsum nobis tã munificẽ
F tissime præstat. Hęc quoq; vnio Christi & perceptio sacramẽ
ti figura est futuræ vnionis in patria. Nec mirum si filius dei
nũc tribuit nobis corpus & sanguinẽ suũ in alimonia gratiæ
ad tẽpus, quibus post hanc vitã paratus est dare propriã diui-
nitatẽ in escã gloriæ in æternũ. Amplius sicut saluator tactu
suæ mundissimę carnis cõtulit omnibus aquis vim regenera-
tiuam, sic proferendo verba cõsecrationis præstitit verbis his
vim cõsecratiuam, quando à sacerdote cũ intẽtione conficiẽ-
di proferuntur. Et sicut in exordio seculorũ semel dixit, pro-
Gene. 2. ducat terra herbã, &c. & animalibus, Crescite & multiplica-
mini, & ecce vsq; in finẽ seculi omnia verbo eius obtẽperãt:
sic eadẽ potestate semel, pferẽdo verba cõsecrationis, fecit,
vt quotiescunq; rite proferãtur, sortiantur effectũ. Nec mi-
rũ si potuit vnũ in aliud permutare, qui potuit vniuersa ex ni
hilo

hilo facere. Et *hymno dicto* hoc est, gratiarũ actione persolu- A
ta, pro esu agni paschalis. De quo dixit Christ⁹ apud Lucam,
Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum ante- Lucæ.22.
quã patiar. Sed multo amplius gratias egit Christus discipu-
lis deo pro institutione sacramenti, & nouæ legis ac euange
licæ disciplinæ inchoatione. *Exierunt* Christus & vndecim
Apostoli cũ eo. Iudas enim iam abiit ad Iudæos *In montẽ oli-*
ueti ad quẽ solitus erat venire nocturno tẽpore ad orandum,
ne videretur fugere proditorem, sed vt ostẽderet se velle in-
uenire. *Tunc dicit illis* Iesus *Omnes vos scandalũ patiemini* scan
dalum passiuũ, videlicet lapsum in culpam incurretis. *In me*,
id est, occasione mei, propter violentiã mihi inferendã, quã
timẽdo fugietis à me. *Scriptum est enim*, *Percutiã* i. percuti &
capi permittã *Pastorẽ* hoc est, Christum, qui ait. Ego sum pa- B
stor bonus, De quo per Ezechielẽ dominus perhibet. Saluа- Ioan.10.
bo gregẽ meũ, & suscitabo super eũ pastorẽ vnũ, qui pascat
eũ Dauid seruũ meũ. i. Christũ, vt omnes exponunt. Huic cõ
sonat quod Christus in Psalmo loquitur de seipso ad patrẽ,
Quoniã quem tu percussisti, persecuti sunt. Et in Esaia. Pro-
pter scelus (inquit) populi mei percussi eum, Et *dispergentur*.
i. per diuersa loca fugient. *Oues gregis*, i. oues quæ sunt grex
Christi, puta discipuli. Christus allegando scripturam hanc
variat verba, nõ sensum. Sic enim habet trãslatio nostra. Per-
cute pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis, quæ sunt verba pro
phetæ loquentis ad deũ. Hic ergo ponuntur, quasi verba dei
loquẽtis. Idem autẽ est sermo dei & seruorũ eius. Ad intelli-
gẽdum quoq; q̃ verba hæc ad literã dicta sunt de Christo & C
eius passione, confert quod immediate præmittitur, Framea
suscitare super pastorẽ meum, & super virũ cohærentem mi-
hi, dicit dominus exercituũ. ¶ Quæritur, quomodo Matthæ
us & Marcus scribant Christum hæc dixisse post exitũ à cæ-
naculo, cum in Iohanne legitur ea dixisse antequã egredere
tur, sic enim ait saluator apud Iohannẽ, Venit hora & nunc
est, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solum relin
quatis. Dicẽdum q̃ Christus eundum sensum sub aliis verbis
expressit ante egressum à domo, & postea. *Postquã autẽ resur*
rexero præcedã vos in Galilæam, i. in Galilæa vobis apparebo.
Nõ tamẽ duxit eos illuc visibiliter præcedẽdo. De hoc infra
scriptũ est, Vndecim discipuli abierunt in Galilæam, in mon-
tem vbi cõstituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerũt.

Hoc

D Hoc Christus adiecit vt pollicitatione propinquę resurrectionis & apparitionis cōsolationē reciperēt tristes discipuli Respōdēs autē Petrus, *ait illi. Et si omnes scādalizati fuerint in te*, fugiēdo à te ex inordinatæ mortis timore. *Ego nunquā scandalizabor*, id est, nunquam recedam à te, neq; peccabo in te. Hoc Petrus loquutus est ex magnitudine fidei ac feruoris, tamen incaute, non pensans propriam fragilitatem, & cæteris fortiorem se æstimans. Vnde quod dixit, falsum fuit materialiter, quia aliter accidit, non autem formaliter, quoniā sicut dicebat ita intendebat. Mentiri quippe formaliter est cōtra mentem ire, seu cū intētione fallendi, vel sciēter falsum pro-
E fari. *Ait, ille Iesus*, qui tanquā verus deus omnia futura contingentia certissime prænouit, *Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis*. Idem dicunt Lucas & Iohannes, quanuis sub aliis verbis. ¶ Sed videtur cōtrariū ꝙ Marcus habet, Antequā gallus (inquiens) bis vocem dederit, ter me es negatur⁹. Ergo tertio negauit ante secūdū galli cantū? Ad hoc Augusti. respondet, quod tertia Petri negatio fuit morosa, & ita fuit inchoata, nō autē terminata ante primum galli cantum. Marcus ergo dicendo, Antequā gallus bis vocē dederit, &c. respexit ad negationis terminationē. Alii autem Euangelistæ dicendo, ꝙ ter negauit ante galli cantū, respexerunt ad negationis istius principiū. Veruntamen in Marco habetur, ꝙ gallus cantauit, cum Petrus primo negauit Christum deinde ꝙ ante secundum galli cātum Petrus negauit bis. Alii ergo dicūt, quòd sic intelligēda sit lite-
F ra, Non cantabit gallus, id est, non percantabit seu cantū suū non cōsummabit, donec ter me neges ore, nō corde. *Ait illi Petrus. Si oportuerit me mori tecū nō te negabo. Similiter & omnes discipuli*, scilicet decem alii, dixerunt, habentes bonum propositum, suisque viribus magis quam gratiæ innitentes, & in sua fortitudine cōfidentes, obliti, ꝙ paulo ante audierunt à Christo, Sine me nihil potestis facere. ¶ Sed mirū videtur, si Petrus & apostoli reliqui putabant Iesum verum in verbis suis, quomodo ausi fuerunt contradicere verbis eius. Respōdendum, quòd forte æstimabant verba Christi pertinere ad prophetiam comminationis, quæ aliquando non impletur. Vel putabant verba Christi esse mystica, seu aliquo alio modo posse intelligi, ac verificari.

¶ Elucidatio

¶ Elucidatio sequentis partis huius capituli. A

ARTICVLVS XLII.

Vnc venit Iesus cū illis in villā, quæ dicitur Gethsemani.

T Hæc villa fuit iuxta radices, seu pedes montis Olivueti, & habuit ortum, in quē ingressus est Iesus cum apostolis. Vnde in Iohanne legitur, Egressus est Iesus trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quē introiuit, &c. Torrens nanq; ille fuit inter Hierusalem & mōtē oliuarū in valle Iosaphat. Vnde cum Iesus processisset vltra torrentē hūc, statim venit in villam & hortum præfatos, *Et dixit discipulis suis*, videlicet octo apostolis, tres enim secum duxit, & Iudas non adfuit. *Sedete hic, donec vadam illuc*, id est, ad locum qui ante vos est. *Et orem* ibi. *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi*, qui erant sibi familiariores & transfigurationi & suscitationi puellæ interfuerunt. Processit autem ab aliis octo B apostolis quantum iactus est lapidis, secundum Lucam, *Cœpit contristari* in anima, quantum ad partem sensitiuam & naturalem affectum, *Et mœstus esse*, quantum ad apparatum exteriorem in verbis ac gestibus. Vnde secundum Marcum, cepit pauere & tædere. Mortē enim naturali affectu abhorruit, & foris tristitiam demonstrauit. *Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem*, id est, vehementissime contrista tur, ita vt tristitia ista & mors vno duntaxat gradu videātur distare. ¶ Ad intelligētiam horum oportet aduertere, quòd est quædam tristitia inordinata, rationem præueniens atque impediens, quæ etiam secundum philosophos non cadit in C virum constantem, de qua Salomon loquitur, Non contristabit iustū quicquid ei acciderit. Et de qua in Ecclesiastico legitur, Tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtiliras in ea. Hæc ergo non fuit in Christo. Quemadmodum in Esaia de ipso inducitur, Non erit tristis, neque turbulētus. Alia est tristitia moderata & bona vel naturalis seu virtuosa, rationē sequens & vanitatē excludens, de qua Sapiēs ait, Cor sapientū vbi tristitia. Vnde dicit Apostolus, Quæ secundum deum tristitia est, salutem stabilem operatur. Similiter distinguendū est de timore, seu pauore, Est enim timor inordinatus, de quo Sapiens, Iustus (inquit) quasi leo cōfidens absq; terrore erit. Et alibi, Qui timet deū, nihil trepidabit. Est & alius timor laudabilis, de quo scriptura vberrime loquitur, Dicēdum itaque, ꝙ Christus tristabatur

Esa. 42.
Eccle. 7.
2. Cor. 7.
Prou. 28.
Eccle. 34.

& me-

D & metuebat, loquendo de tristitia, & timore naturali, prout
Hierony. sunt naturales affectiones, & passiones, vel potius propassio
nes secundum Hieronymum appetitus sensitiui. Aliter tamẽ
fuerunt in Christo, quàm in aliis, quia in ipso non præuene-
runt, sed sequebantur rationem, & voluntatis imperium, ita
quòd Christus sponte & rationabiliter assumpsit has passio-
nes. Primò, ad ostendẽdum veritatem humanæ naturæ in se.
Secundò, ad subueniendum nobis, quia per harum affectiõ-
num pœnalitatem, maximam gratiam meruit nobis. Tertiò,
ad consolationem nostram, videlicet ne viri virtuosi pusilla-
nimes fiant, cum sentiunt se mortem instantem timere, quã-
do & Christus eam expauit. Insuper tristabatur atque dole-
bat anima Christi, loquendo de tristitia prout est actus virtu
E tis, seu charitatis, propter infirma membra sua, & eos in qui-
bus vidit fructum passionis sue perire. Porrò in omnibus his
pensandum est, quàm amarum, pœnale, & graue fuit Aposto
lis, præsertim his tribus, hæc verba dulcis magistri audire, e-
ius pauorem ac tædium intueri, qui eos semper consolari, fo
uere ac recreare solebat, dulciterque & iucũde cum ipsis cõ-
uersari. *Sustinete hic* id est, expectate me hoc loco: vel, susti
nete, id est, condolete, Et *vigilate* mecum assistendo mihi
in tanta angustia, & cõfirmando vos mihi in actibus bonis,
vt decet familiares amicos & veros amatores. Hoc dicit Sal
uator, non quasi indigeat, sed quia eis hoc expediebat, iustũ-
Lucæ.22. que fuit. Et *progressus pusillum*, id est, discipulis se elongans
F & abiens modico spatio, iuxta illud quòd Lucas habet, Auul
sus est ab eis, quantum iactus est lapidis, *Procidit in faciem suã
orans & dicens*, Secundum Lucã, positis genibus orauit. Va-
de dicendum, quòd vtroque modo orauit, videlicet prostra-
tus in terram, & genibus flexis *Pater mi*, qui es singulariter
pater meus, videlicet per veram generationẽ & naturã, alio
rum verò pater es per creationem, adoptionisque gratiam,
Si possibile est transeat à me calix iste, id est, passio tam acerba.
Non orat absolute, nec secundum rationem deliberatam vt
liberetur à mortẽ, sed conditionaliter & secũdum naturalẽ
appetitum, quo refugit mortem, tamen secundum volũtatẽ
& rationis iudicium paratissimus fuit ad passionẽ, ideo sub-
dit. *Veruntamen*, *Non sicut ego volo* hoc est appeto secũdum
sensitiuum naturalem, & inferiorem appetitum, *Sed sicut tu*
vis, sic fiat. Ecce quam blanda, humilis, sobria, & affectuosa
oratio

oratio cuius formam imitari dedemus, deum in oratione pa A
trẽ vocãdo, ei nos humiliter prosternendo, rationabilia po-
stulando, nostramque voluntatem diuinæ in omnibus subii-
ciendo. ¶ Denique Christus dixit, Si possibile est, quoniam
nouerat impossibile esse, vt nõ biberet calicem passionis per
respectum ad infallibilem prouidentiam dei, quam nouerat
decreuisse, vt moreretur pro mũdi salute, Fuit tamen possi-
bile, quantũ ad causas secundas & proximas, & per cõpara-
tionem ad libertatem voluntatis humanæ. Sed cur Christus
orauit aliquo modo quòd nouerat nullatenus impleri debe
re? Dicendum, quòd illis de causis orauit, propter quas tristi
tiam & timorem assumpsit. Quemadmodũ etenim Christus
totam passionis suæ amaritudinẽ, & processum certissimẽ
prægnouit, sic sponte sibi in sua imaginatione passionem
tam horrendam proposuit, qua considerata tenerrima, ac no B
bilissima eius natura inferior vltra omnẽ æstimationẽ ex-
pauit. Vnde in tertia oratione factus est sudor ei⁹ sicut gut
tæ sanguinis decurrentis in terram secundum Lucam. Et *ve-
nit ad discipulos suos* tres Et *inuenit eos dormientes*, præ tristi-
tia, tædio, lassitudine, & propter vapores illa hora ascendẽ-
tes ad cerebrum. Et *dicit Petro sic*, *Non potuisti vna hora vigila
re mecũ*? hoc est, Tu qui dixisti paratus sum tecum in mortẽ
& in carcerem ire, quomodo nunc non potes paruã rem fa
cere, vigilando mecum tam modico spatio? Idcirco autẽ spe-
cialiter affatur & increpat Petrum, quia præ cæteris præsum
psit Christo astare, non scandalizari, & quia superior fuit a-
postolis aliis. Post eius verò increpationem dirigit exhorta-
tionem suam ad omnes tres. *Vigilate bene vos occupando*,
Et *orate* pro adiutorio gratiæ dei, Vt *non intretis* per con- C
sensum In *tentationem*, id est, ne cõsentiatis tentationi, quæ
per orationem præcipue superatur. Quemadmodũ etiã Lu Lucæ.22.
cas habet, Satanas expetiuit apostolos, vt cribraret sicut tri
ticũ, ideo indigebãt fortiter reluctari, nec somno indulge-
re *Spiritus quidem promptus est* hoc est, anima vestra secun-
dum partem suam superiorem parata est mecum pati, vigila-
re ac permanere, vt promisistis, *Caro autem infirma* i. sensua
litas fragilis est, & corpus quod corrũpitur, debile, tardum
& impotens est ad ista agenda, ac patienda, nisi per gratiam
adiuuetur, quæ ab anima redũdet in carnem, eamque ratio-
ne subiiciat. *Iterum secundo abiit* ad locũ priorem, Et *ora-
uit*

D uit, *dicens*, *Pater, si non potest transire hic calix, nisi bibam illum* hoc est, si passio ista impediri & à me tolli non valet, *Fiat voluntas tua.* Hoc est, quod Christus ait in psalmo, in capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus volui. Non ergo voluntas animæ Christi fuit diuinæ voluntati contraria, imò nec voluntas eius naturalis, seu appetitus inferior, fuit rationi rebellis siue repugnans. Quamuis enim desiderauit non pati hoc tamen non fuit cõtra rationẽ, sed ratio imperauit hoc appetitui inferiora naturali, vt secundũ suã naturã moueretur, quod & fecit, & ratiõe iubẽte facere mox cessauit. Et *venit iterum, & inuenit eos dormientes.* Per hoc quòd Christus toties ad discipulos rediit, dedit prælatis exẽplum solicitudinis de visitatione, admonitione, atq; custodia proprij gregis, & ne tantum vacent cõtemplationi, ꝙ negligant opera vitæ actiuæ, & gubernationẽ

E subditorũ suorũ. *Erant enim oculi eorum grauati.* Oculi eorũ interiores erant grauati negligentia & torpore, oculi quoq; eorũ exteriores grauati fuerunt somnolentia & vapore. Hic nõ dicitur, quòd Christus alloquebatur discipulos ĩstos hac vice, sed in Marco scriptum est, Ignorabant quid ei respõderent. Ex quo constat, quod etiam hac vice arguit, & admonuit eos, & forte tunc loquebatur eis communiter, nõ specialiter Petro: quia pluraliter scriptũ est, quòd ignorabant quid respõderẽt. i. quomodo se excusarẽt, imò inexcusabiles erãt. *Et relictis illis* corporaliter, quos nõ reliquit spiritualiter nec secundum diuinitatis suæ naturam, *Iterum abiit* ad pristinum locum, *Et orauit tertio eundem sermonem, dicens,* ¶ Tribus vi-

F cibus idem precatur, vt det nobis exemplum perseueranter orandi, & propter perfectionem ternarij, qui conuenit deo altissimo. In hac oratione tanta anxietate concussa est anima Christi, vt Lucas dicat, Factus in agonia, in quadam corporalis naturæ laboratione propter anxietatem atq; tristitiã. Vnde laborantes in extremis, dicuntur esse in agonia. Vel, agonia vocatur collu&tatio appetitus naturalis sensitiui mortẽ abhorrentis & refugientis, & appetitus intellectui eandẽ optantis & acceptãtis. In Christo quippe tempore passionis ex dispensatione diuina non fuit redundantia superioris partis animæ in inferiorem, sed vnaquæq; permittebatur agere & pati quod suum erat. Nihilominus ratione iubente inferior appetitus superiori mox paruit. Factus ergo Iesus in hac agonia,

Pſal.39.

Mar.14.

Lucæ.22.

agonia, plixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ A
sanguinis decurrentis in terram. Tunc quoq; apparuit ei angelus de cœlo, cõfortans eum, verba consolatoria proferẽdo, & tristitiam animæ Christi ministerialiter mitigando, Hebr.5.
vel se per modum cõfortãtis habendo. Porrò, circa orationem hanc Christi aliquid dicit Apostolus ad Hebræos, quod nullus Euangelistarum conscripsit. Ait nanque, quod Iesus cum clamore valido & lachrymis exorauit, & quod exauditus est pro sua reuerentia. In hoc si quidem, ꝙ dicebat, Non quod ego volo, sed tua volũtas fiat, exauditus est. Hoc enim dixit secundum deliberatam rationem, & superiorẽ appetitum. Quicquid autẽ ita orauit, obtinuit, iuxta illud apud Iohannem, Gratias ago tibi pater, quoniam audisti me: ego autem sciebam, quoniam semper me audis. *Tunc venit ad discipulos suos.* Post quamlibet orationem ad discipulos suos re- B
uertitur, vt eos hortetur, quia prælatus sic semper intẽdere debet suæ saluti, vt nũquã obliuiscatur prouidere saluti gregis sibi commissi, Et *ait illis, Dormite iam & requiescite.* Hoc dupliciter intelligi potest. Primò, per modũ admonitionis. ita quòd dedit eis licentiam paululum dormiendi. Secundo, per modum piæ exprobrationis, tanquam dicat, Nũquid est iam iempus dormiendi, dum instat captio mea? Et huic sensui concordant verba sequentia. *Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum.* De qua hora dicit ipse Saluator apud Lucam, Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. *Surgite eamus, ecce appropinquat qui me tradet,* videlicet infœlicissimus Iudas. Ex his apparet, quod pro tũc cessauit in anima Christi colluctatio inferioris appetitus, & C
horror passionis: quia non solum intrepide, sed & cum ingẽti affectu obuiam iuit aduersariis suis. *Adhuc eo loquente* cum discipulis suis, non solum his tribus, sed cum vndecim apostolis, quia post finẽ tertiæ orationis accessit ad alios octo, Ecce *Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis, & fustibus,* & etiã cum laternis, & facibus, & armis vt habetur in Iohanne. Iudas quoque antecedebat turbam. vt lucas testatur, *Missi à principibus sacerdotum, & seniori-* Iohan. 18.
bus populi Iudæorum. Non solum autem Iudas accepit mi- Lucæ. 22.
nistros Iudæorum, sed & Pilati, iuxta illud Iohannis, Quum Iohan. 12.
accepisset cohortem, id est, multiudinem militũ Romanorum, quos præses misit, mittens cũ cohorte tribunum. i. principem

Dcipem cohortis. Voluit ergo Iudas constipari curia seu ministris pontificis & præsidis, vt qui essent cũ Iesu, volentes eũ defendere, non auderent. *Qui autem tradidit eum*, videlicet Iudas, *Dedit eis* scilicet turbis, *Signum* cognoscẽdi Iesum *Dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.* Hoc signum dedit eis, ne errarent in persona Christi. Primò, quoniam Iacobus minor fuit simillimus Christo in lineamentis corporis Vnde Ignatius scribit sibi dictum esse, quòd si videret Iacobũ, videret & Christum: ideo etiam Iacobus iste dictus est frater domini, Secundò, quia nox erat, & quamuis laternas, & faces haberent, non tamen poterant clare videre, sicut in die. Tertiò, quoniã Iudas timebat, ne Iesus inter
E alios se occultaret. Sciebat nempe subtilem esse magistrum suum, propter quod timuit, ne elaberetur è manib⁹ ministrorum, quemadmodum sæpe elapsus fuit de manibus Iudæorũ Hinc enim dixit turbæ, & ducite eum caute, vt Marcus ha-
Marc. 14. bet, *Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi* id est, magister, *Et osculatus est eum* Habuerunt autem discipuli con-
1. Co. 16. suetudinem osculandi Iesum cum redirẽt de via ad eum, vel
2. Cor. 13. cum eum salutarent, quam consuetudinem obseruauit primitiua ecclesia. Vnde Paulus vbertim hortatur, Salutate inuicẽ in osculo sancto. Permisit autem se Christus osculari à proditore. Primò, vt nobis mãsuetudinis, & patientiæ daret exemplum, videlicet ne ab aduersario vultũ, & oculos auertamus nec æmulos indignanter aspiciamus. Secundo, vt per hoc Iudam ad charitatem & pœnitentiam prouocaret, *Dixit ei Ie*
F *sus, Amice*, hoc est, tu Iuda, qui amicitiam simulas, sed odium operaris quem ego diligo, & à quo habeor odio, *Ad quid venisti?* Non quasi ignorans quærit, sed vt insinuet Iudæ non se ignorare dolum atque malitiam eius, sicque Iudas erubescat, & corrigatur. Est enim confusio adducens peccatũ, & est confusio adducens gratiam, & gloriam, vt habetur in Ecclesiastico. Denique nõ solum dixit Iesus ad proditorẽ, Amice ad quid venisti, sed etiam proprio nomine eum appellans vt mollesceret, dixit, Iuda, osculo filiũ hominis tradis, vt recitat Lucas, Sed heu quam multi imitantur hunc Iudam, ore
Eccle. 4. blandientes, & corde odientes, ac opere aduersantes, *Tunc accesserũt & manus* violentes atque sacrilegas *Iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum*, imò & ligauerunt eum, secundũ Iohannẽ. Isti sic accedentes fuerunt cohors & tribunus, & ministri

nistri Iudæorum, vt habet Iohannes. ¶ Hoc loco tres Euan A
gelistæ omittunt, quod solus Iohannes commemorat, quòd Iesus cum processisset obuiam turbis, dixit Quem quæritis? Qui bus respondentibus, Iesum Nazarenum: & ipso dicente Ego sum abierunt retrorsum & ceciderũt in terram. Çumq; Iohan. 18.
secundo idem interrogasset, & illi similiter dedissent responsum: dixit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis: sinite hos abire. Tamen (vt Beda affirmat) Christo occurrẽte Iudeis, Iudas accessit, & obsculabat eũ antequã Christus sua voce Iudeos prosterneret. *Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu*, videlicet Petrus in Christi amore feruentior, *Extendens manum, exemit*, hoc est, extraxit *Gladiũ suũ*, vel simpliciter gladium, vel magnum cultellum, quo vti solent piscatores, *Et percutiens seruum principis sacerdotum*, videlicet Malchum famulum Caiphæ, *Amputauit auriculam eius* B
dextram, secundum Iohannẽ. Chrisostomus dicit, quod putauit amputare caput eius. Porrò Ambrosius asserit q; Petrus eruditus fuit in lege, & sciuit commendatum esse factũ, Phinees filij Eleazari, qui zelo dei cõmotus, perfodit Zabri cum alienigena fornicantem, ideo Petrus simili zelo voluit filium dei vindicare. Non euidenter apparet, quãdo Petrus hoc fecit. Matthæus namque & Marcus sic recitãt, ac si Petrus seruum illum læserit Iesu iam capto. Iohãnes verò, & Lucas sic recitant ac si ante captionẽ Christi id egerit. Scriptũ est enim in Luca, Videntes hi qui circa Iesum erãt quod futurum erat, dixerunt, Domine, si percutimus in gladio. Et C
postmodum Lucas scribit, quod comprehẽderunt Iesum. Ad quod dicendum videtur, quod statim quando cœperũt capere Iesum antequam ligaretur, Petrus hoc fecit, quod elicitur ex duobus, Primò, quoniã Petrus nõ potius percussisset Malchum quam alium, nisi ille magis festinasset mittere manum in Iesum. Secundò, quoniam Malcho læso dixit, Sinite vsque huc, & cum tetigisset aurem & locum læsionis, sanauit eum. Ex quo apparet, quod prondũ vinxerunt manus ipsius. *Tunc dixit illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locũ suũ*, scilicet in vaginam. Magister patientiæ qui docuit inimicos diligere, & Mat. 5.
persequentibus benefacere, percutienti maxillam vnã, alteram præbere, prohibet gladij vltionẽ & sanguinis effusionem solo affectu vindictæ, & prætermisso ordine iuris.
¶ Insuper ponit tres rationes, cur non debeat gladio defẽ-

D sari, Prima est *Omnis enim qui accepecit gladium* i. qui priuata ac propria authoritate arripit ensem, vel aliud quodcũq; instrumentum pugnandi ad inferendum alteri nocumentum, *Gladio peribit*, hoc est, ipsa iniquitate quam hoc agendo cõmittit, seipsum spiritualiter occidit, & damnationẽ incurrit. Gene. 9. Eccle. 10. Nõ ergo sensus est, quod omnis talis materiali gladio occidetur, sicut nec Petrus, hunc iuxta sensum dominus deus ait in Genesi, Quicũq; effuderit sanguinem humanum effundetur sanguis illius, Et Salomon, Qui fodit (inquit) foueã, incidet in eam, & qui dissipat sepẽ, mordebit eum coluber. Qui autem vtitur gladio secundum ordinẽ iuris, & discreto zelo iustitiæ, non per se, sed aliunde quasi sibi traditum, accipit eum. Quemadmodum Hieremias dixit Iudæ Machabæo Ac E cipe gladium sanctũ munus à deo, quo deiicies aduersarios 4. Re. 19. Israel Vnde de principe temporali dicit Apostolus, Nõ sine causa gladium portat, minister enim dei est. Secunda ratio, cur Christus non indiguit gladio protegi, subditur. *An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exibebit*, hoc est Rom. 13. ad administrandum & obediendum, seu defendendum trãsmittet, *Mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum?* qui adeò fortes sunt, vt vn⁹ percusserit vna nocte in castris Assyriorum cẽtum octogintaquinque milia hominum. Legio autem continet sex milia sexcenta sexaginta sex. ¶ Sed dicere aliquis potest. Si Christ⁹ potuit hoc rogare & impetrare, ergo potuit à passione liberari, cuius contrariũ dictum est, statimque dicetur. Dicendum, quod potuit hoc impetrare, imò F iubendo efficere, & à passione liberari, considerãdo ordinẽ causarum proximarum & creatarum. Non enim præordinatio seu prædestinatio dei tollit à rebus libertatem aut cõtingentia. Tertia ratio ad idem subiungitur. *Quomodo ergo implebuntur scripturæ?* id est, Si defẽsor & nõ morior pro salute humana, non verificabuntur vaticinia prophetarum de passione mea loquentium. Hoc autem est impossibile, *Quia sic oportet fieri*, sicut prophetatum est. Prophetia enim prædestinationis, semper & de necessitate impletur, quod tamẽ intelligendum est de necessitate cõsequentiæ, non cõsequẽtis *In illa hora dixit Iesus turbis* præsertim Iudæis. *Tanquam ad latronem existis, cum gladiis & fustibus comprehendere* id est, ad capiendum *Me quotidie*, id est sæpe, & omni die, fortassis quando fui in Hierusalem, *Apud vos sedebam docens in templo*

templo Hierusalem, *Et non me tenuistis*. Ex quo patet, quòd A non habeatis iustã causam aduersum me. Omnis enim qui facit veritatem, venit ad lucem. Qui autẽ facit peccatum, odit lucem. His verbis addidit Christus quod omisit Matthæus, sed Lucas inducit, scilicet, Sed hęc est hora vestra & potestas tenebrarum. i. hoc tempus vestræ voluntati concessum est, vt faciatis mihi quæ vultis, & hęc violentia quã mihi infertis, est potestas tenebrarum, videlicet dæmonum vos instigantium, vel hominum vitiis obtenebratorũ. *Hoc autẽ totũ factũ est*, vtpote vt Iesus ab impiis caperetur, à nullo defenderetur, &c. Vt *adimplerentur scripturæ prophetarum*, qui Christi passionem prædixerunt, *Tunc discipuli omnes*. i. vndecim Apostoli *Relicto eo, fugerunt* timentes ne sic tractarentur sicut magister eorum. Sed quis poterit cogitare cum quanta trifida fugerint, quoties retrospexerint, quotidie pectora sua percusserint, fleuerint, & cætera signa interni mœroris osten B derint. *At illi tenentes Iesum, duxerũt illum ad Caipham principem sacerdotũ, vbi scribæ & pharisæi & seniores conuenerant* ad tractandum cum pontifice de morte Christi. Veruntamen sicut in Iohãne legitur, primò duxerunt Iesum ad Annã, quia intrando ciuitatem, primò venerunt ante domum ipsius. Secundò, propter reuerẽtiam Annæ, quoniam erat socer Caiphæ. *Petrus autem sequebatur eum* scilicet Iesum, A *longe*, nõ audens prope accedere ad turbam, ne cognitus caperetur. Quamuis ergo cum aliis fugerit, tamẽ reuersus, sequutus est magistrum suum. Quòd sequebatur eum, fuit dilectionis, & fidei: quòd verò à longe, pusillanimitatis fuit atque formidinis. Denique non solum Petrus sequutus est Iesum, sed e- C tiam adolescens quidã amictus syndone super nudo corpore, qui cum teneretur à comprehensoribus Christi, relicta syndone nudus fugit ab eis, vt refert Marcus. Hunc adolescentem quidã dicunt fuisse Iacobum minorem, alij Iohannem, sed & ipse Iohannes Euãgelista testatur, quod Petrus sequebatur Iesum, & alius discipulus qui fuit notus põtifici, & introduxit Petrum in atrium Annæ pontificis. Et quanuis Augustinus dicat, temere definiendum non esse quis fuerit ille alius discipulus: Chryso. tamen & alij cõmuniter tenent, q̃ fuit Iohãnes qui erat notus põtifici, eiusq; familiæ. Vnde ad eius instantiam ancilla ostiaria intromisit Petrum. Fuit autẽ noc⁹ illis, vel quia pulcher & amabilis iuuenis, vel quia de no

D bili stirpe progenitus, scilicet de tribu Iuda & genere Dauid, vel quia interdum attulit pisces patris sui ad domum pontificis. Sequebatur itaque Petrus, *Vsque in atrium principis sacerdotum, & ingressus intro*. i. per primam portam, non enim ingressus est aulam, sed mansit in atrio, *Sedebat cum ministris* pontificis. Hoc loco ait quidam, Quomodo ingressus est Petrus? Dicendum, quod per impetrationem discipuli qui erat notus pontifici. Veruntamen hoc refert Iohānes de ingressu in domū Annæ. Matth. verò non loquitur nisi de ingressu ad Caipham, *Vt videret finem*. i. quid finaliter fieret suo magistro, an, scilicet dimitteretur, an occideretur, & hoc ad curiositatem quandam pertinuisse videtur. *Principes autem sacerdotum*, videlicet Caiphas, *Et omne consilium* i. cæteri sacerdotes, scribæ, Pharisæi, & seniores, *Quærebant falsum testimonium contra Iesum*. Non enim poterant veram atq; idoneam E obiectionem inuenire, *Vt eum morti traderent, & non inuenerunt* quid ei coram Pilato opponerent, tanquam dignū pœna mortis, *Cum multi falsi testes accessissent*, & diuersa obiecissent, *Nouissime autem* id est, post testificationem testiū prædictorum mendacium, *Venerunt duo falsi testes*. Duo venerunt, vt in ore duorum staret omne verbum. Ad vnius quippe testimonium nemo condemnabatur. *Et dixerunt* coram pontifice, *Hic dixit, Possum destruere templum dei, & post triduum reædificare illud*, Tanquam dicerent, Vsurpauit sibi diuinam potentiam. Occasionem huius accusationis habebant ex eo, quod Christus ait apud Iohannem, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod Iudæi etiā rune F intellexerunt de templo materiali in Hierusalem fabricato, vnde redarguerunt Christum, dicentes, Quadraginta & sex annis ædificatū est templū hoc, & tu in tribus dieb⁹ excitabis illud? Iesus autem dixit de templo corporis sui, id est, de corpore suo, quod fuit & est singulare templum dei, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: vt sit sensus, Soluite, id est, mortem inferendo soluetis, atque exanime facietis templum hoc, id est, corpus meum, & in tribus diebus hoc est, intra tres dies, excitabo, hoc est, à somno mortis suscitabo illud. Iudæi ergo hoc verbum Christi peruerse intelligentes, ordinem verborum variantes, & prauam intētionem habētes, merito appellantur testes mendaces. Tales sunt omnes, qui alio sermone repetunt, & simplici animo pronuntiata

tiata peruertunt. *Et surgens princeps sacerdotum*, ira eum vr- A
gente, & impatientia agente, *Ait illi, Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur, Iesus autem tacebat*. Primò, vt mansuetudinis & patientiæ daret exemplum. Secundò, quoniā actusationes inductæ falsæ & responso indignæ fuerunt. Tertiò, quia cognouit quòd quicquid responderet illis, calumniarentur, *Et princeps sacerdotum* patientia & silentio Christi fortius prouocatus arbitrans se contemni, secundum quod talium mos est, *Ait illi, Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius dei viui? Dixit illi Iesus, Tu dixisti*, sicut veraciter est, scilicet quòd sim Christus filius dei viui & benedicti. Respondit autem Iesus, sic adiuratus, propter diuini nominis reuerentiam, & vt Iudæorum ignorantia inexcusabilis fieret. *Veruntamen dico vobis*, non tibi soli ô Caipha, sed tibi atq; fautoribus tuis, dico vobis, plusquàm interroga- B
tis, vt terreamini & pœniteatis. *Amodo*, hoc est, post hanc horam, videlicet in die iudicij, *Videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei* i. in potioribus bonis dei patris residentem, tanquam iudicem omnium, quando omnia erunt ei subiecta. Tunc enim videbunt in quem pupugerunt, *Et venientem in nubibus cœli* ad iudicium. Denique Caiphas, cæteriq; damnati iam in inferno existentes, vident nūc. i. cognoscūt Iesum sedere in cœlo ad dexteram patris. Si autē quod ait, Videbitis filium hominis sedentem, &c. intelligatur de visione Christi in patria. referendū erit ad Iudæos cōuersos, qui eius morti cōsenserunt, & postea crediderūt. Vnde in Actis Apo- Actu. 6.
stolorū habetur, quod multa turba sacerdotū obediebat Eua Iohan. 8.
gelio. Illis enim dixit Saluator, Cum exultaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Isti videt Iesum in cœ- C
to visione beata. *Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua. dicens, Blasphemauit*, Consuetudo fuit Iudæis cum audirent blasphemiā, scindere vestimēta in signum doloris de iniuria deo illata, quasi zelantes pro dei honore, & tātum crimen nō valētes sufferre. Hinc Paulus & Barnabas cum sacerdos idolorum vellet eis sacrificare, vestimēta sciderunt. Caiphas ergo vt quasi religiosus videretur, suamq; malitiā colo raret, scidit vestes cum audisset Christum hæc verba dixisse. ¶ Blasphemare autē, est ea quę dei sunt creaturis adscribere vel deo vel sanctis manifestā iniuriā irrogare, *Quid adhuc egemus testibus?* tanquā diceret, nō indigem⁹ iam testib⁹, quoniā

D verba eius testantur eum esse blasphemum, morteq; dignum, *Quid vobis videtur?* Interrogat alios ne proprio sensui nimiã credere videatur, & vt alios cõtra Christum inflãmet & pronocet. *At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis*, quia secundum legem blasphemi interficiebantur. His dictis omnes indignati sunt cõtra Iesum, eumq; cordialiter ac vehementissime spernentes, vnanimiter irruerunt in eum, diuersis eum pœnis atq; iniuriis afficientes, quẽadmodum subditur. *Tunc expuerunt* immundissimi illi canes *In faciem eius* sanctam, gratiosissimã atq; dulcissimã, in quã desiderant angeli sancti prospicere, Et *colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas*, hoc est alapas *Dederunt in faciem eius, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* velabant autem faciem eius antequã talia dicerent, vt Lucas habet. Hæc expositione nõ indigẽt, sed admirationem & cõpassionem requirunt. ¶ Mirandũ est E enim quod vnigenitus filius dei, dominus virtutum, rex gloriæ, tanta pro nobis pati dignatus est: & prorsus dignum, & iustum est, vt ei cõpatiamur, eius passionibus conformemur, eius vestigia imitemur, omnia aduersa æquanimiter sustinẽtes, in illis gaudentes, irrisiones, contemptus, vituperia, iniurias, p Christi amore fortiter tolerãtes, quia (vt Petrus ait) 1.Petr.2. Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius: quia cum malediceretur, nõ maledicebat: cum pateretur, non cõminabatur. Cum hæc agerentur, impletum est quod per Esaiã loquitur Christus, Corpus Esa.50. meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Faciẽ F meã nõ auerti ab increpãtibus & conspuentib⁹ in me. Tunc quoq; impletũ est illud Iob, Aperuerunt sup me ora sua, ex- Iob.16. probrãtes tenuerunt ceruicem meã, percusserunt maxillam meã, saturati sunt pœnis meis. De hoc & Sibylla legitur prophetasse, Dabũt deo alapas manib⁹ incæstis. Insuper secundũ Lucã, alia multa blasphemãtes dicebant contra Iesum. Vnde & Dauid in persona Christi prædixit, Aperuerunt super me os suũ, sicut leo rapiens & rugiens. *Petrus autẽ sedebat foris*, hoc est, extra domum, vel aulã Caiphæ, *In atrio* domus suæ, id est, in loco sub diuo, qui erat inter portam, & ianuam domus pontificis, in quo atrio erat ignis accensus, iuxta quem Petrus sedit inter ministros pontificis, vt Lucas testatur. Erat enim frigus, secundum Iohãnem, sicut frequenter est in tali tempore martij post mediam noctem. Et *accessit ad eum vna ancilla*

ancilla pontificis, *Dicens*, Et *tu cum Iesu Galilæo eras*, hoc A est, huic Iesu nato à Nazareth vrbe Galilææ adhæsisti hucusque. Secundum Lucam & Marcum, Mulier ista accessit ad Petrum iuxta ignem, & cum fuisset eum diligenter intuita imposuit ei quòd esset discipulus Iesu. *At ille negauit coram omnibus, dicens*, N*escio quid dicis*, hoc est, non solum non fui cum illo, sed nec agnosco illum, nec scio quid verbis tuis significare intendis. *Exeunte autem illo* scilicet Petro *Ianuam* qua intrabatur ad atrium. Vnde Apud Marcum dicitur, Exiuit foras ante atrium. Post primam enim negationem non audebat diu inter ministros astare, sed ad tempus subtraxit se, & post modicum tempus rursus intrauit in atrium, cupiẽs exitum rei videre, *Vidit illum alia ancilla, & ait his qui erant ibi*, hoc est, seruis potificis, qui Iesum cœperunt & adduxerunt. Maiores autem Iudæorum erant intus in auditorio B cum summo sacerdote occupati cum Iesu, Et *hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterũ negauit cum iuramẽto, quia nõ noui hominem.* Primò, simpliciter negauit ex timore. Secundò, magis perterritus adiecit iuramentum, & peierauit ¶ Sed his verbis Matthæi ac Marci contrariari videtur, quod secundum Lucam, secunda negatio Petri facta est ad vocem viri. Porrò secundum Iohannem facta est ad vocem plurium. Item secundum Iohannem, facta est prope in atrio. Dicendum, q̃ ancilla Petrum accusante, multi accurrebant, & diuersi locuti sunt. Potuit ergo esse vt muliere loquẽte vnus virorum, mox verba fœminæ confirmaret, & sic Lucas asserit dictum à viro, quòd Matthæus & Marcus referunt à fœmina dictũ. Iohannes verò dicit à pluribus dictum, quia non solum vnus, sed plures viri verba ancillæ confirmabant, & forte excitati C fuerunt ab ea ad loquẽdum cum Petro. Mulieres nanque ostiariæ, quia viderunt Petrum cum trepidatione & verecundia quadam intrare & egredi, suspicabantur quòd esset discipulus Iesu, vel ex aliis signis hoc coniiciebant, puta ex habitu & apparatu ¶ Præterea quoque Iohannes dicit secũdam negationem factã prope ignem. Matthæus verò in exitu Petri. Hoc sic cõcordatur, quod Petro incipiẽte exire facta dicatur. Non enim erat longũ spatium, seu magna distantia inter ignẽ & ianuam, ideo Euãgelistæ nõ curauerũt locũ tã determinate exprimere, sed principaliter intenderũt ostẽdere, quod Petrus ter negauit. Quẽadmodũ Christus prædixit. Po-

D tuit autem esse quod Petro, se vertente ad exeundum, aliqui sequebantur eum imponentes ei quod esset discipulus Iesu, sicut asseruit mulier. *Et post pusillum* videlicet facto interuallo, quasi hora vnius secundum Lucam. *Accesserunt ad eum*, hoc est, ad Petrum, *Qui stabant* in atrio, *Et dixerunt Petro, Vere & tu ex illis es*, id est, de numero discipulorum Iesu. *Nam & loquela tua manifestum te facit* hoc est, ex modo locutionis tuæ innotescit, quòd sis Galilæus, quanuis enim Galilæi essent Hebræi, & Hebræo idiomate vterentur, tamen in prolatione verborum aliqualiter differebant ab habitatoribus Iudææ, quemadmodum cernimus homines diuersarum prouinciarum, vel etiam vrbium idem idioma diuersimode pronunciare, quanuis eiusdem consistant domi-

E nii. *Tunc cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem.* Fuit enim tũc maximè territus, & statim capi timebat. Secundum Marcũ cœpit anathematizare, hoc est, cum execratione iurare, imprecando sibripsi mala, si negando mentiretur: in quo patet magna fragilitas Petri, & verum esse quod ait Saluator, Sine me nihil potestis facere. Hanc tertiam negaIohan. 15. tionem Lucas dicit factam ad vocem vnius. Similiter Iohannes addens dicit, quod illic vnus fuit cognatus eius, cuius auriculam Petrus abscidit, dixitque Petro, Nónne te vidi cum illo in horto? Sed hoc facile cum his concordatur, dicendo, quod inter multos, de quibus Matthæus & Marcus loquuntur, fuit vnus magis importunus, molestusq; Petro. Propter

F quod Iohannes & Lucas loquuntur singulariter de hoc vno. *Et continuo* hoc est, statim Petro tertia vice negante. *Gallus cantauit.* Secundò, secundum Marcum, vt dictum est. Vnde Lucas, Adhuc (inquit) illo loquente, gallus cantauit, *Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat illi, Priusquam gallus cantet, ter me es negaturus.* Hoc iam expositum est. *Et egressus foras, fleuit amare*, hoc est, amaritudinaliter, scilicet abundanter ac dolorosè, quemadmodum in Luca habetur, *Conuersus dominus respexit Petrum*, hoc est, per misericordiam suam tetigit mentem Petri, ad verbi sui recordationem ac cordialem pœnitentiam: vel forte corporaliter respexit Petrum. Potuit enim fieri ex ordinatione Christi, vt Petrus transeundo ante ianuam aulæ introspiceret, & Christus cuncta prænoscens inspiceret eum, conuertendo se ad ianuam domus, in qua erant luminaria copiosa.

¶ Ex his

¶ Ex his constat, quòd circa descriptionem trinæ negatio- A
nis Petri, Euangelistæ multum diuersimode loqui videntur, quantum ad superficiem literæ, quanuis in sensu & veritate concordant. Specialiter autem dissonare videntur in tribus Primò, quantum ad horam seu tempus negationis. Secundò, quantum ad personas, ad quarũ interrogationem Petrus negauit, sed hæc duo iam declarata sunt, quomodo concordari debeant. Tertiò, quantum ad locum, sicut iam partim patuit atque expositũ est. Sed adhuc vnum est, in quo dissonare videntur, quod vt mihi apparet cæteris omnibus difficilius solUitur, quia secundum Iohannem, prima negatio Petri fuit in domo Annæ, secundnm seriem textus aliorum trium Euangelistarũ, omnes tres negationes Petri in domo Caiphæ factæ probantur. Matthæus enim, Lucas & Marcus, de Anna B
nil scribunt, sed referunt Petrum esse sequutum vsque in atrium Caiphæ, & ibi ter Christum negasse. ¶ Denique ad hoc sancti doctores valde difformiter responderunt. Augustinus enim affirmat, quod Petrus negauit ter in domo Annæ. Alii dicunt quod ter negauit in domo Caiphæ. Gorra verò refert, quod secundum Hieronymum & Bedam, Petrus semel negauit in domo Annæ, & bis in domo Caiphæ. Quãuis autem certissimus sim beatissimos Euangelistas in nullo errasse, aut discordare, nõ tamen sufficio hanc difficultatem absoluere, nisi dicerem tres Euangelistas non loqui de eodẽ atrio, sed duobus, quod tamen (vt reor) dici non potest, sicut ex dictis elicitur. Cum enim Petrus primo negasset in atrio iuxta ignem, & iam ab igne recederet, negauit secũdò: C
vel nisi dicerem, quod Petrus negauit sæpius, quàm ter, licet negationes eius principales fuerint tres duntaxat, sed nec hæc dicere audeo, cum nulla authoritate probare id possim. Ideo aliqui dicunt, quòd Euangelistæ in describendo trinam negationem Petri loquuntur per anticipationẽ & recapitulationem. ¶ Legitur quod Petrus egrediendo de atrio, introiit in foueam quandam inter mõtem Sion, & Hierusalẽ, ibique fleuerit. Refert quoque Clemens papa in itinerario, quod Petrus ex hac nocte traxit consuetudinem, quod à primo gallorum cantu, vsque ad horam matutinam stetit in oratione, suam negationem vberrime deflens, ita vt facies eius quasi adusta videretur.

CAP.

D ¶Expositio CAP. XXVII.

Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum.

ARTICVLVS. XLIII.

Ane autem facto, quia ab hora captionis vsque ad
M auroram nō cessauerunt Iesum diuersis pœnis afficere, vt dictum est, *Cōsiliū inierunt omnes principes sacerdotū, & seniores populi aduersus Iesum, vt eū morti traderent.* Nondum enim habuerunt sufficientem accusationem, propter quam præses Gentillis cogeretur eū occidere, puta Pilatus qui ignorantiam dei habens, de blasphemia dei Israel non multum curauit. Excogitauerūt ergo & alias ob-
E iectiones quas Lucas commemorat, vt dicetur, Et *vinctum adduxeruut Iesum*, tanquam mortis reum, forte manibus post tergum ligatis, & catena missa in collo ipsius. Solebant autē Iudæi ligatos offerre iudici eos quos morti dignos putabāt. *Et tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi*, hoc est, Iudæis præsidenti, vt Iudex à Romanis missus & constitutus. *Tunc videns Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset*, Hoc dupliciter intelligi posset. Primò sic, quod damnatus esset, hoc est, quod IESVS à Iudæis morti adiudicatus, & à Pilato damnandus. Vel, Quod ipse Iudas damnandus esset, hoc enim Iudas de seipso perpendere potuit. Primo, propter magnitudinem sui facinoris. Secundò, quia audiuit à CHRISTO quem nouerat esse Prophetam verum & sanctum. Væ homini illi per quem filius hominis tradetur. *Pœnitentia ductus*
F Doluit enim de suo peccato, sed non fuit vera pœnitentia, prout pœnitentia est virtus vel sacramentum, *Retulit* hoc est, reportauit vel reddidit. *Triginta argenteos* pro quibus vendidit Iesum *Principibus sacerdotum & senioribus populi*, à quibus acceperat eos, desiderans Christum à morte eripere, forte quod Iudas videns magistrum suum tam miserabiliter discoloratum, tam crudeliter tractatum, tam inhoneste ligatum, tam mendaciter accusatum, compassionē quandam concepit ad eum propter innocentiam eius, *Dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum.* Frequenter nomine sanguinis totus homo, seu vita, vel anima hominis designatur. *At illi dixerunt, Quid ad nos?* hoc est, Quid spectat ad nos, quod peccasti innocentem prodendo, quasi dicant. Non curamus neque discutimus, an peccasti, vel non. In hoc pessime dixerunt. Si enim

enim ipse peccauit innocentem vendēdo, nónne & ipsi pec- A
cauerunt illum emendo, persequendo, & occidendo? *Tu videris*, Hoc est, Tu opus tuum conspice, & onus tuum porta. *Et proiectis argenteis in templo, recessit* Cum immoderata tristitia, Et *abiens laqueo se suspendit.* Ex desperatione dicens cum Cain, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniā merear.
¶Denique suspensus crepuit medius & diffusa sunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem. Plus autem peccauit Iudas desperando quàm Christum tradendo, cum desperatio sit peccatum in spiritum sanctum, & contra diuinitatem directè, videlicet cōtra infirmitatem bonitatis & misericordiæ dei. Proditio autem fuit, directè contra CHRISTI humanitatem. *Principes autem sa-* B
cerdotū acceptis argenteis, dixerunt, Non licet mittere, hoc est, ponere. *Eos in corbanam*, hoc est, in gazophylacium, archam, seu locum oblationum, vbi ponebantur ea quæ offerebantur in templo ad sustentationem templi, ministrorum tēpli, & reparationem ipsius, *Quia precium sanguinis est* hoc est, pecunia pro sanguine effundendo exposita. Timebāt locum sanctum cruenta pecunia inquinari, culicem colentes, & camelum glutientes, *Consilio autem inito, emerunt ex illis*, hoc est, pro argenteis memoratis, *Agrum figuli* qui forsitan dictus est ager figuli, quia ad figulum pertinebat, vel vasa fictilia ibi fiebant, vel terra pro vasis fictilibus faciendis inde tollebatur. Quemadmodum apud Esaiam legitur de Mat. 13.
via agri fullonis, vbi Esaias iubetur occurrere regi Achas, C
qui ager vocatur fullonis, quia in eo vestes suas siccabant, *Et in sepulturam peregrinorum*, id est, vt peregrini non habentes sepulchra propria in agro illo sepelirentur. Hoc fecerunt, misericordiam simulantes, sed secundum Hieronymum eorum intentio fuit CHRISTVM diffamare, quatenus ex occasione illius agri & sepulturę semper maneret memoria venditionis atque turpissimæ mortis CHRISTI, sed diuina ordinatione hoc factum est ad memoriam impiæ venditionis, & iustæ vltionis Iudę, ac innocētis traditionis, passionisque CHRISTI. *Propter hoc vocatus est ager ille Aceldemach, hoc est, ager sanguinis*, hoc est, emptus pro precio sanguinis IESV, *Vsque ad hodiernum diem. Tunc adimpletum est, quòd dictum est per Hieremiam prophetam, dicentem, Et acceperunt*, principes sacerdotum, & seniores populi,

Triginta

D Triginta *argenteos* qui fuerunt. *Pretiũ appretiati, quẽ appretiauerũt à filiis Israel*, hoc est, à Iuda, vt ponatur plurale pro singulari, sicut frequenter fit in scripturis, Et *dederunt* hoc est, exposuerunt, *Eos in agrum figuli*, id est, pro agro huiusmodi, *Sicut constituit mihi dominus* ista authoritas non inuenitur in Hieremia, hoc est, in libro eius vulgato & autentico quẽ habemus. Lyra autẽ dicit ꝙ Hierony. vidit hanc authoritatem in quodam libro Hebraico, qui ascribebatur Hieremiæ. Sed sciendum, ꝙ Hierony. dicit sibi à quodã Iudæo de secta Nazarenorum oblatũ esse librum apocryphum, quẽ dicebat ille Iudæus esse Hieremiæ. Verũ allegatio apocryphorũ non est solida in scripturis. Potuit tamẽ esse ꝙ Euangelista Matthæus spiritu sancto docẽte agnouit Hieremiã ista dixisse verbo

E

Zacha. 11. solo vel scripto. Hieronymo verò apparet, ꝙ allegata authoritas sumpta sit ex Zacharia, & ita ꝙ dicitur in textu (Hieremiam) non est de textu, sed creditur ab aliquo additum.

¶ Porrò apud Zachariam sic habetur, Dixi si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam, & si nõ, quiescite. Et apprehenderunt mercedem meã triginta argenteos, & dixit dominus ad me, Proiice eos ad statuariũ, decorũ pretiũ, quo appretiatus sum ab eis. *Iesus autem stetit ante præsidem* capite inclinato, vultu in terrã demisso, vinctis manibus, silentibus labiis, atq; mitissimo corde, Et *interrogauit eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum?* Quemadmodum in Iohanne inducitur.

Ioan. 18. Cũ Iudæi duxissent Iesum ad Pilatũ in prætoriũ, & non vellent introire prætorium hoc est, locũ viri Gentilis, ne macularentur, Pilatus exiuit ad eos, & videns Iesum ligatum tanq̃

F mortis reum, interrogauit causam mortis dicẽdo, Quã accusationem affertis aduersus hominẽ hunc? Sciuit enim Pilatus consuetudinem esse Romanis, vt neminẽ damnarẽt ad mortẽ, nisi præsentes haberent accusatores, & locũ se defendẽdi acciperet, & hanc legẽ voluit Pilatus seruare in Christo. Cui primo responderunt Iudæi. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Quibus dixit Pilatus, accipite eũ vos & secundum legẽ vestram iudicate eum. Tanquã diceret, Si vultis vt ego non inquirã causas iudicii, sed reputẽ vos tantę iustitiæ, vt certũ sit quod nõ offeratis mihi innocentẽ sic vinctum, ergo & vestrũ iudicium sufficiat: nec requiratis, vt ego eum condemnem. Cui Iudæi. Nobis (inquiunt) non licet interficere quenquã. Cumq; Pilatus non contẽtaretur accusatione

tione confusa ac dubiosa, cœperunt Iudæi Iesum accusare in A
tribus, vt Euãgelista Lucas refert. Dicebant enim, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrã. Ecce primũ, hoc est cõprehendimus eum conducere pꝰpulum Iudæorũ sua do- Lucæ. 23.
ctrina pestifera, & prohibentẽ tributa dari Cæsari. Ecce secũdum: & dicẽtẽ se Christũ regem esse: Ecce tertium. Duo prima obiecta Pilatus non aduertit, quia cum esset Gentilis, de lege & documentis Iudeorum non curauit. Secundũ quoq; sciuit esse mendosum, quia percepit Christum dixisse Herodianis, Reddite quę sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt dei deo. Lucæ. 20.
Tertium verò attẽdit, quoniã imperator Romanus præcepit, ne sine suo cõsensu aliquis vsurparet sibi nomẽ regis. Et quia Iudæi seruiebãt ei sub tributo, propterea interrogauit Christũ, an esset rex Iudæorũ, *Dicit ei Iesus, Tu dicis*, hoc est, verum est, quod sim rex. Hanc responsionem diuus Iohãnes B
plenius descripsit. Nam primo Christus dixit, Regnũ meum nõ est de hoc mundo, in quo satisfecit Pilato & Cæsari, qui non regnauit nisi tẽporaliter in seculo isto. Deinde dixit ad Iesum, Ergo rex es tu? Cui Christꝰ respondit, Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdũ vt testimonium perhibeam veritati. Cumq; Pilatus dixisset, Quid est veritas? Statim exiit ad Iudæos, volẽs excusare, atque dimittere Iesum. Et *cum Accusaretur* Iesus A *principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit*. vt patientiæ & mãsuetudinis daret exempla, & quia mortem euadere noluit. *Tũc dicit illi Pilatus, nõ audis quãta aduersus te dicunt testimonia? Et nõ respõdit ei ad illud verbũ ita, vt miraretur præses vehemẽter.* C
Sciens quod facillime se potuisset excusare. præsertim cũ haberet iudicẽ pro sẽ. Hoc loco emittit Matth. quod solus Lucas cõmemorat quod Iudeis dicentibus, Cõmouit populum incipiens à galilæa: Pilatus interrogat an Galilæus esset. Et cum cognouisset, misit eũ ad Herodẽ, qui viso Iesu, grauisus est valde, quia diu optauit eũ videre propter famam eius, spe rauitq; aliquod miraculum videre ab eo fieri. Cumq; multa Lucæ. 23.
quæsisset à Iesu, & nullũ ab eo responsum susciperet, spreuit eum cũ suo exercitu, & illusum, ac alba veste indutũ remisit Pilato. *Per diem autem solennem*, hoc est, in solennitate paschali, *Cõsueuerat præses dimittere populo* Iudeorum *vinctum vnum quẽ voluissent* i. aliquem captum quencũq; petissent, in memoriã liberationis patrum suorũ de terra Aegypti. Hoc

enim

D enim Iudæi obtinuerunt à Romanis. *Habebat autē* præses Pilatus *Tunc vinctū vnū insignē*, hoc est, famosum nō nobilem, sed in malitia eminētē *Qui dicebatur Barabbas, qui propter homicidiū* à se factū in Hierusalem, *Missus fuerat in carcerē* Secundum Lucam fecit & seditionē. Iohannes autē vocat eū latronem. *Congregatis ergo illis* videlicet principibus sacerdotū & plebe Iudæorū. *Dixit illis Pilatus, Quē vultis dimittā vobis? Barabbā, an Iesum qui dicitur Christus?* Pilat⁹ toto affectu cupiens Iesum eripere, proponit eis duos duntaxat, vnū sceleratissimū, & alium innocentē, putans quod nullo modo eligerēt Barabbam sibi dimitti, sed Iesum, Et ergo subtiliter ꝓposuit eis electionē inter hos duos. ¶ Sed vnde vel quomodo sciuit Pilatus homo paganus lōqui de Christo? Et respondendū quod habitās inter Iudeos, potuit scire quod expectarent aduentū Christi, & quod aliqui dicerēt Iesum esse Christū, Non enim dubiū est, quin sæpe audiuit mentionē de Christo, præsertim in die Palmarū, propter solennissimā illā processionē. Et rursus, Quia Iudei iam dixerūt Pilato, quod Iesus diceret se esse Christū, ideo sic repetiuit, dicendo. An-Iesum qui dicitur Christus. Cur autē voluerit Iesum eripere subditur, *Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent eū sibi* Pōtifices ac Iudæi. Nam accusationes eorū inuenit falsas, aut insufficientes, & forte ante & aliunde percepit, quomodo Iesus aperte & fiducialissime increparet principes sacerdotū scribas, & pharisæos, quod Pilato bene cōplacuit, quia nō dilexit Iudeos, sicut nec ipsi eū, imò sæpe interfecit magnā partem eorū. ¶ Omittit hoc loco Matth. quod refert euāgelista Iohānes, quēadmodum Christo ab Herode reuerso dixit Pilat⁹ Iudæis, Nullā causam mortis inuenio in eo. Corripiā ergo, hoc est flagellari faciā illum & dimittā: quia si in verbis offendit, pro hoc sufficit pœna flagellationis, tuncq; Pilatus fecit eum grauissime flagellari, vt Iudeorū mitigaret furorem. *Sedente autem eo* puta Pilato *Pro tribunali* hoc est in sede iudiciaria ad iudicandum de Christo *Misit ad eum vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi* i. non præsumas aliquid agere contra eū *Multa enim passa sum hodie*, hoc est, hoc die naturali, videlicet in aurora, vt creditur, *Per visum*, id est, in visione *Propter eū*, hoc est, occasione eius, & ob hoc vt procuré à te liberationem illius. Diabolus nempe qui ab exordio conatus est hominum impedire salutem, nūc quoq; vxorem Pilati instigauit per suggestiones cōminatorias factas in somno, vt probabilius dicitur, vt virum suū induceret ad Christi liberationem, adiiciēs minas nisi hoc faceret. ¶ Sed cur diabolus, qui pauloante misit in cor Iudæ vt traderet Iesum, nunc mittit in cor mulieris, vt redimat eum? Dicendum quod dēmō frequēter vacillauit in notitia Christi, nunc æstimans eum esse Christū, propter diuinitatis insignia, nunc arbitrans oppositū, propter humanitatis infirma. Cur ergo Iudam incitauit ad Christi proditionē, putauit quod non esset Christus: verū in ipsa nocte, & deinceps, incredibilē mansuetudinem, patientiā, atq; constantiam Christi cōspiciens, cernensq; scripturas de Christi passione prædictas iā in ipso pro parte impletas, & cito timēs cōplendas. Vidēs quoq;, vt creditur, consolationē sanctorum in lymbo, cœpit vehementer coniicere, ꝙ ipse esset verus Messias, timēsq; vinci, ac spolari ab eo incitauit mulierē ad ea quæ dicta sunt. Solent enim cōiuges magnatū, per tēpus remanere in lecto, surgentibus viris *Principes autem sacerdotū* Annas & Cayphas maximē, *Et seniores, persuaserunt populis*, hoc est, vulgo, *Vt peterent Barabbam* sibi dimitti, *Iesum verò perderent*, Hoc est, crucifigi exposcerent, *Respondens autem præses, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barabbā. Dicit illis Pilatus Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes Crucifigatur.* O execratissimi, ingratissimi, crudelissimiq; Iudæi, qui eum, qui vobis ac filiis vestris tanta bona fecit omnes infirmitates sanando, dæmoniacos liberando, mortuos suscitando, esurientes alendo, ignorātes docendo, vestrā cēcitatem atque futuram destructionē deflendo, latroni & homicidæ, ac seditioso postponitis, deteriorem censetis, & turpissima itēque accerbissima morte necari deposcitis. *Ait illis præses, Quid enim male fecit? At illi magis clamabant, Crucifigatur* & tolle tolle eum. Tunc verè impletū est, quod Christus ait in Psalmo, Quoniam circundederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Et per Hieremiam, Facta est (inquit) mihi hereditas mea quasi leo in sylua, dedit contra me vocem suam. Tunc quoq; impletus est illud Oseæ, Ego erudiui eos, & in me cogitauerunt malitiam, & locuti sunt contra me mendacia. *Videns autem Pilatus: quod nihil proficeret* Laborando pro CHRISTI liberatione, *Sed magis tumultus fieret*, hoc est, perturbatio populi impor-

Lucæ. 25. Iohan. 18.

Mat. 25.

Iohan. 18.

Ioan. 13.

Psal. 21.

Hiere. 12.

D importunis precibus, irrationabilibusq; clamoribus ad contrariū laborantis, Quod enim per rationē atq; iustitiā adipisci non poterant precibus, clamoribus, cōminationib⁹, & cōmuni instantia impetrare conati sunt. *Accepta aqua, lauit manus coram populo, dicēs, Innocēs ego sum à sanguine iusti huius* Sic enim mulier eius ei mandauit. *Nihil tibi & iusto illi*, i. occisio eius mihi non imputetur, quia inuitus eū cōdemno, quē innocentē & ex inuidia traditū scio, *Vos videritis* i. vosipsi pensate quid facitis, quia non ego sed vos eū occiditis. *Et respondit vniuersus populus* à sacerdotibus pessime informatus *Dicens, Sāguis eius super nos, & super filios* i. posteros *Nostros* filios ac filias, hoc est, nobis & posteris nostris imputet crucifixio eius: & si quid culpæ consistit in eius occisione, hanc

E capimus super nos, & te immunē fatemur. O crudelissimi patres, & rabidissimi canes, quibus nō sufficit condēnatio propria sed totā posteritatē tāto piaculo precatur esse obnoxiā

Ephesi. 5. Psal. 68. ¶ Deniq; exaudita est & impleta eorū oratio, quoniā teste Apostolo, peruenit super eos ira dei vsq; in finē: quod Psalmista quoq; prædixit, Effunde super eos irā tuā, & furor iræ tuæ cōprehendat eos. Itaq; nō amplius pertinet populus Iudæorū ad deum. Quemadmodū in Daniele legitur prophetatū, Non erit eius, scilicet Christi popul⁹, qui eū negaturus est, & finis eius vastitas, & vsq; in finē pseuerabit desolatio. *Tūc Pilatus dimisit illis Barabbā, Iesū verò* flagellatū *Tradidit*

F *eis, vt crucifigeretur* i. ad mortē eum condemnauit. Et in hoc vehementer peccauit, quanuis minus quam Pontifices & Iudæi. Sciuit enim q̄ per inuidiā esset sibi oblatus & innocēs & tamē ex timore Cæsaris, & propter populi strepitū, & forte propter fauorē pōtificū damnauit innoxiū, quod nequaq̄ facere debuit, quia cū esset iudex, pro nulla re debuit equitatē relinquere, quia secundū philosophum in ethicis, iudex

Danie. 6. debet esse velut animata iustitia, viuaq; lex, ab æquitatis tramite nusquam deflectens. Item, quia Pilatus dixit ad Iesum. Potestatē habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te, nō debuit potestate sua abuti. *Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, &c.* Hoc loco Euangelista Matthæus non seruat ordinē historiæ, narrādo res gestas eo ordine quo factę sunt. Quod enim hic subditur post Christi cōdemnationē, de eius illusoria induitione, spinea coronatione, cōsputione, &c. factū fuit antequā iudicaretur ad mortē.

Quemad-

Quemadmodum enim apud Iohannē habetur, ad hoc Pilatus fecit Iesum flagellari atq; illudi, vt Iudæi cernentes eum tam miserabiliter, pœnaliterq; tractatū, cessarent à persecu- Iohan. 19. A
tione ipsius. Sic quippe habetur in Iohanne, Exiuit iterū Pilatus & dixit Iudæis, Ecce adduco eū vobis foras, vt cognoscatis, quia nullam in eo causam inuenio. Exiuit ergo Iesus, portans spineā coronā, & purpureū, vestimētum, & dicit eis Pilatus, Ecce homo. Cū ergo vidissent eū pontifices & ministri clamabāt, Crucifige crucifige eū, Quod igitur hoc loco subiungitur, per recapitulationē describitur. Tūc milites prę fidis suscipiētes Iesum in prętorio. i. in domo iudicis. prætoriū enim secundū Bedā est sedes vel domus in qua prętores seu præfecti sedebant ad discernēda negotia populi: & dicuntur prætores quasi præceptores, quoniam ciuibus dabāt præcepta, *Cōgregauerūt ad eū vniuersam cohortē* id est, multi B
tudinē gētiliū intrātiū prætoriū. Iudei enim nō intrabāt, ne macularētur, vt dictū est. Cohors verò fuit multitudo subiecta tribuno, hāc cōgregauerūt, vt pœna & illusio Christi coram tanta multitudine, & in loco patēti essent maiores & erubescibiliores *Et exuētes eū* vestimenta sua, *chlamydē coccineam circundederunt ei*, hoc est, veste seu chlamyde rubea, ad similitudinē purpurę induerūt Iesū, illudēdo ei, quoniā dixit se regē. Hanc enim chlamydē vocat Iohannes purpureū vestimentū, & aliqui dicūt, quod fuit aliud vile rubeū simile purpuræ, *Plectētes coronam spinis* i. de iuncis marinis acutis instar spinarū *Posuerunt super caput eius* pro diademate. Refert Lyra se audisse à quodā qui fuit vltra mare cum sancto Ludouico rege Franciæ, q̄ in littore maris sensit puncturas iūcorum per calceos *Et arundinem* i. calamū posuerunt *In dextera eius* pro sceptro regali *& genuflexo ante eum illudebant ei* C
dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum tanquā in vilissimum hominē ex vehementi contemptu. *Acceperūt arundinē, & percusserunt caput eius* cum arundine, vt imprimerent illas spinas punctiuas sacratissimo capiti eius: quo facto, cœpit sanctissimus sanguis eius, ex diuersis diuini capitis vulneribus, quasi ex viuis, ac purissimis fontibus copiosissime emanare, & per benedictū vultū eius descēdere, ita vt tota facies eius gratiosissima sanguine perfunderetur. ¶ Compassionē & intentissimā considerationē hæc exigunt, & expositione non indigent, Quis enim hæc diligenter perpēdens, poterit

D dulcissimo agno, innocenti filio dei non cõpati, & eius amore nõ affici, ad sustinenda aduersa non animari? ¶ Præterea, si non amamus eũ quia bonus, quia deus & frater est noster saltẽ idcirco eũ amemus, quoniã tanta pro nostra salute perpessus est, tãtaq; nobis beneficia est largitus, & maiora spopondit. ¶ Aduertendũ ꝙ secundũ Chryso. milites ista fecerunt, nõ iussu Pilati, sed à Iudæis ꝓmissione donorũ corrupti, hoc & ego æstimare solebam, quãdo putaui hęc facta eo ordine quo hic à Matthæo narrantur, quia Pilatus nõ intendebat Iesum tã crudeliter persequi. Verũ modo considerãs ex Euãgelio Iohannis, ꝙ facta sunt hæc ante prolationẽ sententiæ contra Christum, potius cũ Augustino dicendũ opinor, ꝙ fecerunt ista ex iussu vel ꝓsuasione Pilati cui hæc placuerunt, quatenus Iudæi videtes Iesum tam inhumane affli-
E ctum, cõtemptũ, irrisum, permitterẽt eum transire. *Et postq; illuserũt ei, exuerũt eũ chlamyde, & induerũt eum vestimẽtis eius* vtinillis magis cognosceretur, & ea sibi sub cruce diuideret. *Et duxerunt eum* extra Hierusalem *Vt crucifigerent* eum extra portam. Et baiulans sibi crucem exiuit secundum Iohannem. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæũ* i. à tali loco oriundum seu appellatum *Venientem de villa* aliqua, obuiam eis versus Hierusalem *Nomine Symonem* patrẽ Alexandri & Rufi secundũ Marcũ, qui erant discipuli Christi, vt dicit Hieronymus, *Hunc angariauerunt* hoc est, timore & minis coegerunt, *Vt tolleret crucem eius*. ¶ Sciendũ quia (vt ait Iohãnes) Iesus egrediendo à prætorio & ciuitate, baiulauit
F propriis humeris lignũ crucis ad spaciũ aliquod. Deinde milites vel Iudæi timentes, ne Christus sub onere crucis in via deficeret, sicq; futuras pœnas cõpẽdio quodã redimeret, imposuerunt huic Symoni ferre crucem. ¶ Præterea eduxerũt Iesum inter duos latrones crucifigẽdos, qui nõ leguntur sua patibula baiulasse, vt eductio Iesu ex hoc cõfusibilior appareret. O pater ætetne quãta ꝓ nobis infœlissimis hominib⁹ & miseris vermiculis pertulit vnigenitus filius tuus. Quãtũ tibi & illi regratiari tenemur. Sed & hoc in omnibus his cõsideratione dignissimũ, quid in vniuersis pœnis Christi prędictis atq; dicẽdis passa sit affectuosissima, mitissima, atq; piissima mater eius. *Et venerũt in locũ qui dicitur Golgotha* Hebrai cæ *Quod interpretatur. Caluariæ locus* quoniã plenus fuit cadauariis reorum ibi occisorũ, suspensorũ, seu decollatorũ. Re-

fert Hieronym⁹ fuisse opinionem Origenis cuiusdã, ꝙ ideo A
locus ille dictus sit Caluariæ, quoniã ibi sepultus sit Adã, & eius caput illic conditũ fuit: & quod ideo ibi crucifigi voluit Christus, vt ei⁹ sanguis super primi hominis tumulum distillaret, eumq; cũ sua posteritate redimeret. Quanuis autẽ ista expositio sit fauorabilis mulcensq; auditũ, nõ tamen est vera: quoniã in libro Iosue legitur Adam sepultus in Hebron, propter quod ciuitas illa olim vocabatur Cariatharbe, hoc est, ciuitas quatuor, eò quòd ibi sepulti sint quatuor magni patriarchæ cum suis vxoribus, scilicet Adam cum Eua, Abraham cum Sara, Isaac cũ Rebecca, Iacob, cũ Lya. *Et dederunt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ.* ¶ Marcus refert, quod dederunt ei bibere vinũ myrrhatum. Iohãnes verò vocat potum istum acetum. Dicendum ergo quod potus iste fuit vinũ amarũ & acetosum, felle mixtum, ꝙ Marcus dicit myrrhatum, vel quia B
etiã mixtũ erat myrrha, quę est amara, vel ꝓpter proprietatẽ, videlicet quia amarum fuit quemadmodum myrrha. Aliqui insuper dicunt, ꝙ ministri talem potũ dederunt damnatis, vt citius morerentur, sicq; de illorum custodia expedirentur. Alij dicunt ꝙ seniores Iudæorum ordinauerunt damnatis ad mortem dari vinum bonum & aromaticum, quatenus exhilarati, pœnam mortis minus attenderent, atque facilius tolerarent: & hoc ordinasse leguntur, quoniam in Prouerbiis Sa- Prouer. 31.
lomon scripsit, Date vinũ mœrentibus, sicerã hi qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ. In Hierusalem ergo (vt dicunt) fuerunt fœminę religiosæ, quæ ꝓ Christo & latronibus talem potum dederunt ministris: qui veneno rãcoris impleti pro potũ huiusmodi dederunt Christo vinum fellitum. Dixit enim Christus, Sitio, quia nõ solum spiritualiter sitiebat nostram salutem, sed corporalem sitim ha- C
bebat maximã, ac pœnosam, quoniam ex maximo labore, & copiosa sanguinis sui effusione, corpus eius exsiccatum adustumque fuit. Vnde in Psalmo, Aruit tanquam testa virtus Psal. 21.
mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis. Dixit autem, Sitio, secundum Iohannem vt scriptura impleretur, videlicet, prophetia Dauid in persona Christi, dicentis, Dederunt in Psal. 68.
escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. *Et cum gustasset* Iesus hoc vinum *Noluit bibere* multum de eo. Non enim erat refrigeratiuum naturæ, sed afflictiuum. Ex hoc verbo Matthæi patet concordia inter Iohannem &

D Marcũ. Nam Iohánes habet, Cũ Iesus accepisset acetũ, vnde constat quod aliquid bibit. Propter quod ait Matth. Cum gustasset. ¶ Porrò Marcus sic habet, Dederunt ei bibere vinũ myrrhatum, & non accepit, hoc est, parũ inde potauit: sicut de eo qui modicũ bibit, dicimus, nihil bibit. Quod enim modicum est, pro nihilo reputatur secundũ philosophum.

¶ Explanatio reliquæ partis huius capituli.

ARTICVLVS XLIIII.

Oſtquã autẽ crucifixerunt eũ, diuiſerunt veſtimenta eius

P *ſortem mittentes.* Quamuis quatuor Euãgelistæ huius rei faciant mentionem, Iohannes tamen plenius id descripsit, Diuiserunt sibi vestimenta Christi, prẽter tunicam incõsutilẽ in quatuor partes vt quilibet miles vnã partẽ acciperet. Vnde elicitur ꝙ milites crucifigẽtes fuerãt quatuor. ¶ Porrò, de tunica inconsutili dixerunt, Non scindamus eã, id est, non diuidamus eã in quatuor partes, vt alia indumẽta,

E sed sortiamur. i. sortẽ mittamus de ea cuius sit. i. quis eam totam accipiat. Fuerat enim facta vestis hæc per modum retis non consuta, aut incisa, sed desuper contexta per totũ, videlicet artificiose elaborata, idcirco nõ potuit congrue diuidi, & forte propter operis specialitatem seu raritatem, vel artificialitatẽ optauit quilibet eorũ eã ĩtegrã obtinere. Ita quod

Marci.15. Lucæ.23. Matthæus, Lucas & Marcus scribũt de sortis missione, ad solam hãc tunicã est referendũ, quã creditur beatissima Christi genitrix propriis manib⁹ prẽparasse suo dilecto. Patet quoq; ex his, ꝙ Christus nudus in cruce suspensus est, nisi ꝙ aliqui dicunt dignissimã eius matrem velũ sui capitis posuisse circa

F locum virilitatis ipsius, *Vt adimpleretur quod dictum est per*

Psal.21. *prophetã* Dauid *Dicentẽ* in psalmo in persona, Christi, *Diuiserunt sibi veſtimẽta mea* milites crucifixores, in quatuor partes æquales Et *ſuper veſtem meã* scilicet tunicã inconsutam, *Miserunt ſortem* quis tolleret eam. Et *ſedentes* milites circa crucem *Seruabant*. i. custodiebant Eum ne ante mortẽ deponeretur. Et *poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptã*. i. superiori crucis parti affixerunt titulũ continentẽ quare crucifixus esset. Scriptura autẽ hæc erat, *Hic eſt Ieſus Nazarenus rex Iudæo-*

Iohan. 19. *rum*. Secundũ Iohãnẽ, titulus iste scriptus fuit Hebraice, græce & latine. Iudæi verò erubescentes tã vilẽ & reũ, secundũ eorũ æstimationẽ appellari regẽ eorum, dixerũt Pilato, Noli scribere rex Iudæorum sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorũ.

Quibus

Quibus respõdit, Quod scripsi scripsi. Pilatus imperatori obediẽs, nullo modo voluit dicere, quod Iesus esset verus rex Iudæorum, quo ad tẽporale dominiũ: sic enim fuisset imperatori rebellis, vt patet ex dictis. Vnde hæc scripsit, & per ministros cruci affigi præcepit cum derisione, tanq̃ diceret, Ecce qualẽ apparentiã habet, ꝙ iste esse voluerit rex Iudæorũ: & tamẽ aliud sibi opponi nõ potuit, ꝙ esset verum & morte condignum. *Tunc crucifixi ſunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris*, Hoc fecerunt in cõtumeliã Christi, vt principi latronũ similis videretur, qui se regẽ vocauit: sed ideo deus illud permisit, vt impleretur illud Esaiæ, Cum sceleratis reputatus est. Ecce quomodo pater æternus deus omnipotẽs filium suum charissimum, naturalem, & vnicum permisit illudi, suppeditari, cõtemni, vt nos ab æterna cõfusione eriperemur, cœlestemq̃; recuperaremus honorẽ. Ecce quomodo sanctus sanctorũ inter facinorosos suspẽditur & reputatur, vt nos scelerati, ac perditi inter sanctos dei & angelos collocemur. Simus itaq; grati patri ac filio, & tãtis beneficiis bene vtamur, atq; condigni inueniri conemur, imitando vestigia crucifixi in temporalium bonorũ contẽptu, & vituperiorum, omniumq; aduersitatũ perpessione quieta. Nõ enim est seruus maior domino suo. Tunc verò impletum fuit in

A

Esa.53.

B

Iohan.13. Psal.68. Christo illud Psalmographi. Quoniã propter te sustinui opprobrium, & operuit confusio faciem meã. *Prætereuntes autẽ* id est, homines per viam illã pergentes, *Blaſphemabant eum, mouentes capita ſua & dicentes*, *Vah* quod est interiectio insultationem significans, *Qui deſtruis tẽplum dei, & in triduo illud reædificas*, id est, merito nunc tibi ô miser & præsumptuose insultamus, qui dixisti te posse templum Hierusalem destruere, illudq̃; intra tres dies reparare. Hoc enim falsi testes dixerunt Christũ dixisse: sed quomodo ei falsum imposuerunt, dictum est supra Nihilominus ea potestate qua Christus alia operatus est signa, potuit vtique templum illud destruere, & intra vnius horæ minutum reædificare, quod etiam potuit facere ministerio angelorum, qui sibi in deserto ministrabant, quando erat cũ bestiis, *Salua teipſum* à morte tibi iã proxima: quasi dicant, Quoniã teipsum saluare no vales, patet impotentia tua *Si filius dei es, deſcende nunc de cruce* ac si dicant: quia descendere nequis, constat ꝙ filius dei non sis *Similiter & principes ſacerdotũ illudentes cũ ſcribis & ſenioribus dicebant,*

C

Iohan.2.

Marci.15.

D Alios *saluos fecit* à diuersis languoribus, *Seipsum nõ potest saluum facere*. Hoc quidam exponunt negatiue, quasi dicerent, Nõ est verũ, ꝙ alios fecit saluos, quia si hoc potuisset, saluaret modo seipsum. Sed melius exponẽdum est affirmatiue p prima parte, qua dicitur, Alios saluos fecit. Non enim ignorabant ꝙ Iesus multos curauit, propter quod apud Iohannẽ dixisse leguntur, Quid facimus, quia hic homo signa multa fa-
Iohan. 12. cit. Est igitur sensus, Alios saluos fecit, vt profitemur, seipsum non potest saluum facere, hoc est, quia seipsum non valet ab hac pœna eripere, patet ꝙ nõ propria neque diuina virtute, sed cooperatione diaboli signa fecit, à quo nunc non potest iuuari. Frequenter enim opera saluatoris ascripserunt Beel-
Luc. 22. zebub. *Si rex Israel est*, id est, rex Messias in lege promissus. Vnde in Luca dicunt, Si hic est Christus dei electus, *Descẽdat nunc de cruce, & credimus ei.* ¶ O infinita atque densissima,
E imò palpabilis cæcitas Iudæorum, dicẽtium, Si rex Israel est, descendat & credimus: imò si descendit, nõ est ei credẽdum.
Danie. 9. Ergo ne latet vos ó infœlices Iudæi, ꝙ sancti prophetæ prę-
Esa. 53. dixerunt Christum occidendum ꝓ mundi salute? Si ergo descendit, vbi est quod Daniel ait, Post hebdomadas septuaginta duas occidetur Christus? Item ꝙ Esaias prædixit, Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Rursus vbi illud, Tradidit in mortem animam suam. ¶ Denique, si de cruce descendere videtur vobis tam magnum vt si hoc fecerit, crediturí sitis: quare propter maio
F ra signa nõ credidistis? Nónne diabolus poterat inuisibiliter clauos de manibus & pedibus crucifixi extrahere, eumque sine læsione deponere, qui nequaq̃ potest natum cæcum illu-
Iohan. 8. minare, & mortuos suscitare, quod scitis Iesum fecisse? Proin de resurrexit à mortuis (quod infra probabitur) & tamen nõ creditis. *Cõfidit in deum*, id est, dixit se in deo sperare, *Liberet eum* deus *Nunc si vult* & hoc merito dicimus. *Dixit enim, quia filius dei sum* Iam nunc id audiamus quam apertissime
Psal. 21. sanctus Dauid plenus spiritu sancto omnia ista in persona Christi prædixerit. Ait enim in Psal. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. Omnes vidẽtes me, deriserũt me, loquuti sunt labiis, & mouerũt caput. Sperauit in domino, eripiat eũ, saluũ faciat eum, quoniam vult eum. Tãta autem fuit excæcatio sacerdotum, scribarum,

barum, & pharisæorum, vt putarent Iesum à morte diuinitus A
præseruandum, si esset filius dei, non intelligentes primum eius aduentum in paupertate, & humilitate esse prænuntiatum, vt iudicaretur & occideretur. Hinc enim aiunt, Circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis: promittit se scientiam dei habere, & filiũ dei se nominat: grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, tanquam nugaces æstimati sumus ab eo, & gloriatur se deum patrem habere. Videamus ergo si veri sint sermones illius, & tẽtemus quæ ventura sunt illi. Si enim est verus filius dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Contumeliis & tormento interrogemus eum, & sciemus reuerentiam eius, morte turpissima condemnemus eum. Erit enim respe- B
ctus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excæcauit enim eos malitia eorum, & nescierunt sacramẽta dei. *Idipsum autem* i. eadem verba irrisoria à Iudæis prolata contra Iesum, & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei, idem habetur in Marco. ¶ Sed videtur contrarium, quoniam in Luca legitur, vnus latronum alium Christo improperãtem, grauiter increpasse, & Christum deuote orasse, dicendo, Domine, memẽto mei, cum veneris in regnũ tuum. Cui respondit, Hodie mecum eris in paradiso. Ad hoc respõdetur dupliciter. Primò, quòd Matthæus & Marcus loquuntur per tropum, quo societas dicitur facere, quod facit pars eius. Secundò, quòd ambo blasphemauerunt in principio, sed postmodum vnus eorum conuersus est, visis mirabili- C
bus quæ fiebant, & hæc est responsio Ambrosii, Chrysostomi, Bedæ, quibus concordat quod ait sanctus Hieronymus. Primum vterq; blasphemauit, dehinc sole fugiente, terra cõmota, saxisq; diruptis, & ingruentibus tenebris, vnus credidit in Iesum, & priorem negationem sequẽti confessione emendauit. ¶ Sed his obiici posset, quod Lucas & cæteri duo Euangelistæ recitant hæc facta latronũ antequã aliquid scribant de prædictis miraculis. Ad quod facile respondetur, ꝙ scriptura nõ semper obseruat in narratione ordinem rerum gestarum. Alii tamen pensantes ordinẽ textus, dicũt, ꝙ vnus iste conuersus est ex consideratione patientiæ Christi, præsertim cũ dixit, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Maximã insuper spem dedit Christus peccatoribus, quãtun-

Universidad de Deusto Biblioteca

D cunque nephariis, omnemq; desperādi occasionem amouit, dum latroni tam scelesto qui tempus suum ita inique expendit, tantam misericordiam fecit ei, ꝙ æternam fœlicitatem subito dandam pollicitus est. A *sexta autem hora*, in qua cruci affixus est Iesus, *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam*, vnde patet ꝙ tenebræ inceperūt statim post domini in cruce eleuationē. ¶ De his tenebris doctores magni diuersimode loquuntur, discrepantes precipuè in duobus. Primò, quid eclipsauerit solem. Secundò, an fuerint vniuersales seu per totā terram extētæ. Origenes enim dicit, ꝙ fuit per interpositionem multarum, densarumq; nubium inter solem & terrā. Dicit quoq; quòd fuerint particu-
E lares, videlicet in Iudæa & locis vicinis dūtaxat, sicut in terra Aegypti accidit, quādo factę sunt tenebræ vbi habitabant Aegyptii, nō autē ī terra Gessen, vbi habitauerūt filii Israel. Hieronymus autē testatur, ꝙ eclipsatus est sol per retractionem radiorū suorum factā diuina virtute quemadmodum factum est in terra Aegypti tribus diebus ac noctibus. Verumtamen Origenes atq; Hieronymus non loquuntur multum assertiue, sed opinatiue, assignando modū quomodo fieri potuit. Omnino ergo credēdū est principi theologorū diuino Dionysio, qui in epistola ad beatū Polycarpū testatur se eclipsim istā vidisse, cum esset in Aegypto in ciuitate Heliopolis ad vacandū astronomiæ. Aegyptus nāq; propter aeris puri-
F tatē apta est valde ad considerationē astrorum. Raro equidē sunt nubes & pluuiæ in hac terra. Dixit itaque Dionysius, ꝙ vidit lunā ab oriente venire, seq; soli supponere, & obscuritatem causare, vnde admirans, ait ad sociū suū, O bone Apollo, &c. ¶ Ponit præterea Dionysius in præfata epistola quatuor supernaturalia, quę fiebant in illa eclipsi. Primū, quoniā naturalis eclipsis non fit nisi tempore coniunctionis & incēsionis. Tunc autem fuit oppositio & plenilunium. Fuit nāq; luna quintadecima quādo Iudæi celebrabant pascha. Secundum, quia cū luna fuisset suppositā soli hora sexta, in medio cœli, tamen in vesperis restituta est suo loco in oriente, ficq; ordo temporis non est confusus. Tertium, quia eclipsis naturaliter inchoatur ab occidēde, videlicet à parte solis quæ respicit occidentem, quæ primo eclipsatur, & peruenit vsq; ad oriētem, quoniam motus lunæ in proprio orbe velocior est motu solis in circulo proprio, sicque pertransit solem ab occidente

cidente accedens: sed tunc luna iam pertransierat solem, di- A
stans ab eo per circuli medietatem existens in oppositione, idcirco oportuit vt ab oriente reuerteretur ad solem. Et primo attingeret eum à parte orientali, illamque primitus eclipsaret. Quartum miraculum fuit, quoniam in eclipsi naturali illa pars solis primo nudatur & cernitur, quæ primo fuerat eclipsata: sed tunc pars vltimo obscurata, primo apparuit, eo quòd luna reuerteb atur ad oriētem vnde accessit. Quintum miraculum addūt Hieronymus & Chrysostomus, quoniam naturalis eclipsis breuiter durat, videlicet tādiu vt luna pertranseat solem: tunc autem durauit tribus horis, & ideo luna tanto tempore mansit sub sole. Quantum ad aliud, dicēdum est, quòd illa eclipsis non fuit solum in terra Iudææ, cū Dionysius dicat eam fuisse in Aegypto, & apud Athenas, & alii historiographi referunt eam fuisse in aliis terris. Hinc in B
actibus legitur, Paulum Athenis inuenisse aram ignoto deo Act. 7.
consecratam, dixitq; Athenienſibus, Quod vos ignorātes colitis, hoc ego annuntio vobis. Videtes nanq; philosophi tanta mirabilia, dixisse leguntur, Aut deus naturæ patitur, aut astra, & elementa mentiuntur, aut machina mundi peribit. Scientes tamen illa mirabilia fieri virtute alicuius causæ, nō naturalis, sed supernaturalis, fecerunt altare in honorē causæ illorum mirabilium, & illam vocauerunt ignotum deum. Vnde cū Dionysius à Paulo audisset causam illorū, cito credidit. ¶ Sed (vt recitat Origenes) cōtra hoc filii huius seculi dicunt, quomodo nullus Græcus aut Barbarus tam mirabile factum descripsit. Ad quod Origenes respōdet, ꝙ quidā no- C
mine Flegon, in Chronicis suis scripsit sub imperio Tyberii contigisse, nō tamen dicit lunā plenam fuisse. Et ex his patet quàm falsa sint dicta eorū, qui contra Euangeliū Christi scribentes, dixerunt (vt narrat Hieronymus) solē naturale aliquid sustinuisse, qđ discipuli Iesu ex imperitia, propter Christi passionem asserunt factum. Postremò si id quod in textu habetur (super vniuersam terrā) intelligatur absolute de tota terra, non potuit fieri per lunæ suppositionē duntaxat, sed tūc addēdus esset modus Origenis, siue Hieronymi. Quidam Psal. 21.
exponūt de tota terra Iudææ. Et *circa horam nonā exclamauit Iesus voce magna, dicens, Heli heli lama sabachthani, hoc est, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me?* Hoc Christus non ex impatientia, sed ad insinuandum vehementissimū esse suum

dolorem

D dolorem clamauit.In omnibusenim membris patiebatur,& propter complexionis suæ teneritudinẽ erat summe passibilis,& perceptiuus doloris.Nihilomin⁹ propter suę naturalis dispositionis vigorem fortis erat, nec facile extinguebatur, sed maximas pœnas poterat pati:Mors quoque confixorum extat grauissima,quia figuntur in locis neruosis,& præcipue sensitiuis, vtpote manib⁹ & pedibus,nec cito moriũtur,pẽdusque pendentis corporis pœnas continue auget. Dicit autem se Christus à deo derelictũ,non quòd priuatus esset gratia vel gloria,sed quia tam grauiterpatiebatur,ac si peccator & à deo contemptus fuisset, & quoniam volũtati impiorum expositus fuit,& quia nulla fiebat pro tunc redundantia cõsolationis, & alleuiationis à superiori parte animæ Christi,

E in partem eius inferiorem.Sic autem non fuit in beatis martyribus, quorum multi tempore suæ passionis tantam cõsolationẽ intra se senserũt,vt vix perciperẽt aut pensarẽt exteriorẽ dolorẽ,Vnde de Christo scriptum est, Nos putauimus

Esa.53. Hier. 31. 1.Ioh.2. eum quasi leprosum & percussum à deo,& humiliatũ.Quotidie ergo imò omni die frequenter cordialiterrecogitemus quãta pro nobis miserrimus pertulit agnus sine macula,deus homo,creator,frater,iudex, aduocatusq; noster, & eius incendamur amore.*Quidam autem illic stantes & audientes* hæc verba *Dicebant, Heliam vocat iste.* ¶ Quæritur,an isti fuerunt Gentiles ministri Pilati,seu alii Pagani an Iudæi?Si fuerunt Gentiles, quid sciebant loqui de Helia: Si Iudæi, ergo

F intellexerunt verba Christi? Dicendum, quòd communiter dicuntur fuisse Gentiles ministri Pilati, militesque Romani non intelligẽtes Hebraici idiomatis proprietatem, propter conuenientiam vocum putabant, quòd inuocasset Heliã,de quo poterant aliquid scire, eo quòd habitarẽt inter Iudæos. Si autem fuerunt Iudæi, Dicendum, quòd ideo dixerunt,vt Christum de imbecillitate diffamarent,eo quòd ab Helia posset auxilium.*Et continuo currens vnus ex eis,acceptam spõgiam impleuit aceto,& imposuit* eam *Arundini* (scilicet ligno tali,*Et dabat ei bibere* quia enim eleuatus erat in ligno,porrigebant ei potum cum instrumento.Iesus autẽ non multum ex eo bibit.Patet autẽ ex his, quòd bis obtulerunt ei potũ acetosum & felleum seu amarum, *Ceteri verò* irrisores astantes, *Videamus an veniat Helias libarans eum* hoc illudendo,nõ confidendo dixerunt,quasi dicant,Inexaudibilis & indigna est deprecatio eius. Mirum quòd isti visis tantis mirabilibus non sunt compuncti nec emẽdati. *Iesus autem iterum clamans voce magna* & dicens,Pater,in manus tuas cõmẽdo spiritum meum, *Emisit spiritum* i.animã suam à corpore sponte & potestatiue separauit:sicut prædixit,Nemo tollet animam meã à me, Psal.36. sed ego ponam eam.Quod autem Christus tãtis,& tam diu- Lucæ.23. turnis tormentis excruciatus sanguine exhausto totoq; cor- Iohan.10. pore dissipato , tã fortiter in ipsa exspiratione clamauit,fuit penitus supernaturale atque indicium potestatis diuinę.Vnde per hoc centurio aduertit eum esse filium dei,iuxta quod Marcus ait,Videns Centurio,quia sic clamans expirasset,dixit,Vere hic homo filius dei erat.Quoniam verò quod Christus dixit superius,Deus meus deus meus, vt quid dereliquisti me habetur in psalmo,quemadmodum & illud quod moriens ait,Pater,in manus tuas cõmendo spiritum meum: aliqui dicunt quòd Christus omnia verba intermedia dixit in cruce voce submissa, *Et velũ templi scissum est in duas partes,à summo vsque deorsum*,id est, à parte superiori vsque ad inferiorem. Hoc quidam exponunt de velo exteriori quod erat in introitu templi,prohibens aspectum eorum quę continebantur in templo,alii exponunt de velo interiori,quod fuit in ingressu interioris tabernaculi seu sancti sanctorum.Forsitan ergo vtrunque diuisum est.De quocunque autem velo intelligatur, per eius scissuram significabatur , quòd figuræ, Psal.30. sacramẽta atq; mysteria veteris testamenti in Christi passione impleta,& patefacta fuerunt. Refert Hieronymus se legisse in Euangelio forsitan Nazarenorum , quòd superliminare tẽpli tunc scissum,diuisumq; fuit.Iosephus quoq; testatur angelicas virtutes,quæ vsq; tunc præsides & custodes tẽpli fuerunt tunc pariter conclamasse, Transeamus ex his sedibus, *Et terra mota est* supernaturaliter. *Et Petræ scissæ sunt, & monumẽta aperta sunt* ex vehemẽti terræ cõcussione.Omnia mirabilia ista fiebant ad designandum dignitatẽ patientis,& enormitatem peccati occidẽtiũ Christũ:itẽq; ꝙ omnis creatura merito cõpati debeat suo creatori.Nihilominus cũ cœlestia atq; terrestria suo domino cõpatiãtur,solus homo, pro quo ille hæc patitur,exultat & ingratus est. ¶ Per terræ motũ figurabatur terrigenarum admiratio & cõuersio.Per petrarũ scissionẽ, obduratorũ cordiũ mollitio ad cõpassionẽ & pœni-

D & pœnitentiam. Per monumẽtorum apertionem, generalis resurrectio mortuorum, vel instans resurrectio Christi, & resuscitatorum cum eo, *Et multa sanctorum corpora quæ dormierant* somno mortis, *Surrexerunt*, non ea hora parasceues qua aperta sunt monumenta, propter quod subditur, *Et exeuntes de monumentis* ante apertis, *Post resurrectionem eius*, id est, in die paschæ, in qua simul cum Christo resurrexerunt, tanquã testes dominicæ resurrectionis: tamen post resurrectionem Christi, *Venerunt in sanctam ciuitatem*, puta Hierusalem, quæ sancta vocatur, quia ad dei cultum electa, templo & multis reliquiis adornata, & præsertim, quoniam Christus in ea sanguinem fudit. *Apparuerunt multis*

E hominibus, qui digni fuerunt, vel quibus deus tantam gratiam, quamuis indignis, concesit, testantes Iesum esse Christum, & vere resurrexisse, atq; infernũ spoliasse. ¶ Qui fuerint isti sancti cum Christo surgentes, non est certum. Hie-

Hiero. ronymus tamen ait, quòd antiqui patriarchæ, Abraham, Isaac & Iacob tantam solicitudinem habuerunt, vt sepelirentur in terra promissionis, in qua nouerant Christum nasciturum, passurum ac sepeliendum, quatenus suæ resurrectionis essent participes. Propter quod aliqui dicũt, quod huiusmodi patriarchæ & aliqui prophetarum, Adam quoque &

Acto. 2. Eua, & Dauid (de quo Petrus ait in Actis, Sepulchrum eius apud nos est, non ait corpus & ossa, sed sepulchrum) cum Christo resurrexerunt. Rursus secundum Hieronymum incertum est, an isti sic resurgentes iterum sunt defuncti, vel in

F eis sit completa resurrectio, iamque cum Christo in corpore regnent. Videtur autem quibusdam magis probabile, quòd anima & corpore sint glorificati, aliter (vt dicunt) non essent idonei testes perfectæ resurrectionis Iesu Christi, nec profuisset illis resurrectio illa. *Centurio autem & qui cum eo erant*, videlicet ministri præsidis, *Custodientes Iesum*, ne ante mortem raperetur ab aliquo, vel sine licentia præsidis deponeretur à ligno, *Viso terræmotu & his quæ fiebant* in prædicta eclypsi, & quòd Iesus sic clamando expirasset, ti-

Matt 26. muerunt valde, eo quòd in mortem iusti cõsensissent, & vin-
Lucæ. 23. dictam promeruissent, *Dicentes*, *Vere filius dei erat iste*, sicut hæc mirabilia contestantur, quæ probant verum esse sermonem, quo se dixit esse filium dei. Et in hoc confessi sunt eius diuinitatem, confessi sunt etiam eius humanitatem, quia (vt Lucas

Lucas refert) Cęturio dixit, Verè hic homo iustus erat. De- A
nique (vt idem Lucas subiungit) omis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. *Erant autem ibi mulieres multæ à longe astantes, quæ secutæ erant* Iesum A Galilæa, *ministrantes ei* de facultatibus suis necessaria vitæ, de quibus Lucas habet, quòd curatę fuerunt à Christo, & nomi nat ibi Iohannam vxorem Cuzæ procuratoris Herodis, & Susannam, *Inter quas erat Maria Magdalene*, soror Marthæ ac Lazari, *Et Maria*, quæ fuit *Iacobi* minoris *Et Io-* Lucæ. 8.
seph mater, eratque soror virginis matris Christi, quàm Io- Iohan. 16.
hannes nominat Mariam Cleophæ, quoniam fuit Cleophæ filia, *Et mater filiorum zebedæi*, videlicet Iohannis & Iacobi. Hic itaque dicitur, ꝙ mulieres istæ stabant à lõge, sed
in Iohanne legitur, quòd mater Iesu stetit iuxta crucem, & B
aliæ mulieres iam nominatæ. Ad quod Augustinus respondet, ꝙ stabant à longe respectu turbæ cõprimentis, & prope, quia non stabant ita remote quin poterant verba Christi audire, vel primo stabant propinquius, deinde paululum re- Matt. 26.
cesserunt & stabant remotius. Porrò in Luca scribitur, Sta- Lucæ. 23.
bant autẽ omnes noti eius à longe & mulieres subsequutæ. Vnde elicitur, quòd etiam aliqui viri discipuli Iesu astabãt, puta Iohannes & alij discipuli Iesu occulti, & forsitã ille ve
nerabilis ciuis, in cuius domo cœnam nouissimã fecit. *Cum* 1. Reg. 1.
sero factum esset, id est, circa horam vesperarum *Venit quidam homo diues*. Hoc addit Euangelista, vt exprimat cau- C
sam rei sequentis, *Ab Arimathia ciuitate Iudææ*, quæ alio no
mine dicta est Ramatha, de qua in lib. Regum legitur, fuisse Helchana pater Samuelis, *Nomine Ioseph*, verus imitator sancti Ioseph patriarchæ. *Qui & ipse discipulus erat Iesu*, ta
men occultus propter metum Iudeorũ, vt Iohannes habet. Iohan. 19.
Vnde idem inquit, Veruntamen ex principibus, multi credi- Iohan. 12.
derunt in Iesum, sed propter pharisæos non confitebantur, ne extra synagogam eiicerentur. Hũc beatissimum Ioseph Marcus vocat nobilem decurionem, quia fuit de curia & cõ
siliarius, secundum Hierony. Lucas quoq; vocat eum iustum
& bonum, *Hic accessit ad Pilatum*, Audacter secundũ Mar- Marc,. 5.
cum, non amplius timẽs Iudæos, sed paratus mori pro filio Lucæ. 22.
dei, *Et petiit corpus Iesu*, nobilem plane thesaurum. *Tunc Pilatus iussit reddi corpus*, i. vt nemo prohiberet hunc Ioseph à su-

D à susceptione & sepelitione corporis Iesu. In Marco scribitur, ꝙ Pilatus audita petitiõe Ioseph, mirabatur si Iesus iam
Marc. 15. obiisset, & accersito Centurione. cum audisset veritatẽ, dedit corpꝰ Christi ipsi Ioseph. Quia enim Ioseph dives & nobilis fuit, facilius impetrauit à Pilato quod petiit, ideo Euãgelistæ dicunt, ꝙ fuit dives, nobilisq; decurio, non ad iactantiam, quòd talem discipulum habuit Iesus: sed ad insinuandum, cur ei patuit ad Pilatũ accessus, qui pauperis ingressum & preces spreuisset. Et *accepto corpore* Iesu, ipse *Ioseph inuoluit illud in syndone munda*, quam emit, secundum Marcum, id est in quodam panno lineo puro seu linteamine. Et *posuit in monumento suo nouo*. in quo scicibet nemo ante positus fuit secundũ Iohannẽ, quòd ideo factum est, ne Christo
Iohan. 19. E resurgente, Iudæi dicerent alium surrexisse, *Quod excide-rat* id est, sibi parari fecit *In petra* magna, in qua facta est fouea pro receptione corporis extincti. Denique sepulturã Christi Iohannes plenius enarrauit. Addit enim prædictis, ꝙ Nicodemus venit ferens mixturã myrrhæ & aloes quasi libras centum, & tunc inuoluerunt corpus Iesu linteis, hoc est pãnis lineis, cum aromatibus. i. prædictis vnguẽtis, videlicet myrrhæ & aloe, *Sicut moris est Iudæis sepelire* qui faciunt sumptuosissimas sepulturas, eò quòd sancti patriarchę circa sepulturam suam tam soliciti extiterunt. Quanuis autem Matthæus & Marcus dicant corpus Iesu inuolutum syndone, Iohannes autem linteis, non est tamen contrarietas, quia frequenter ponitur singulare pro plurali, & Iohannes
F loquitur de omnibus pannis, quibus corpus & caput inuolu ta fuerunt, hi autẽ de linteamine principali. Spiritualiter inuoluit corpus Christi syndone munda, qui recipit eum conscięntia pura: ponitq; eũ in sepulchro nouo, qui collocat eum in anima intus reformata, Et *aduoluit Ioseph* cum adiutoribus suis *Saxum magnum ad ostium monumenti* quod factum legitur ad modum domunculæ, in cuius medio fuit se-
Iohan. 18. pulchum, & ostiũ paruum habuit ad ingrediendum. Quanuis autem saluator ignominiosissimam mortem elegit, quia ad hoc venit in mundũ, vt suis persequutionibus, iniuriis & passionibus homines liberaret, voluit tamẽ habere sepulturam honestam. Primò, quia in passione eius completa fuit redemptio nostra, idcirco ignominia tunc cessare incepit. Secundo, quoniã sepultura ad resurrectionẽ ordinabat. Tertio

vt impleretur quòd Esaias prædixit, Radix Iesse qui stat in A
signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. *Erãt autem ibi Maria Magdalene,* Esaiæ. 11.
& altera Maria i. Maria Cleophæ: imò aliæ mulieres quæ fuerant Christũ à Galilæa sequutæ, vt Lucas refert, *Sedentes contra sepulchrum* i. ex opposito, videntes & considerantes quomodo Christi corpus poneretur, vt postmodũ illud citius inuenirent. *Altera autem die, quæ est post parasceuẽ*, id est, sabbato in crastino dominicæ passionis, *Conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes*, Communiter dicitur, quòd Pilatus fuit proprium nomen præsidis Christum diiudicantis. Veruntamen Lyra dicit contrarium, asserens quòd proprium nomen eius fuit pontius, & agnomen Pilatus, quia frequenter hoc nomẽ Põtius præponitur B
cum vtroque nomine designatur. Et quia in Burgundia vnde natum fuisse Pilatum affirmant, hoc nomen Pontius satis commune est. Sed non videtur cõuenienter dictum. In scripturis enim canonicis personæ raro, vel nunquam designantur solis agnominibus. Cum ergo Iohãnes. Lucas & Marcus pene semper exprimant præsidẽ nomine Pilati, cõstat quod hoc fuit proprium nomen eius, & rationabiliꝰ puto asserere, quòd fuit binomius, quàm quòd agnomen eius fuit Pilatus. Sic in lib. Machabeorum, Iudas Machabæus sæpe exprimitur agnomine. Sed liber Machabæorum est extra canonẽ
Domine, recordati sumus, quia, seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies id est, tertia die, videlicet mox post inchoationẽ
diei tertiæ *Resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum*, à mi- C
litibus tuis seu cohorte, *Vsque in tertium diem* inclusiue, *Ne forte veniant discipuli eius*, occulte in nocte, Et *furentur eum*, id est, corpus eius, Et *dicant* plebi *Resurrexit à mortuis, & erit nouissimus error* ita credentium, Peior *priore* error, quo putabatur ante passionem esse propheta vel Christus. *Ait illis Pilatus, Habetis custodiam* id est, milites qui monumentum custodiant vobis concedo *Ite custodite*, id est, per milites armatos custodiri facite monumentum, *Sicut scitis* esse expediens. *Illi autem abeuntes* à Pilato ad locum sepulturæ, *Munierunt sepulchrum, signantes lapidem* suo sigillo *Cum custodibus*, id est, militibus, ad custodiam Prou. 21.
deputatis, Verũ omnino est quod Salomon ait, Non est sapientia, non est prudentia, nõ est consiliũ contra dominum.

Vnde

D Vnde quanto Iudæi acutius cogitauerunt nomen, fidē & famam Christi extinguere, tanto eum amplius glorificauerunt. Quod enim tam diligenter sepulchrum custodiri fecerunt certissimum signum est, corpus Christi furto non esse sublatum, sed resuscitatum, quemadmodū in sequenti capitulo ostendetur. ¶ Ecce cōmemorata est passio domini nostri Iesu Christi, quam imitari debemus, & affectuosissime rememorari, eiusque uirtute & merito omnem gratiam nobis necessariam obtinere speremus & enitamur. Si enim cō patimur, & cōregnabimus: si commorimur, & conuinemus. Præterea quanto iam Christo magis assimilamur in aduersorum perpessione constanti, tanto ei cōformiores in patria erimus in glorificatione fœlici.

Rom. 8. 2. Tim. 2.

CAPVT XXVIII.

E

Vespere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati.

ARTICVLVS XLV.

Ost descriptionem dominicæ passionis recitat Euangelista veritatem resurrectionis domini nostri Iesu Christi *Vespere autē sabbati*, in quo CHRISTVS in sepulchro quieuit, *Quæ* Vespera *Lucescit*, id est, lucere

P

F vel diei approximare incipit, *In prima sabbati*. Id est, in principio dei immediate sequentis sabbati, seu festiuum diē Iudæorum. Quemadmodum enim gentiles nominat dies appellationibus planetarum atque deorum suorum, vt illorum semper memoriam habeant, Christiani autem nominibus feriarum, quoniam semper feriandum, seu cessandū est à peccato: sic Iudæi à sabbato, quasi à principaliori vocabāt

Mar. 6. Lucæ. 24.

dies hebdomadæ, ita quòd dies immediate sabbatum sequēs dicebatur prima sabbati, secunda sequens, secunda sabbati, sicque deinceps, *Venit maria Magdalene & altera Maria*, videlicet Maria Iacobi. Marcus dicit, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome. Lucas verò nominat Mariā Magdalenā, Mariam Iacobi & Iohannā, quæ fuit cōiunx Cuzæ procu-

procuratoris Herodis. Et videtur Lucas innuere, quòd adhuc plures fuerūt, quæ scilicet à Galilæa sequutæ fuerant Iesum, *Videre sepulchrum* imò potius & sepultum, quomodo scilicet possent introire sepulchrū & vngere corpus sepulti. ¶ Sed quomodo Euāgelista dicit eas venisse vespere sabbati, cum secundum alios Euangelistas venisse legantur valde mane, seu summo diluculo in prima sabbati? Et respondendū ℣ Euangelista Matthæus respexit ad intentionem, ac desiderium fœminarum istarum idcirco asserit eas venisse vespere sabbati, non quòd hora vespertina, vel ante mediā noctē arripuerint iter, sed quia tunc se præparabant, totāque noctem duxerunt insomnē, conficiēdo aromata. Sic ergo Matthæus voluit per partem totū intelligi, scilicet totam noctē per vesperam in cuius noctis fine venerunt ad monumentū. *Et ecce terræ motus factus est magnus*, Non explicatur, quantum hic terræmotus extēdebatur, sed quia subiungitur, *Angelus enim domini descendit de cœlo & accedens reuoluit lapidem* apparet quòd motus isti non fuerint nisi in gyro circa sepulchrum, cuius motionis causa angelus fuit, quia corporalia obediunt angelis prompte quòadmotum localem. *Et accedens* ad speluncam monumenti. *Reuoluit*, id est, amouit *Lapidem* à monumento, non vt Christo via egrediendi pateret, sed vt Christum resurrexisse, & sepulchrum vacuum esse monstraret. Christus quippe ante lapidis reuolutionē de clauso surrexit sepulchro, quemadmodum prodiit è clauso virginis vtero, Et *sedebat super eum*, tanquam imperterritus dominici sepulchri custos. ¶ Porrò secundum Marcū

A

B

C

Marc. 16.

ista clarius describentem, cum mulieres appropinquarēt sepulchro, dixerunt adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes per ianuam domunculæ, in qua erat sepulchrum, viderunt reuolutum lapidem, qui erat magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem, id est, angelum in specie hominis iuuenis sedendem in dextris, coopertū stola candida. Vnde nunc subditur, Erat autē *aspectus eius sicut fulgur*, id est, vultum igneū quasi scintiliantem atque terribilem habuit ad perterrendum infideles custodes, & item, quoniam ignis magnam habet conuenientiam cum substantiis separatis, quæ secundū Dionysium per proprietates ignis maxime notificantur, Et *vestimenta eius sicut nix*, id est, clara ac splendida ad consō-

D landum fœminas religiosas, & ad signãdum puritatem substantiæ suæ,& sanctitatem internam mentis angelicæ, *Præ timore autẽ eius*, id est,ex horribili apparitione angeli, *Exterriti sunt custodes* sepulchri. Et *facti sunt velut mortui*, id est,in terram collapsi sunt & impotentes effecti,vsum rationis & sensum ad tempus amittentes. *Respondens autem angelus,dixit mulieribus.* In Luca leguntur duo angeli apparuisse & mulieribus loquuti fuisse. Vnde Iohannes refert, quod Maria vidit duos angelos,vnum ad caput, & alium ad pedes,vbi positum fuit corpus Iesu. Sed numerus minor non excludit maiorem,& maior includit minorem. Deniq; Matthæus & Marcus loquuntur de angelo illo qui lapidem reuoluit:& ex persona amborum alloquutus est mulieres. *Nolite timere vos*, inordinato timore, vel ex meo aspectu, qui propter vos formam istam terrificam nõ assumpsi causa terrendi vos, *Scio enim quòd Iesum,qui crucifixus est,quæritis*,cui ego vna vobiscum deseruio. *Non est hic*, secundum corporalem præsentiam,qui cœlum & terram implet,& magnitudinis suæ finem non habet secundum diuinitatem, *Surrexit enim* propria potestate & tertia die, *Sicut dixit* Soluite (inquiens)tẽplum hoc,& in tribus diebus suscitabo illud. Rursusque,Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus : sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Per hæc angelus reduxit corda fœminarum ad rememorationem verborum domini Iesu,quatenus illa reminiscendo roborarentur in fide resurrectionis dominicæ. Vnde apud Lucam angeli feruntur ad mulieres dixisse,Quid quæritis viuentem cum mortuis? Recordamini qualiter loquutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum,& crucifigi,& tertia die resurgere, *Venite & videte locum vbi positus fuerat dominus*, id est, corpus Christi,qui est rex regũ & dominus vniuersorum.A toto ergo significat partem,locum eis ostendit vt eum esse vacuum conspicientes certiores fierent de Christi resurrectione, *Et cito euntes*, id est, ab hoc loco recedentes, *Dicite discipulis eius*, præsertim apostolis. Marcus addit, & Petro, quem angelus specialiter expressit,ne propter trinam abnegationem diffideret, vel inter discipulos comparere nõ auderet,sed à fletu paululum cessans,consolationem admitteret

Lucæ. 24. Ioan.20.

Pſal.44. Ionæ. 2. Mat.12. Lucæ.11.

Lucæ. 24.

ret,quia surrexit, *Et ecce præcedet vos in Galilæam* vnde discipuli eum sequuti sunt,id est, Galilæam intrabit antequam vos vel discipuli eam intrabitis, *Ibi eum videbitis* oculo corporali ante ascensionem, *Ecce prædixi vobis* hoc esse futurum,vt cum venerit, magis credatis, *Et exierunt mulieres cito de monumento*, id est, de prædicta domuncula continente sepulchrum, *Cum timore* concepto ex insolita atque terrifica angeli apparitione & miraculi magnitudine, *Et gaudio magno*, quoniam de magistri sui glorioſa resurrectione, & sermonum eius adimpletione præcordialiter lætabãtur. Timor ergo & gaudium possunt simul esse in vno,respectu diuersorum, quanuis gaudium purum ac planum excludat timorem,quoniam timor pœnam habet. Hic autem timor mulierum fuit naturalis, quem constat esse pœnalem, quanuis timor filialis non sit semper pœnalis, *Currentes nunciare discipulis eius* quæ audierunt atque viderunt. ¶ Huic contrarium videtur illud Marci, Fugerunt de monumento & nemini quicquam dixerunt,timebant enim. Et respondendum, ꝙ nemini,id est, nulli custodum ibi præsentium quicquã dixerũt,sed cum silentio abierunt. *Et ecce Iesus occurrit illis in via.* Primò tamen apparuit soli Mariæ Magdalenę secundum Iohannem & Marcum, nam aliis mulieribus à sepulchro euntibus,mansit illa iuxta sepulchrum,vt dicitur,tuncque apparuit ei Saluator,quo viso,sequuta est socias,& tunc cum illis rursus vidit eum, dicens, *Auete* quod est verbum consolatorium & amicabile. *Illæ autem accesserunt & tenuerunt pedes eius* ex feruida deuotione & gaudio amplectẽtes & osculantes pedes ipsius. ¶ Quęritur cur Iesus permiserit pedes suos ab his fœminis teneri ac tãgi,cũ Mariæ Magdalenæ,id seorsum facere volenti, dixisse legatur apud Iohannẽ, Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrẽ meum: Dicendum quòd prohibuit eam propter mysticam rationẽ,ad insinuandum,videlicet quòd nõ deberet de ipso sentire,secuti hactenus sensit. Nondum enim habuit perfectam fidem de eo, sicut nec cæteræ quando aromata parauerũt, & attulerunt vt vngerent Iesum,æstimantes corpus eius posse putrefieri aut corrumpi:nec arbitrantes illud tertia die suscitandum:ignorantes illud propheticum,Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionem. *Et adorauerunt eum* prostratæ tanquam vnigenitum filium dei. *Tunc ait illis Iesus,Nolite timere*, id est,timor

A

B

C

Ioan.20.

Pſal.15.

D quem concepistis abscedat, & gaudium perseu eret in vobis
Esaiæ.8. Ite *nuntiate fratribus meis*, id est, discipulis, de quibus alibi
ait, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. Et rur-
Psal. 21. sus, Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Vocat eos fratres, ne
propter præteritam eorum fugam, vel suam glorificationem
videatur eos contemnere, atque vt ipsi fiducialius accedant
ad Christum, *Vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.* ¶ Præter-
ea Christus in die sancto Paschæ quinquies apparuit. Primò
Magdalenæ. Secundò mulieribus à sepulchro pergentibus.
Tertiò Petro, quanuis locus ignoretur. Quartò duobus di-
scipulis euntibus in Emaus. Quinto discipulis congregatis,
quos duo prædicti discipuli redeuntes inuenerunt, collectos
E atque dicentes, Quia surrexit dominus verè, Et apparuit Sy-
Lucæ. 24. moni. Quibus ita loquentibus venit & stetit Iesus in medio
eorum, vt Lucas refert, apparuit quoque Iacobo minori, qui
legitur iurasse non comedere donec filius hominis resurre-
xisset à mortuis. ¶ Insuper post diem resurrectionis appa-
ruit quinquies. Primò, post octo dies præsente Thoma. Se-
cundò, septem discipulis piscantibus ad mare Tyberiadis. Et
Ioan. 20. has duas apparitiones describit Iohannes. Tertiò vndecim
apostolis in monte Thabor, de qua infra habetur. Quartò
in die ascensionis in Hierusalem. Quinto, eodem die in
monte Oliueti. Apparuit etiam semel plus quàm quingen-
tis fratribus secundum Apostolum, quàm apparitionem ali-
qui dicunt factam in monte Thabor, quando apparuit vn-
F decim apostolis. *Quæ* mulieres, *Cum abiissent* à loco quo
Christum viderunt ad annuntiandum discipulis verba Chri-
sti. *Ecce quidam de custodibus* sepulchri, *Venerunt in ciuitatem*
Hierusalem, iuxta quam erat sepulchrum, vt Iohannes re-
fert. *Et nuntiauerũt principibus sacerdotũ omnia quæ facta fue-*
rant, scilicet terræmotum, angeli apparitionem, suam deie-
ctionem & obstupefactionem, Christi quoque resurrectio-
nem, quam propter suam indignitatem non conspexerunt,
sed factam nouerunt ex vacuitate sepulchri, de quo sciebant
nullum hominem abstulisse sepultum. *Et congregati* princi-
pes sacerdotum. *Cum senioribus* Iudæorum, *Consilio* à se in-
uicem & dæmone suggerente *Accepto, pecuniã ceptosam dede-*
runt militibus, vt veritatem celarent ac mentirentur. *Dicentes*
militibus, Dicite interrogantibus, quomodo sublatũ sit cor-
pus Iesu. *Quia discipuli eius nocte venerũt, & furati sunt eũ vo-*
bis dormientibus. Et *si hoc* verbum vestrum, *Auditum fuerit* A
præside Pilato *Nos suadebimus ei* verum esse quod dicitis per
diuersa figmenta, colorando tantum & tam rude menda-
cium, quod quilibet faciliter perpendere potest. Si nanque
dormierunt, non poterant scire, quòd discipuli accesserunt
& Christum furati essent, nec habet aliquam apparentiam
quòd discipuli qui à viuente fugerunt, iam mortuum inter
armatos requirerent, Et *securos faciemus vos* à pœna præsi-
dis, ita quòd vobis nihil imputabit. Et *diuulgatum est ver-*
bum istud apud Iudæos, videlicet quòd militibus dormienti-
bus discipuli furati sint corpus sui magistri *Vsque in hodier-*
num diem diuiserunt enim reliquias has paruulis suis *Vnde-*
cim autem discipuli, id est, Apostoli qui Iuda pereunte vnde-
cim manserunt *Abierunt in Galilæam* non statim post diem
resurrectionis, sed post apparitiones septem prætactas *In*
montem, vt in alto contemplarentur filium dei, quem nemo B
terrenis implicatus, & infimis vacans, potest conspicere, *Vbi*
constituerat, id est, per angelum & mulieres, & fortè per se-
ipsum mandauit atque prædixit, *Eis Iesus* locum conuenien-
di, videlicet in montem Thabor, vt illic omnibus glorioſam
suam resurrectionem ostenderet, vbi ante passionem tribus
Apostolis futuræ resurrectionis gloriã prænonstrauit trans-
figurando se coram illis. Et *videntes eum adorauerunt* adora-
tione latriæ. Iam nempe credebant eum esse naturalem fi-
lium dei, deum verum hominem, quemadmodum Thomas
iam dixerat, Dominus meus & deus meus. *Quidam autem*
dubitauerunt Asserunt aliqui in hac Christi apparitione alios
affuisse discipulos, quàm vndecim Apostolos, quia Apostoli
(vt dicunt) erant iam certificati & roborati in fide domini- C
cæ resurrectionis propter frequẽtem Christi apparitionem.
Itaque qui dubitauerunt, fuerunt inferiores discipulis. Et
accedens Iesus vt dubitantes certificaret, & omnes plenius e-
doceret, *Locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis*, id est, per-
fecta, *Potestas in cælo & in terra*, id est præsidendi & domi-
nandi omnibus creaturis cælestibus atque terrestribus. Per
cælum itaque & terram, tanquam per duo extrema, intelli-
guntur & omnia intermedia: Quamuis autem hoc de Chri-
sto secundum naturam diuinam aliquo modo queat intel-
ligi, quoniam quicquid habet & est à patre accepit, & ita à
Patre susceptit potestatem creandi, gubernandi & præsiden-

 di, tamen

Di,tamen principaliter dictum videtur de ipso secundum na
turam assumptam. Christo igitur quantum ad suam humani-
tatem collatus est principatus,imperialisq; virtus super vni-
uersa creata à primo suę incarnationis instanti ratione vnio-
nis cum verbo. Nam eoipso quo suæ humanitati datum est
esse vnitũ verbo hypostatica vnione, multo amplius datum
est ei esse prælatum,& dominari vniuersæ creaturæ. ¶ Por-
rò potestas ista,primo data est Christo homini quantum ad
authoritatem ab instanti conceptionis in virgine, & ex illo
Iohan.3. instanti cœpit ei dari etiam quantum ad executionem & ma-
nifestationem paulatim & pedetentim, secundum modera-
men ac dispẽsationem præordinationis diuinæ,vnde super-
naturaliter de vtero matris egressus est, & multis miraculis
E fulsit in mundo antequam pateretur. Virtus quippe exiuit de
illo,& sanauit omnes, propter quod ante passionem dice-
Marci.5. bat,Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius. Et rur-
Iohan.3. sus,Dedisti ei potestatem omnis carnis. Veruntamen quoniã
Iohan.17. primus Christi aduentus erat quodammodo occultus, & in
Esa. 45. infirmitate:iuxta illud Esaiæ, Verè tu es deus absconditus.
Esa.53. Et rursus,Dominus voluit eum cõterere in infirmitate:ideo
dici solet,q̃ post resurrectionem data est Christo omnis po
testas hæc quantum ad executionem,& manifestationem,
quia extunc cœpit in vniuerso mundo,imò in inferno ac cæ-
lo maiestas & dignitas Christi declarari, prædicari seu ma-
gnificari,in finali verò iudicio dabitur ei ista potestas quan-
tum ad plenissimã consummationẽ,quãdo ad eũ venient,cõ-
F fundẽtur,atq; vincẽtur omnes qui repugnant ei. *Euntes ergo*
Esa. 4. non solum ad oues quæ perierunt domus Israel,sed prout in
Matth.15. Marco scribitur,in mundũ vniuersum,vt impleatur illud in
Marc.5. Psalmo,In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ. *Docete omnes gentes*,
Psal. 18. id est,quasdã de omni genere gẽtium,nõ solum vnã nationẽ,
Esa.66. sed quascunq; inueneritis,per vosipsos,& per adiutores atq;
discipulos vestros,vnde per Esaiam ait Saluator, Mittam ex
eis qui saluati fuerint ad gentes in mare,in Aphricam & Ly-
diam,tenentes sagittam in Græciã & Italiam ad insulas lon
ge ad eos qui non audierunt de me, & annunciabunt gloriã
meam gentibus,*Baptizantes eos*,id est, regenerantes ex aqua
& spiritu sancto,lauantes lauacro aquę in verbo vitæ,videli-
cet,*In nomine* nominato & in virtute *Patris & filii & spiritus
sancti*. Hæc est forma sacramenti baptismi,quam humana au-
thoritate

thoritate variare nephariũ est,quanuis in primitiua eccle- A
sia ad tempus mutata sit ex familiari consilio spiritus sancti,
ita quod homines baptizabantur in nomine Christi, quod
blasphemauerũt increduli,vt illud clarificetur,& magis ho-
noraretur à gentibus. Sed tunc in nomine Christi trinitas in
telligebatur,videlicet pater vngẽs,filius vnctus,spiritus vn-
ctio. ¶ Deniq; singulariter dicit in nomine,non in nomini-
bus,ad insinuandum substantialem vnitatem summæ trinitã
tis,pluraliter autem subiicitur patris,& filij & spiritussancti
ad denotandum personalem distinctionem, Quorũ ergo est
vna essentia,& vna potestas,etiam est eadem efficiẽtia atq;
interior lotio seu mundatio à peccatis, ¶ Præterea aduertẽ-
dũ,q̃ præmittit docentes omnes gẽtes,hincq; annecti bapti B
zãtes,eos,quoniã catechisinus præcedit baptismũ & adulti
non baptizantur, nisi primo de his quæ fidei sunt instruan-
tur,nisi in articulo necessitatis . *Docentes eos seruare* id est,
memoriter retinere,& opere adimplere,seu custodire,quẽ-
admodum ait psalmista,In corde meo abscondi eloquia tua,
vt non peccem tibi, *Omnia quæcunque mãdauit vobis* id est, Psal.118.
vniuersa præcepta sine quorum custodia nemo adultus salua
tur. Et bene ait,omnia,quoniam vnum sine aliis non potest
salubriter obseruari:prout Iacobus protestatur, Quicunque Iacobi.2.
totam legem impleuerit,offendit autẽ in vno, factus est o-
mnium reus, Cui consonat quod Salomon loquitur, Qui in Eccle. 9.
vno peccauerit,multa bona perdet. Seruanda sunt ergo vni
uersa mandata,aliter non diligitur Christus: secũdum quod Iohan.14.
apud Iohannẽ inquit,Si quis diligit me,Sermones meos ser 1.Iob.4.
uabit,imò nec aliter verè & dignè cognoscitur : iuxta illud C
Iohannis,In hoc scimus quoniam cognouimus deũ, si man
data eius obseruamus. Ecce quàm optimus ordo, vt cõuertẽ
di primo doceantur in credendis,docti baptizentur,baptiza
ti operentur,& ad operandum quæ iusta sunt,informentur.
Deinde ponitur verbum dulce & consolatorium, *Et ecce* res
notabilis magna & põderãda,omniq; cõsideratione digniss-
sima,vt pote,*Ego vobiscum* hoc est,cum vobis,& successori-
bus vestris,cunctisq; fidelibus seu militanti ecclesia, *Omni-
bus diebus* naturalibus,videlicet die & nocte quandiu in hoc
mundo versamini tanquam viatores & peregrini ac exules,
Vsque ad consummationem hoc est,finem *Seculi* inclusiue.
¶ Sic autem est Christus cum ecclesia. Primò , per gra-

Universidad de Deusto Biblioteca

D tiam in habitãdo corda fidelium Secundò, per sacramentalem præsentiam. Tertiò per continuam prouidentiam, protectionem, atque multiplicẽ efficientiam suæ potestatis, ac
Apoc.3. pietatis in nos Hinc enim testatur, Ego sto ad ostiũ & pul-
Mat.18. so. Et vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorũ. Nunquam ergo deficiet fides in toto sed vsque in finem seculi perseuerauit in aliquibus Christiana religio. ¶ Postremò, tam ineffabiliter, dignanter, & intime adest nobis Christꝰ, vt multo amplius quàm Moyses seu populs olim Iudaicus dicere valemus Nõ est alia natio tam grãdis quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis dominus deus noster, vnigenitus filius dei, qui cũ
Deu.4. patre & spiritu sancto viuit & regnat per secula infinita super omnia deus sublimis, & benedictus. Amen.

E

DIVI DIONYSII CARTHVSIANI
in Euangelium Matthæi Enarrationum.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

